Et omnino cùm Sapientię sit de manifestis cām quærere, hāc quidē prætermisimus, nihil enī de causa dicimus, vnde principiū trāsmutationis. substātiam vero eorū dicere putantes alias substātias esse dicimus. Quomodo vero illæ horū substātiæ, incassū dicim⁹. participare nāqꝫ, vt prius diximus, nihil est. Nec illam ēt, quam scientię esse causam videmus, pp quā omnis intellectus, & omnis natura facit: nec illā causam, quā vpā de principijs esse dicimus, ipsæ formæ attingunt. sed qui hac ętate sunt his Māthemata facta sunt Philosophia, quamuis dicāt aliorum gratia ea oportere tractare.

H

* Disciplinæ.

Et cùm philosophia consyderet de rebus apparentibus, hoc non collocatur in ea. & nihil dicemus de causa, quæ est principiū alterationis. cū igitur intēdimus sermonem de substātia, dicemus quòd substantiæ istorū sunt aliæ, ita quòd si dixerimus quòd illa sunt substantiæ istorum, erit falsum. Quoniam aūt sunt cōtinentes, ita diximus primo quòd nihil est, neq; videmus etiam quòd sunt causæ scientiarū. Et ideo non videmus aliquē intellectum, & naturarū, qui ponat hanc cām. ergo species nō assimilantur alicui principiorum. & Doctrina est per

I

illes, quia philosophia, quando locuta fuerit in aliqua hora de aliquo, vtetur istis propter illa.

K

Et cùm philosophia nō consyderet nisi de rebus existentibus extra animā: species aūt non sint de rebus existentibus extra animā: ideo Philosophia nō consyderat de istis speciebus. & pp hoc, si aliquis cōsyderauerit de istis sensibilibus p istas substantias, nō poterit dare p eas principium alterationis & trāmutationis istarū substātiarum. Et, cùm ita sit, si cōcesserimus has esse, dicemus eas esse alias substātias. dicere aūt q̄ istę sunt substātiæ istorū transmutabilium est falsum. Et d. hoc, quia ipse destruxit eas pp hoc, q̄ posuit eas causas sensibiliū, & scīæ. Et cum destruxit eas causas esse, non cōtingit ex hoc q̄ destruant in se: & ideo d. Qm̄ aūt sunt continentes, &c. i. qm̄ hoc, quod ponunt, q̄ istæ substātiæ sunt cōtinentes sensibilia, quæ sunt hic, vt spēs, quæ continet ea, quæ sub illa sunt, iā dixim⁹ q̄ nihil est. determinās enim & determinatum sunt idem numero cum specie. & ideo, si istæ spēs fuerint abstractæ, nō erunt fm q̄ determināt sensibilia: neq; secundum q̄ sunt causæ istorū, ita q̄ sint causæ scīæ cōprehensæ in sensibilibus. Et ideo d. post: Et ideo non videmus, &c. i. & ideo nō possumus ponere hāc cām alicui intellectuū, qui sunt in rebus sensibilibus, & alicui principiorum existentium hic.

L

M

Deinde dicit: ergo species, &c. i. & manifestū est, q̄ spēs non assimilantur principijs sensibilibus: ergo manifestū est q̄ nō sunt principia istorum sensibilium. D. d. & Doctrina est, &c. i. q̄ Philosophia vtitur rebus vniuer-

A vniuersalib⁹, vt perueniat ad res existentes, sicut vtitur eis in definitionibus & demonstrationibus: cùm scientia eorum ducit ad intellectū, & rectum apud consyderationē de entib⁹ vniuersalibus. & ideo demōstrationes acceptæ hoc modo sunt ex propositionibus Logicis cōmunibus, nō ex propositionibus essentialibus & conuenientibus.

Quæ sint rōnes Logicæ. vide et. 1. cor. c. 70. &. 4. Ph. 87. & 8. phy. 70. &. 3. d Ge. nia. c. 6.

Item subiectam substātiam, vt materiam magis mathematicam, quis profecto putauerit, ac magis prædicari, & differentiā

B substantiæ, ac materiæ esse, veluti magnum, & paruum, sicuti aiunt Physiologi rarum, & densum primas subiecti dicētes has differentias esse. hæc etenim exercitus quidam, & defectus sunt. De motu autem, si hæc quidem motus erunt, patet q̄ formæ mouebuntur.

Et etiam, si aliquis acceperit substātiam, de qua loquimur, qua si materiam mathematicam, hoc non faciet proprie, nisi quando voluerit dare differentiam inter substantiam & materiam, sicut magnum & paruū, sicut dicunt Naturales quòd primæ differentiæ subiecti sunt raritas, & densitas. & ista non sunt nisi additio & diminutio in motu. Si igitur, si ista sunt motus, manifestum est quòd species sunt mobiles.

C

45 Idest, si aliquis acceperit ista intellecta logica ꝓpositiones vsitatas in demonibus fm materiā demōnum, & consyderauerit p illa in entibus sensibilibus, hoc nō accidit, ni si qñ pscrutatus fuerit in primis differentijs vniuersālibus substantiæ: sicut pscrutatio de duabus differentijs primæ substātię, in quas diuidit ens, quarum vna est quasi materia, & alia quasi forma: sicut declaratio eorum, qui voluerunt declarare q̄ hæ sunt duæ substantiæ, s. magnum & paruum, aut rarum & dēsum. &, quia hoc facit existimare q̄ rō dicētium q̄ intellecta sunt entium substantiæ: qm̄ cùm illud, qđ notificat naturam substantiæ, est substantia: ergo intellecta sunt substātiæ. Et d. & ista non sunt nisi additio, &c. i. si igit intellecta istarū rerū demfant substantias, sunt substantiæ rerum. sed, quia oīa contraria reducuntur in diminutionem & additionem: & additio & diminutio reducit ad motum: tunc si intellecta istarum rerū essent substantiæ, earū intellectuū motus esset motus. Et si intellectū motus, qđ est genus spērum motus, esset motus, tunc oēs spēs essent motæ. & si spēs essent motæ, & eēnt substantiæ rerum, nihil esset fixū. Et d. oīa ista ad confirmandum. qm̄ notū est per se q̄ intellectus motus nō est motus: & est contingens dicentibus q̄ intellecta rerum sunt substātiæ earum. Arist. enim opinabatur q̄ intellecta rerum notificāt substātias rerum: non tamen sunt substantiæ earum.

D

E

F

Aristopinabat q̄ intellecta rerū notificant substātias rerū, & nō sunt substantiæ earum.

Quòd si non, vñ euenit? tota etenim de natura consyderatio perit. Et qđ facile probare vī, q̄ oīa vnū non fit expositione etenim nō fiunt oīa vnū. Sed ipsū vnum fiqs cōcedat oīa, nec hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quidem, nisi quis vniuersale cõcedat esse genus. hoc autem in quibusdam impossibile. Nullã autem rationem habent, nec illæ, quæ post numeros, longitudines, plana, & solida sunt, nec quomodo sunt, aut futura sunt, nec siquam vim habent. hæc.n. nec formas possibile est esse. nõ enim sunt numeri, nec media (mathematica enim illa sunt) nec corruptibilia.

H *Et omnis magna perscrutatio de natura non cadit nisi apud existimationem, quòd declaratio est facilis. Et vnum nõ erit omne. quoniam non est in actu omnia vnũ. sed intentio, quam si homo posuerit ipsam in esse, hoc non erit, nisi si concesserit quod est genus illius omnis. Et hoc etiã impossibile est in quibusdam rebus. non enim inuenitur vna definitio communis eis, quæ sunt cum numeris, & lineis, & superficiebus, & quod erit, & quod iam fuit, et quod habet aliquam potentiam. & ista* I *non sunt innata vt sint species. neque sunt etiam numeri, neq; quæ sunt mediorum (illa enim sunt mathematica) neq; corruptibilium.*

Et perscrutatio Antiquorum de
46 naturalibus fuit, quia opinabantur cp declaratio non tantum est possibilis, sed etiam facilis. & cùm vniuersale, ex quo fit perscrutatio, est vnũ numero in pluribus, fm cp dicũt dicentes formas esse: vnum aũt numero in pluribus speciebus impossibile est K vt sit: ergo impossibile est vt sit demonstratio, aut disciplina. Et hoc intendebat, cùm d. Et vnum non erit oẽ, &c. i. & impossibile est vt genus vle omnibus rebus sit vnum numero. qm̃, si ita esset, tũc esset possibile vt vnum numero esset in quolibet: qđ est ipossibile. tunc.n. oĩa essent vnũ in actu, s. indiuiduale. D.d. sed intentio, &c. i. si aliquis opinatus fuerit cp in omni est vna intentio, hoc non erit verum nisi posuerit ipsam esse genus omnium non vnam intentionem in actu. D.d. Et hoc impossibile est, &c. i. & ponere vnum L cõe pluribus rebus, ita cp sit genus, videtur esse impossibile in quibusdam, nedum vt sit vnum numero cõe omnibus. Impossibile enim est vt numer⁹, & superficies, & linea habeant vnum genus cõe omnib⁹, nisi æquiuoce, v.g quantitatem. manifestum est n. cp hoc nomen quantitas dicitur de eis æquiuoce. neque etiam inuenitur vna intentio in eo, quod iam fuit, & erit, quod est potentia, & quod est actu. Et ideo artes Doctrinales consyderãtes de eis non sunt vnum, sed plures. D.d. & ista non sunt innata vt sint species, M &c. i. & ista intellecta, quæ sunt genera & species, non sunt innata vt sint formæ per se existentes, & exemplaria, vt quidam dicũt neque sunt media inter formas & sensibilia, sicut quidam dicunt in intellectis Mathematicorũ: quia sunt mathematica, i. quia materia non apparet in definitionibus eorum. neque sunt etiam formæ rerum corruptibiliũ, vt fingunt dicentes formas esse. declaratum est enim cp omnia ista impossibilia sunt.

Sed

A Sed rursus quartũ aliud quod dam hoc genus apparet. Et omnino elementa quærere entium non diuidendo, cùm multipliciter dicantur, impossibile est inuenire: præsertim cum hoc modo quærant, ex quibus elementis est. ex quibus enĩ ipsum agere aut ipsum pati, aut ipsum rectum, non est accipere. cp si est, substantiarum solũ esse potest. quare aut quærere, aut putare habere omnium existẽtium elementa, non est verum. Quomodo vero aliquis cunctorum elementa discet? Manifestum est enim, cp non est possibile quicquam eũ cognoscere prius. quẽ admodum enim ille, qui Geometriam discit, aliqua quidem præscire contingit: quorum vero illa scientia est, & quæ docendus est nihil præscit. ita & in cæteris. Quare si qua cunctorum est scientia, vt quidam aiunt, nihil, pfecto is pcognoscer possit.

C *Et existimatur hoc esse aliud genus quartum, quod quærit de elementis omnium entium, absque eo quod negat quòd dicta multis modis impossibile est vt sint: sed quærunt hoc modo de rebus, ex quibus sunt elementa. in quibusdam vero ex actione, & passione, aut conuenientia. & hoc non est in quolibet, sed tantum in substantia. ita quòd perscrutatio est de elementis omnium entium, & quærere determinationem eorum. &* D *hoc non est verum. Et quo potest hõ scire elementa omnium entiũ? Impossibile est enim vt aliquis addiscat aliquid, nisi præsciat prima principia eius, v.g. quod aliquis addiscat Geometriam, sed ante debet scire aliqua illius scientiæ, quã vult addiscere: aut nescíet aliquid eorum. & similiter est dispositio de aliis. ita quòd ars, de qua homines reputãt quòd doctrinat omne, nihil notificat secundũ hũc modũ.* E

Et, cùm posuimus cp spẽs, & vlr intellecta vlia sunt res existẽtes extra aĩam, & cp sunt formæ entiũ, cõtinget vt hoc genus entiũ sit quartum genus aliud à tribus generib⁹: & qđ in eo est, cõsyderat quarta ars, s. alia à tribus consyderantibus in mathematicis, & Naturalibus, & diuinis. & contingit eis vt hoc genus perscrutet de elemẽtis oĩum entiũ. qm̃ eũ istæ spẽs sint elementa, i. formæ entium oĩum: & oĩs ars perscrutet de causis suorũ subiectorũ: & subiecta istius artis sunt elementa rerũ: contigit vt ista ars q̃rta pscrutet đ elementis eĩtorũ. D.d. sed q̃runt hoc mõ, &c. i. sj cùm istæ spẽs exĩtes extra aĩam sint substantię subiectorũ triũ sciarum: & ars, q̃ consyderat de spẽbus, pscrutat de causis cãrum: necesse est vt oĩs ars istarũ triũ pscrutet de causis suarũ eãrum. D.d in q̃busdã, &c. i. scilicet impossibile est hoc tribus artibus, s. pscrutari de causis causarum nisi in arte. q̃ pscrutatur de causis actionis & passionis, & cõuenięti æ inter formam & materiã. 47

Si darent vlia Platonica, daretur quartum genus entium, & quarta ars speculatiua. F

G D.d ita ꝙ pscrutatio.&c.i.&illud, qđ contingit à prima positione nō est vt aliqua istarum triū artiū perscrutetur de causis suarum causarū. sed vt vnaquæq; istarum trium artium pscrutet de causis suarum causarum.& hoc non est verum.

D.d. Et qūo pōt hō,&c.i.& qūo potest esse ars,q̄ notificat elemēta omnium entium. Impossibile est.n. scire aliquod eorum,q̄ sunt posita ī artibus,nisi præsciantur intellecta prima in illa arte.qm̄, si indiguerit addiscens addiscere principia scīæ in illa arte,continget ꝙ addiscet princi

H pia principiorum:& sic in infinitū. quapropter continget vt ille,q vult addiscere aliquam scientiam vt nesciat illam,v. g. ꝙ si addiscens Geometriam non potest addiscere, nisi præsciat principia illius scientiæ, quam vult addiscere, tunc nescier illam. D.d.& similiter est dispositio in alijs,&c.i. & sic contingit in alijs scientijs à Geometria:ita ꝙ scientia in qua homines reputant addiscere oīa,quæ continentur in ea per disciplinam,nihil notificat.

Atqui omnis disciplina per

I præcognita,aut omnia,aut aliq̄ est:& aut per demonstrationē, aut per definitiones. ex quibus enim definitio ē,illa præcognoscere oportet,ac nota esse. similiter & q̄ per inductionem.

Et etiam omnis doctrina fit ex prioribus, aut omnibus, aut quibusdam. & similiter illud, quod declaratur per demonstrationem, & definitionem, debent præsciri in eo propositiones, per quas fit illa declaratio. & similiter illud, quod

K *scitur per inductionem.*

Cùm declarauit ꝙ artes demon- 41
stratiuæ non declarant ignota nisi ex notis in illis artibus, vult declarare ꝙ ista propositio est vniuersalis in artibus operatiuis, & consyderatiuis,& d. sicut fecit in principio Analyticorum. Et etiam omnis doctrina,&c.i. & etiam manifestum est ꝙ omnis doctrina in artibus operatiuis,quæ addiscuntur per exemplar, nō fit nisi per cognitionem rerum notarum per se in illo artificio, aut omnium,aut quorundam. D.d.& L
similiter illud, quod declaratur per demonstrationem,& definitionē,i. artes,quæ addiscuntur per rōnem, siue fuerint operatiuę, siue consyderatiuæ.

Deinde dicit.& similiter illud, qđ scitur per inductionem. & intendit illud, quod scitur per artem disputatiuam.

Atsi innata nobis est, mirum est quomodo nos fugit, optimā scientiarum habentes. Item quo pacto quis cognoscet, ex quib⁹ est,& quomodo manifestū erit: etenim hoc habet ambiguitatē. M
Dubitabit enim quispiam, sicuti & de quibusdam syllabis.quidā enim syllabā S M A ex S & M & A aiunt esse: quidam vero alium sonum esse dicunt, & nullum ex notis. Item quorum sensus est,ea quomodo quis noscet sensum non habens? atqui oportet. siquidem eadem cunctorum elementa sunt, ex quibus, sicuti compositæ voces,ex propriis sunt elementis.

Si

A *Si igitur scientia est in nostra natura, mirum est quomodo euadet à nobis aliquid, cùm in nobis est firmissima scientiarum. Et etiam quomodo scitur res, quæ fit ex rebus, & quomodo erit hoc manifestum? ambiguitas enim accidit in istis rebus. Et quidam rixati sunt in hoc, sicut in pedibus. quidam igitur dixerunt in sexta litera Græcorum, ſ, Z, quæ est huius formæ, quòd est composita ex C,*

B *& D, & A: & alij dixerunt, immo est litera per se, non ex literis notis. Et etiam illud, quod est ex habentibus sensum, quomodo scitur à carenti sensu? ista enim sunt semper elementa cuiuslibet, quēadmodum voces compositæ fiunt ex elementis sibi propriis.*

49 Si igitur scientia, &c i. ꝙ dicere formas esse contingit ex eo, vt omnes scientiæ sint notæ à nobis in natura. qm̄ si hic sunt formæ, ad quas intellect⁹ aspicit, sicut sensus aspicit

C ad sensibilia: & comprehensio sensibilium est naturalis in nobis, cùm non acquiritur ex cognitione antecedenti: necesse est vt intellecta sint naturalia in nobis: non vt quædam sint naturalia, quędam autem accepta per doctrinam. D. d. Et etiam quomodo scitur res,&c.i. & fm hoc deberemus scire æqualiter rem, & causam eius, & non deberet cadere dubitatio, in causis inter homines. proportio.n. intellectorum esset sicut proportio sensibilium. D.d. Et quidam rixati sunt in hoc,&c.i.&,si ita esset,non litigarent hoīes in ele- D
mentis multarum rerum, sicut accidit Grammaticis sui temporis, vt tixati sunt de litera z, vtrum sit composita,an simplex. D.d. Et etiam illud,quod est ex habētibus sensum, &c i.& contingit huic positioni,ſ.ꝙ formæ intellectæ sunt comprehensæ per se,sicut sensibilia,quæ non indigent in acquirendo eas sensu. & si ita esset,tunc sciret naturas sensibilium,qui habet læsionem in instrumentis sensuum, adeo vt naturaliter cæcus cognosceret naturas colorum,& naturaliter surdus vocum.

D.d.ista.n.sunt semper elementa, E
&c.i.& contingit, si cognitio istarū formarum fuerit naturalis ī nobis, vt cognitiones omnium rerū sint naturales in nobis, propter hoc ꝙ istæ formæ sunt elementa propria omnium entium, sicut omnes voces fiunt ex elementis proprijs. & intendit ꝙ, cùm formæ sint elementa omnium entium propria eis, cōtingit vt nō īdigeāt ī cognitiōe sensu.

Quòd igitur illas, quæ in naturalibus dictæ sunt, causas cuncti quærere videantur, & præter illas nullam aliam dicere habeamus, ex illis, quæ dicta sunt, F
prius patet, sed eas obscure dixerunt. quodam modo enim omnes dictæ sunt prius, quodāmodo minime. Balbutienti enim assimilata fuit prima Philosophia de omnibus, tanq̄ in principijs noua existens.

Quoniam autem illud, quod dictum fuit de causis naturalibus, perscrutati sunt de eo omnes consyderātes, & quòd nos nō īduximus

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *Vnã causam extrinsecam ab eis, manifestum est ex prædictis. Et dignum est, quòd prima Philosophia perscrutetur de omnibus rebus. cõtinet enim omnia principia, & ea quæ sunt prima.*

50 Quòd autem quod nos diximus in modis causarum naturalium, dictum est ab Antiquis, manifestum est ex prædictis ab eis. Et sifr manifestũ est, ꝙ nos non addidimus causam in modis causarum, quas Anti quidixerunt. Et innuit ꝙ Antiqui sciuerũt quatuor causas in suo tpe. & hoc, quod dicit de Antiquis manifestũ est, ꝙ ipsi concesserunt cãm materialem & formalẽ & agentem & finalem, aut non videnẽ concedere ex eis, ꝙ narrauit de illis hoc tractatu. sed possumus dicere in hoc ꝙ qui concedit cãm agentẽ, debet concedere finalem. agens. n. non est agẽs nisi pp aliquid. & vt innuere p hoc Socratem & Platonem. Dicit autem in alio loco ꝙ in tpe Socratis perceperunt hoies causam finalẽ: & ideo incœperunt regere ciuitates. & intẽdit fm ꝙ opinati fuerunt in fine hominis. D.d. Et dignum est, ꝙ prima Philosophia, &c.i. & dignum est, vt apparet ex istis rebus, ꝙ Philosophia perscrutat' de principiis, & maxime de his, quæ sunt prima in esse & cognitione.

Antiqui sciuerunt

H quatuor cãs in suo tpe. oppositũ. 2. Ph. com. 9. Vide contra Zim. Qui concedit cãm agentẽ debet concedere cãm finalẽ. Idẽ. 2. capit. de substantia orbis.

I

Nam & Empedocles os ait esse ratione. Hoc autem est quod quid erat esse, & rei substantia. At vero similiter necesse est etiã carnis, cæterorũq; singulorum esse rationem, aut nihil esse. propter hoc enim & caro, & os, cæterorumq; vnumquodq; est, & non propter materiam, quam ille ignem, terram, aquam & aerem ait. sed & his, altero dicente, necessario consensisset profecto, clare tamen non dixit. De his igitur & antea manifestum est. quodcunq; autẽ de his quispiam dubitauerit, rursus repetam⁹. fortasis etenim ex eis aliquid facultatis habebimus, ad futuras dubitationes.

K

Et quia Empedocles dixit, quòd definitio est os, & est illud, per quod res est id, quod est substantia rei, secundum hũc modum erit etiam caro necessaria, & vnumquodq; aliorum, aut nullum eorũ erit. & ideo caro, & os, & vnumquodq; cæterorum non est propter materiam, quam ille dicit, quòd est terra, ignis, & aqua, & aer. & non ponit causam in hoc, quòd dicit istas res, sed cogetur vt dicat alia. sed nõ dixit illud aperte, quod dixit. Et declaratum est prius de istis rebus, & de suis similibus. et nos reuertemur post ad dicendum in omnibus quæstionibus contingẽtibus in eis. nunc autem incipiendũ est in dicendo aliquid de quæstionibus cõtingentibus in aliis rebus.

L

M

51 Quia Antiqui loquentes de reb' naturalib⁹ locuti sunt ī maiori parte de materia, & non de forma propria rebus mobilibus, nisi Empedo. qui innuit causam formalem, & nõ dixit eam aperte, sed ꝙ ī apparet de suis

A suis sermonibus, incœpit hic dicere vnde apparet hoc, & d. Et, quia Emped. dicebat, &c.i. sed quia Emp. dicebat in osse ꝙ hoc, quod est os, est definitio, per quã definitur ab alijs rebus compositis: definitio autẽ est illud, quod notificat formam & substantiam eius: manifestũ est ꝙ contingit ex hoc vt hoc nomen caro, & alia composita ex elementis significent intentionem additã materiæ, aut nihil ex eis, ꝙ significant ista nomina, sit definitio rerũ. D.d. & ideo erit caro, & os, &c. i. & propter hunc sermonem, quem Emped. dicit in

B osse, & in carne, cõtingit in vnaquaque rerum compositarum vt illud, quod noia significant, nõ sit ꝓpter materiam tm, quam ipse dixit, sed necesse est ei ponere causam additã materiæ, s. formam, s. ꝙ necesse est ei dare aliam causam præter materiam, & dare istam causam vnicuique generabilium rerũ. & quia non fecit hoc, d. sed non dixit illud aperte, quod dixit, i. sed non propalauit istam causam esse vtem vnicuique entium compositorum ex quatuor elementis. D. d. Et declaratum est prius de istis rebus, i. in scientia Na

C turali. illic enim declaratum est de formis. & quia quæstiones contingentes illic dissoluuntur in hac scientia, d. & nos reuertemur ad sermonẽ in omnibus quæstionibus contingẽtibus illis. deinde narrauit intentionem suam in tractatu consequenti, & d. incipiendum est, &c. i. incipiendum est dicere de quæstionibus contingẽtibus, idest de quæstionib⁹ difficilib⁹ istius scientiæ.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM

LIBER SECVNDVS,

Cum Auer. Commen.

SVMMA LIBRI.

In hac Summa vnica, de Veritatis speculatione agitur.

Veritatis speculationem tum facilem, tum vero difficilem esse. Quoque pacto Philosophia veritatis scientia recte appelletur. C. 1.

E

SPeculatio de veritate, partim difficilis, partim facilis est. Si gnum autem, ꝙ neque satis eã aliquis consequitur, neq; aberrant omnes ab ea, sed quisq; aliqd de natura dicit. & singuli quidẽ nil, aut parum ei addunt, ex oĩbus vero collectis aliqua magnitudo fit. Quare, si ita se videtur habere, vt in prouerbio dicimus, F quis aberrabit à ianua? hoc modo profecto facilis esset. totum autem, & partem habere non posse, hoc eius difficultatẽ ostendit. Cùm vero difficultas duobus sit modis, fortasis causa ei⁹ non rebus, sed nobis ipsis inest. quemadmodum enim vesperti lionum oculi ad lumen diei se habent, ita & intellectus animę nostræ ad ea, quæ manifestissima omnium sunt.

Vt vespertilionum oculi ad lumẽ diei, ita intellect⁹ aiç nostræ ad ea, ꝙ manifestissima omnium sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *Consyderatio quidem in veritate difficilis est vno modo, & facilis alio modo. Et signum eius est, quòd nullus hominum potuit peruenire in ipsam secundum quòd oportet, neque deuiauit se ab hominibus, sed vnusquisque locutus fuit de natura. & vnusquisque eorum aut nihil comprehendit de veritate, aut modicum. &, cum aggregatum fuit illud, quod cõgregatũ fuit ab omnibus, qui comprehende*
H *runt ex eo, tunc congregatum erit alicuius quantitatis. Est igitur facilis secundum hunc modum, & est modus, secundum quem habemus in consuetudine inducere in prouerbio, dicẽdo quòd nullus ignorat locum ianuæ in domo. & demonstrat difficultatem eius hoc, quòd non fuit comprehensa secundum totum, neq; maior pars eius. Et, cum difficultas sit duobus modis, dignum est vt sit difficilis nõ*
I *propter res, sed propter nos. dispositio enim intellectus ī anima apud illud, quod est in natura valde manifestum, similis est dispositioni oculorum vespertilionis apud lucem Solis.*

1 VIa ista scientia perscrutatur de veritate simpl'i citer, incœpit notificare dispositionem vię inducentis ad ipsam fm difficultatem & facilitatem, cùm sit manifestũ apud oẽs, ꝙ comprehensio veritatis non est impossibilis in multis rebus. cre
K dimus.n. necessario nos scire veritatem in multis rebus. Et signum ei⁹ est, ꝙ habemus desyderium ad sciẽdam veritatem. qñ, si comprehensio esset impossibilis, tunc desyderiũ esset ociosum. & concessum est ab oĩbus ꝙ nulla res est ociosa ī fundamento naturę & creaturæ. Quia igit̃ concessum & maxime à peruenientibus ad hanc sciam nos habere viam ad sciendam veritatem, d. Cõsyderatio quidem, &c.i. via inducẽs ad veritatem vno modo est difficilis, & alio modo facilis. Et signũ difficultatis eius est, ꝙ nullus sine communicatione alteri⁹ sciuit de ea aliL quam quantitatem fm ꝙ oportet. Et signum facilitatis eius est hoc, ꝙ non ignorauerunt eam oẽs homines. qm̃, si inuenirem⁹ ꝙ omnes homines, de quibus audiuimus loqui, nihil scirent de veritate, tunc iudicaremus ipsam esse difficilem, & nõ ī possibilem pp longitudinem tẽporis, quod est necessarium in sciendo veritatem. & quasi breuitas tẽporis, ī quo scita fuit veritas, aut tota, aut aliqua quãtitas, indicat facilitatem eius. D.d. sed vnusq; quisq; locut⁹ fuit M
de natura, &c.i. & diximus hoc, qđ diximus de modo cõprehendẽdi veritatem. quia, cùm nos cõsyderauerimus oẽs Antiquos in scientijs, inuenimus fuisse eos fm alterum duorum, aut hoẽm, qui nihil comprehẽdit de veritate, aut hoẽm, qui parum, aut modicum comprehendit de ea. D.d. Est igit̃ facilis fm hunc modum, &c.i. cùm positũ est ꝙ est facilis fm hũc modũ, & difficilis fm aliũ modũ, necesse ẽ vt sit facilis fm hunc modũ. & est ꝙ in quolibet genere entium sunt aliqua in respectu eorum

A erum, quasi ianua domus in respectu domus, in hoc, ꝙ non lateat aliquẽ: sicut locus forte domus nõ latet aliquẽ. & ista sunt prima cognita naturaliter à nobis ī quolibet genere entiũ. Deinde reuersus est ad dicendũ modũ difficultatis, & d. & demst difficultatẽ eius hoc, ꝙ nullus cõprehendit eã fm totum, nec magnam partem eius i. ita pe, à quo ipse audiuit loqut de scia. * Et quasi innuit se comprehẽdere veritatẽ simpl'r, aut in maiori parte, fm ꝙ est possibile in humana natura.

D.d. Et, cum difficultas sit duob⁹ modis, &c.i. cùm difficultas cõprehẽsionis entiũ est duob⁹ modis, rectũ est vt difficultas in rebus, q̃ sunt in fine veritatis, s.ī primo principio, & in principijs abstractis à materia sit ex nobis, nõ ex illis. qm̃, cùm abstracta sint ītellecta in se natural'r, & nõ intellecta, quia nos facimus ea eẽ intellecta, sed quia sunt ī se intellecta, sicut formę materiales, difficultas enim in istis est ex se, magis q̃ à nobis. Et, quia dispositio intellectus de re intelligibili est sicut dispositio sẽsus de re sensibili, assimilauit virtutem intellectus in comprehendẽdo ītellecta abstracta à materia mõ debilissimo visui in sentiendo, s. vespertilionis, non cõprehẽdẽdo maximũ sẽsibiliũ, s. Solẽ. Sed hoc nõ demstrat res abstractas intelligere esse ipoſe nobis: sicut inspicere Solẽ est ipoſe vespertilioni. qm̃, si ita esset, tũc ocio se egisset. quia fecit illud, qđ est ī sẽ natural'r intellm, non intellectũ ab alio: sicut si fecisset Solem nõ comprehensum ab aliquo visu.

Verum non solum illis agendæ sunt gratiæ, quorũ opinioni bus qs acquiescet, sed illis, qui

D superficietenus dixerunt. conferunt. n. aliquid etiam isti. habitum nãq; nostrum exercuerũt. Si. n. Timotheus nõ fuisset, multum melodiæ nequaquã habuissemus. si tñ Phrynis non extitisset, ne Timotheus quidẽm. Simili modo & de illis est, qui de veritate asseruerunt, à quibusdam enim aliquas accepimus opiniones. quidam vero, vt hi fierent, causa fuerunt.

Et iustum est non tantum reddere gratias illis, cum quibus habuimus communicationem in cõsyderatione. sed & etiam illis, qui habent in hoc aliquid dignitatis modicum. quia iuuarũt nos in hoc aliquantulum: quia præcesserunt, & exercitauerunt nostrum intellectum. Quoniam si Timotheus nõ esset, tunc careremus multum de compositione musicali. & si Hierosimus non esset, tunc non esset Timotheus. Et sic est de loquentibus in veritate. nos autem accepimus quasdam locutiones ab Antiquis quibusdam, & aly fuerunt causa in esse istorum. E F

Addit ꝙ non tñ oportet reddere gratias eis, qui docuerunt nos veras opiniones, & sunt illi, qui conueniunt nobiscum in opinionib⁹, sed etiam illis, cum quibus non conuenimus. Isti. n. cũ hoc, quod dixerũt de perscrutatione rerum. exercitauerunt nostrũ intellectũ, & fecerũt nos acquirere per hoc virtutem ad comprehendendum veritatem. Et

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quod dixit in hoc capitulo manifestum est. Nullus enim potest per se inuenire artes operatiuas, aut consyderatiuas in maiori parte: quia non complentur nisi per iuuamentum prioris ad sequentem. & nisi prior fuisset, non esset sequens.

Recte autem se habet Philosophiam scientiam veritatis cõtemplatricem appellasse. speculatiuæ etenim finis veritas, practicæ autẽ opus. etenim si quomodo se habent consyderant, non causam per se, sed ad aliqd, & eo in tpe practici speculãtur.

H *Et rectum est vocare cognitionem veritatis philosophiæ scientiam speculatiuam finis enim scientiæ speculatiuæ est veritas, & finis scientiæ operatiuæ est actio. operantes enim, licet consyderent in eo, quod agunt, tamen non perscrutantur de causa propter seipsam, sed respectu eius, quod agunt.*

3 Et rectũ est vocare, &c. i & quia scientiæ attributæ Philosophię sunt duæ, quarum vna est, cuius finis est

I scire tm̃, & altera opari. & quia ista scientia sciendi est superior, dixit: Et rectum est vocare cognitionem acquisitam ex hac scia sciam speculatiuam. Scientia enim operatiua, quãuis vtatur ratiocinatione, & speculetur de causis, tamen non est digna vocari scientia speculatiua: quia non perscrutatur de causis rerum & de definitionibus earum, nisi vt scientes eam agant, & non vt sciant, sicut est in scientijs speculatiuis. & sermo eius in hoc capitulo manifestus est.

Nescimus autem verum absque causa. vniquodq; vero id ipsum maxime aliorum est, fm quod alijs vniuocatio inest. vt-puta ignis calidissimũ: etenim cæteris hic est caliditatis causa. Quare verissimũ etiam est id, quod posteriorib⁹ vt vera sint, causa est. Propter quod principia semper existentium necesse est verissima esse. nec enim aliquando vera: nec illis vt sint, aliquid aliud causa est, sed illa cæteris. Quare vt fm esse vnumquodque se habet, ita etiam secundum veritatem.

K Vniquodq; quæ fm se sunt max. me alia. est, fm quod & alia vniuocatio dicũt.

L Vt fm esse vnumquodq; hẽt, ita & fm hoc secũdum veritatẽ.

Et nos non scimus veritatẽ absque hoc quod sciamus suam causam. & vnumquodq; principiorũ proprie est causa eorum, secundum quod sunt aliæ res, quæ conueniũt in nomine, & intentione. v.g. ignis in fine caliditatis. Ex quo oportet vt maxime verum sit illud, quod est causa veritatis rerum, q̃ sunt post. Et ideo necesse est vt principia rerum, quæ sunt semper, sint semper, & in fine veritatis. quia non sunt vera in aliquo tempore, & in alio non: neq; habent cãm in essendo vera in eo quòd sunt vera, sed illa sunt causa in hoc aliarum rerũ. Quapropter necesse est ut dispositio cuiuslibet rei ineſſe, sit sua dispositio in rei veritate.

4 Cùm declarauit, ꝙ hæc scia est de genere scientiarũ veritatis, & ꝙ est pars Philosophiæ speculatiuæ, vult declarare suũ ordinem in veritate, & in scientijs speculatiuis, & d. & nos nõ scimus veritatẽ absq; hoc, ꝙ scia mus suam cãm. i. & quia nos nõ scimus tẽ vera scia, nisi qñ scimus eam cum sua cã, vt dictũ est in Posteriorib⁹: & est manifestũ p se, ꝙ vnum quodq; principiorũ in vnoquoque genere est proprie causa eorũ, quæ dñr de alijs rebus collocatis in illo genere de dispositionibus, in quib⁹ cõueniunt illæ res noĩe & definitione: cum principia in vnoquoq; gñe sint causę esse eorũ generum, & esse oĩum, quæ dñr illorum generũ, fm ꝙ sunt in illis generibus. &, cùm ita sit, manifestum est, ꝙ primũ ĩ quolibet genere magis est dignum habere hoc nomen esse, & eius definitionem, q̃ ea, quorũ est cã fm illud genus, & oĩum definitionum, & intentionum, quæ sunt in omnibus rebus, quæ sunt in illo genere, secũdum quòd sunt in illo genere. verbi gratia, quia ignis est causa in rebus calidis, ideo est magis dign⁹ habere hoc nomen calidum, & eius intentionem, q̃ oĩa calida. Et, cùm cõcluserit hoc, d. Ex quo oportet vt maxime verum sit illud, quod est causa veritatis rerum, quæ sunt post, i. & cùm declaratũ est ꝙ causa in quolibet genere entiũ est magis digna in esse, & in veritate, q̃ illa, quorum est cã ĩ genere illo, manifestum est ꝙ si est hæc prima cã oĩum entiũ, vt declaratum est in scientia naturalium, ꝙ illa cã est magis digna, & in esse, & in veritate, q̃ oĩa entia. oĩa. n. entia non acquirunt esse & veritatẽ nisi ab ista cã. Est igitens per se, & verũ p se: & oĩa alia sunt entia, & vera p esse & veritatẽ ei⁹. D.d. Et ideo necesse est vt principia rerum, quæ sunt semp in fine essendi, & veritatis, sint semp. ista. n. entia, quia non sunt in aliquo tpe sine alio, sed sunt in oĩbus tẽporibus, ideo causæ eorũ non sunt causæ eis in aliquo tpe sine alio, pp quod indigent se inesse do causas alijs causis. Et innuit per hoc dispositionem principiorũ corporum cœlestium cũ corporib⁹ cœlestibus. & intendebat p hoc notificare nobilitatem veritatis, in qua cõsyderat ista vniuersalis ars, q̃ consyderat de prĩcipijs vltimis. D.d. Quapropter necesse est vt dispositio, &c. i. ꝙ quanto magis fuerit pfectũ in esse, tanto magis erit perfectum in essendo verum.

Vide. 10. Meta. t. c. 5

Vide pro hoc. 1. Posterior. t. c. 5. vbi di pro pter quod vnumquodque tale, &c. & 8. Meta. c. 7.

Oĩa entia non acquirunt eẽ, & veritatem nisi a prima causa.

In nullo causarum genere dari processum in infinitum, neque sursum versus, neque deorsum. Cap. 2.

AT vero ꝙ est principiũ aliquod, neq; sunt infinitæ entium causæ, neq; in rectum, neq; fm speciem, patet. Nec enim vt ex materia, hoc ex hoc potest ire in infinitũ. vt carnem ex terra, terram, ex aere, aerem ex igne, & hoc non stare. Nec vnde principium mot⁹. veluti hominem quidem ab aere moueri, hunc vero à Sole, Solẽ autẽ à cõtentione, & huius nullum esse finem. Similiter nec cuius causa in infinitum progredi potest, vt deambulationem quidem sanitatis causa, illam vero felicitatis, felicitatem vero alterius, & ita semper aliud alterius gratia eẽ. Similiter autem & de ipso quid erat esse.

E Quãto aliquid fuerit magis pfectũ in esse, tanto magis erit pfectũ in essendo verũ. Idem. 1 de Aia. te. c. primi. & 6. Meta. t. com. 2.

F

At

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 *At vero quòd sit principium quoddam, & non infinitæ causæ existentium, nec indirectum, nec secundum speciem, palam. Nec.n. vt ex materia, hoc ex hoc in infinitum progredi possibile est. Veluti carnem quidem ex terra, terrā vero ex aqua, aquā vero ex aere, aerem autē ex igne, & hoc nō stare. Nec vnde principiū motus. vt hominem ab aere moueri, & hūc à sole, solem vero à luce, & huiusmodi nullum esse finem. Similiter aūt nec id, cuius causa, in infinitum ire possibile est. iter quidē sanitatis causam, illam vero felicitatis. & felicitatem alius, & ita semper aliud alius causam eē. Et in quodquid erat esse similiter.*

5 Sermo eius in hoc capitulo est manifestus, & est q̄ impossibile est inuenire aliquā causarū quatuor, p̄ cedere in infinitum, ſ. vt aliqua res habeat materiam, & illa materia habeat aliā materiam, & hoc in infinitū. Aut vt aliqd habeat cām mouentē, & illud mouēs habeat aliud Pria expō. mouens, & sic in infinitū. Et intendit per fm rectitudinē, vt causę sint existētes ĩsimul, quasi in vna linea recta. & intendit p fm speciē, vt causæ sint vna post aliā, nō insimul admodū rerū attributarum vni speciei, ſ. vt vna earū sit post aliā, ſ. vt qñ fuerit posterior, vt prior corrū- Seda expō. patur. Et forte intendit p rectitudinē ea, q̄ sunt vnius speciei, v.g. vt homo sit ab homine. & per secundum speciē, ea, quæ sunt de diuersis speciebus collocatis sub vno genere, v.g. vt ignis sit ex aere, & aer ex aq̄, & aqua ex terra. Omnia.n. ista sunt causæ conuenientes in genere, quia omnes sunt eiusdem materię, & diuersificantur in forma.

Mediorum.n. quorum extra aliquid vltimum & primū est, necesse est quod prius est, cām esse eorum, quæ post illud sunt. Si.n. dicere nos oportuerit quid trium cā est, primum dicemus. non.n. vltimum: nullius.n. q̄d vltimum est. neq; mediū: vnius enim. nil.n. differt vnum an plura sint, nec infinita, aut finita. in finitorum quidē hoc modo, & omnino infiniti oēs partes medię sunt similiter hucusq;. Quare, si primum nihil est, omnino nulla causa est.

Res.n. mediæ ēt sunt ea, in quibus sunt prius et posterius, & necesse est, vt prius sit cā eius, quod ē postremū. Si.n. quæsitū fuerit à nobis, q̄ est cā trinitatis, dicemus primū. postremū.n. nō ē cā alicuius eorū. et similiter ēt mediū non est cā eius, quia nō est cā, nisi vnius tantū. & indifferenter siue medium fuerit vnū, siue plura: & si plura, siue finita, siue infinita. et partes rerū infinitarum, quæ currūt secūdū hūc modū, et vniuersaliter partes infiniti oēs sunt secūdū modū vnū vsq; ad nunc. Quapropter necesse est, si aliqua res non fuerit primū, vt vniuersum non habeat causam omnino:

Cùm dixit, q̄ impossibile est vt causæ sunt infinitæ, incœpit demōstrare hoc in causis agentibus, & dixit: Res.n. mediæ sunt, &c.i. signū eius, q̄ causę mouētes se fm ordinē sunt finitę, est q̄ in istis causis inueniuntur tria genera, ſ. prius, & mediū, & posterius. primum igitur est eā oīum, cùm moueat se, & sine medio moueat mediū, & moueat postremū per medium: & mediū est causa postremi: & postremū non ē cā alicuius. Et hoc intendebat, cùm Vide. 8. Ph. 17. 18. 39. 40. 42. 43. dixit Si.n. q̄sitū fuerit à nobis, &c.i. & cū hoc non pōt imaginari in paucioribus q̄ tribus, & fuit necesse vt oīa habeant vnam cām. &, si nō, tūc esset in eis aliquid sine causa. si quęsitum fuerit à nobis quid est cā vniuersi ex istis tribus, non possumus dicere postremū: quia non est causa alicuius eorum. neq; ēt possum⁹ dicere medium: medium n. est cā postremi tm̄, non vniuersi. necesse est igitur, si oīa habeāt cām in motu, vt primū sit causa oīum, ſ. cā sui ipsius, & causa duorum reliquorū, ſ. vt primū moueat se, & moueat medium per se, & postremū p mediū. & indifferēter, siue in primo fuerit motor idem cum moto, vt intendit Plato, aut compositum ex moto & motore non moto, vt intendit Aristo. D. d. & indifferēter siue mediū fuerit vnū, siue plura: & si plura siue finita, siue infinita. fm. n. q̄ ē mediū necesse est vt sit causa postremi non vniuersi. sed, si posuerimus media esse infinita, tunc vniuersum nō habebit causam mouētē. media.n. mouent postremū tm̄. quapropter vniuersum mouebitur sine motore. & declaratum est in Naturalibus q̄ omne motū habet motorē. Octauo Phy. 33. & 37.

& hoc intendebat, cū dixit: & partes rerum infinitarū, &c.i. & partes rerum infinitarum, quę ponunt moueri insimul oēs, sunt mediæ, i. medię fm vnū modum vsq; ad nunc. D. d. Quapropter necesse est, si aliqua res nō fuerit primū, vt vniuersum non habeat cām oīno. & hoc manifestum est in motis. q̄ mouēt se adinuicē habentibus situm, ſ. que sunt insimul. ista.n. impossibile est vt sint infinita essentialiter, aut accidentaliter. si autē hoc fuerit positum in vniuersō carenti situ, tunc erit impossibile essentialiter, quia vniuersum non habebit motorem omnino. sed est necessariū accidentaliter, qñ primus motor fuerit positus non motus oīno, quia tūc erit æternū, & mouebit vnū post aliud in ęternū. & oīa hæc sunt declarata in Octauo Physi. Et consyderatio vſus in oībus causis, ĩ eo q̄ sunt causę, est huius scię. & Arist. quāuis vtatur hic demōstrationibus scię Naturalis, tū inducit eas vſus. qñ. quāto fuerit demōstratio vſior, tanto magis erit p̄ prior huic scię. & Arist. obseruat se in hac intētiōe, ſ. inducēdo demōstrationes vſes alio modo, q̄ in scia Naturali. & hæc est causa in iteratione illarum demonstrationū in hac scia, vt fecit in tractatu primo. Vide. 7. Phy. 45. & 46. Octauo Phy. cā. 15. Cōsyderatio vſus in oībus cāis, ĩ eo q̄ sunt cæ, est huius scię.

Et neq; deorsum possibile est in infinitum descēdere, cùm id. q̄d sursum versus principium habet. vt ex igne quidem aquā, ex hac vero terrā, & ita semper aliud quoddā genus fieri. Dupliciter.n. hoc ex hoc fit, nō vt hoc post hoc dr̄, vt ex Isthmijs ludis olympiaci, sed vt aut ex puero mutato vir, aut vt ex aqua aer.

G Verū enimuero vt ex puero qdē virū fieri dicim⁹, tanq̄ ex eo, qđ fiebat, id qđ factū est, aut qđ pfectū est ex eo qđ perficiebat. semp etenim ē aliqd mediū, vt inter eē & nō esse generatio, ita qđ fit iter existēs & nō existēs. qui aūt discit. fit sciēs. & hoc ē, qđ dr, ꝙ fit ex discente sciens. vt aūt, tanq̄ ex aere aqua, corrupto altero. Quare illa quidē non reflectuntur mutuo, nec fit puer ex viro. non.n. fit ex generatione qđ fit, sed post genera-

H tionē est. sic.n. dies ex diluculo, qm̄ post hoc est. quare nec diluculum ex die. cętera vero reflectunt. Vtroq; tm̄ mō impossē est in infinitū progredi. Illorū.n. cū media sint, necesse ē finē eē. hęc aūt iuicē reflectunt. alterius.n. corruptio, alterius generatio ē. Simul aūt impossibile ē primū corrūpi, cū sempiternū sit. cùm .n. generatio non fit infinita sursum versus, necesse est non esse sempiternum illud, quo primo corrupto quicquam factū est.

I *Et etiam impoßibile eſt vt quod habet principiū ex ſuperiori, procedat in infinitum ad inferius verbi gratia exigne aer, ex aere aqua, ex aqua terra. & ſimiliter ſit genus a genere ſemper in infinitum. Fit enim aliquid ex alio duobus modis. Vnus, non ſecundum quòd aliquid fit poſt aliquid, vt dicitur quòd nebula fit ex vapore, ſed vt dicitur quòd ex puero fit*

K *vir. ſecundus autem, cùm dicitur quòd ex aqua fit aer. Cū aūt dicimus quòd ex puero fit vir, intendimus quòd ex re, quæ erit, fit res, quæ iam eſt, aut ex re, quæ complebitur, fit res, quæ iam completa eſt. quoniam, quemadmodum inter eſſe & non eſſe eſt generatio, ita id, quod generatur eſt ſemper inter id, quod eſt ens, & id, quod non eſt ens. addiſcens .n. eſt generatū ſciens. et hoc intēdimus, cū dicimus quòd ex addiſcēte*

L *fit ſciēs. cū vero dicimus quod ex aere fit aqua, et illud eſt per corruptionē alterius, ſ. aeris. Et iō nō reuertūtur res huius diſpōnis adimucē, neq; ex viro fit puer. quomā ex exiſtēte nō fit illud quod erit, licet poſt exiſtens fit illud, quod erit. ſecundum igitur hunc modum dies fit ex mane, quia fit poſt. & ideo nō dicitur quod mane fiat ex die. alia vero reuertūtur ad inuicem. Et ſecundū hos duos modos impoſ-*

M *ſibile eſt vt res procedant in infinitum. Ea enim quæ ſunt inter duo, neceſſe eſt eſſe finita. iſta autem reuertuntur ad inuicem. corruptio .n. vnius eſt generatio alterius. Et cū hoc, impoßibile eſt vt primum æternum corrumpatur. quoniam, quia generatio ex ſuperiori non procedit in infinitum, neceſſe eſt vt primum, quod corrumpitur, & fit aliud, non fit æternum.*

Cùm

7 Cùm compleuit demōſtrationē
A de finitate cauſarum mouentiū ſe, vult ēt dare demonſtrationē de finitate cauſarū materialiū, quæ ſunt ēt diuerſæ in ſpecie. &, quia notum eſt de cauſis mouētibus eas habere vltimum, & quæſitū eſt ab eis vtrū habeant principiū à ſuperiori: de cauſis aūt materialibus eſt ecōuerſo, ſ. ꝙ habēt principiū à ſuperiori, & eſt quæſitū vtrū ab inferiori habeant vltimū an non. D. Et etiam impoſſe eſt, &c.i. & ēt, quia manifeſtum eſt de generatione ipſam eſſe finitā ex parte ſuperiori, impoſſibile eſt vt illud, cuius generatio iā completa eſt, habeat principiū materiale, & illud principiū habeat aliud materiale, & ſic in infinitū: adeo ꝙ non inueniat poſtremum. v.g. ꝙ ex igne non fiet aliud: & ipſe fiet ex aere, & aer ex aqua, & aqua ex terra, & ꝓcedit ſic in corporibus diuerſis ab inuicē ſm formā in infinitū. Et, cùm poſuit hoc dedit demſonē, & d. Fit enī aliquid ex alio, &c.i. & demō ſup hoc, ꝙ materiæ ſunt finitæ, eſt ꝙ aliquid dr fieri ab alio duob⁹ modis. quorū vnus eſt, ſicut dicimus, ꝙ ex puero

C fit vir, nō ſicut dicim⁹ ꝙ aliquid fit poſt aliquid: ſicut dicimus ꝙ ex vapore fit nebula. i. poſt vaporē. ſecundus aūt eſt, ſicut dicimus ꝙ ex aere fit aqua. Et incipit exponere hunc modū generationis, & d. Cū aūt dicimus, &c.i. cū aūt dicim⁹ ꝙ ex puero fit vir, intēdim⁹ ꝙ ex diminuto fit perfectū. & hoc intendebat, cū d. ex illo, quod erit, fit illud, quod eſt. Et, cùm d. ꝙ generatio fit ex illo, qđ erit, & nō ex illo, quod iam completum eſt, incœpit rōcinari ſuper hoc, & d. qm̄, quemadmodum inter eſſe, & non eſſe, &c.i. generatio ē ex illo,

De cauſis materialibus eſt dubiū vtrū ex ꝑte inferioti habeant vltimū. Vide 1. Phyſico. com. 60.

quod generat, i. ex illo, quod eſt in D
via generationis. quia eſſe, qđ eſt in actu, cuius generatio iam pfecta eſt, opponit in rei veritate ad nō eſſe, & ex nō eſſe nō fit generatio, i. impoſſibile eſt vt fit generatum: neq; ēt illud, cuius generatio iā completa eſt, impoſſe eſt vt fit generatū: remanet igit vt ſit generatū illud, cuius eē eſt mediū inter non eſſe & eſſe in actu. & ē illud, quod eſt in via gnationis. Deinde dedit exemplū, & dixit: addiſcens enim, &c. i. v.g. ꝙ ſciens dicit fieri ex addiſcente, & non dicimus ꝙ ſciens fiat ex ſe, neq; ex non eſſe ſciæ, ſed ex medio inter ſciētiam & ignorantiā, quæ eſt principiū ſcientiæ, & eſt addiſcēs. & hoc intēdim⁹, cùm dicimus ꝙ ſciens fit ex illo, qđ erit ſciens, i. ex illo, quod venit ad ſcientiā, ſ. addiſcente. D. d. ſecundū modū, & dixit: cū vero dicimus, ꝙ ex aere fit aqua, &c.i. cùm vero dicimus ꝙ aliquid in actu fit ex alio in actu, v.g. ꝙ ex aere fit aqua, intendimus ꝙ ex aere corrupto fit aqua, ſm ꝙ aer corrūpit, non ſm ꝙ remanet, neq; ſm ꝙ eſt in via generationis: ſicut dicim⁹ ꝙ ex addiſcēte fit ſciēs.

Illud, cuius gnatio eſt complenda impoſſe. vt ſit generatū. Vide 1. de Gen. 55. & 2. de Gene. 5.

E

D. d. Et ideo nō reuertunt, &c.i. & generatio in primo modo non con F
uertit, ſicut cōuertit in ſecūdo. qm̄, ſi ex viro eſſet puer, tunc quod erit, eſſet ex illo, qđ iā eſt, ſ. tunc diminutū eſſet ex plecto: quod eſt impoſſe.

D. d. Et ſm hos duos modos, &c. ideſt & ſm hos duos modos generationis impoſſe eſt vt generatio ſit in infinitum. Qm̄, quia modus generationis, quæ eſt tranſmutatio ex nō eſſe ad eſſe, ſ. de potentia ad actum eſt inter duo finita, ſ. eſſe & nō eſſe, neceſſe eſt vt illud, quod ē inter ea, ſit finitum. Alter aūt modus, in quo

dicim⁹,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dicimus, ꝙ generatū fit ex illo, quod est in via corruptionis, reuertit ad inuicem, & reciprocatur, & nō procedit fm rectitudinem. reciproca autem sunt finita necessario. v.g. ꝙ ex terra fit aqua, & ex aqua fit aer, & ex aere ignis, deinde ex igne aer, & ex aere aqua, & ex aqua terra, & sic est in rebus finitis. hoc idem accidit in compositis ex elementis, s. ꝙ componuntur qñq; ex eis, & dissoluuntur qñq; in ea. D.d. Et cū hoc, impossibile est vt primum, & ęternum corrumpatur. i. & etiam, si posuerimus ꝙ generatio eorum adinuicem fm

H hunc modum est fm rectitudinem, continget vt in eis sit primum æternū, & vt sit hoc corruptibile. D. dedit causam in hoc, & d. qm̄, quia generatio ex parte superiori, &c. idest, qm̄, cùm videmus ꝙ generatio non procedit ex superiori in infinitum, cùm in corporibus simplicibus peruenerit, v.g. ad ignem, necesse est vt generatio elementorū vnius ex alio habeat principium primum, quod nō generatur ex alio. qm̄, si illic nō esset primum principium, nō esset finis. principium enim non intelli-

I gitur nisi in re, quæ habet finem. & quod habet finem necessario habet principium. quod enim non incœpit non definit: sed illic est desitio: ergo primum principium, & quod non habet principium, est æternum necessario. sit igitur hoc, v.g. terra, aut aliq̄d prius terra. sed quia quodlibet istorum non generat aliquid, nisi per suā corruptionem, necesse est vt illud primū principium corrumpatur, quando ex eo aliquid generatur. &, si corrumpitur, non erit æternum. sed iam ponitur esse ęternum, quod est inconueniens.

Principiū nō intelligit nisi in re, quę habet finē.

Item ipsum cuius causa finis. K tale aūt est, quod nō est alterius gratia, sed eius causa cętera. Quare, si tale erit vltimum, non erit infinitum. ꝙ si nihil tale, nō erit ipsum cuius causa. Sed qui faciunt infinitū, latet eos, ꝙ boni naturam auferunt. at nullus inciperet agere quicquam, si non esset peruenturus ad finem.

Et etiam illud, quod est propter quod fiunt res, est finis. & hoc est, cuius esse non est propter consequēs aliud, sed esse aliorū propter illud. L *Necesse est igitur, si aliquid sit tale, vt vltimum non sit infinitum. si igitur nihil fuerit tale, non erit illud, propter quod fiunt cætera. Et facientes causas infinitas auferūt naturam boni, & non percipiunt. quamuis nihil incœpit agere aliquam actionem quamcunq;, non intendendo finem.*

Cùm declarauit finitatē diuersa- 8
rum causarum, s. agētis, & materiæ incœpit declarare finitatē causę finalis, & d. Et ēt, &c. i. & est manifestum causam finalē esse, per quā fit vnūquodq; entium: & est illud, cuius esse non est in re pp aliā causam in illa, sed oēs causæ existentes in re sunt pp istam, s. agens, & materia, & forma in habentibus agēs ante materiam, aut formā. Et, cùm posuit vi hanc esse cām, d. Necesse est igit̄, &c. i. ideſt necesse est, si talis causa est in vnoquoq; ente, vt oēs causæ sint pp illā in quolibet ente: & necesse ē vt istæ cāæ, q̄ sunt posteriores in gñatione, & priores in eē, nō sint infinitę.

Deinde

A Deinde dedit signum super hoc, & d. si igit̄ nihil fuerit tale, etc. i. si igit̄ non fuerit vltimus finis, tunc nihil habebit causam finalem. Iam. n. descripsimus ꝙ causa finalis in re qua libet est causa postrema. si igit̄ oēs causæ nō habuerint talem, s. vltimā non erit hæc causa finalis omnino, s. ꝙ si finis habuerit finem, & sic in infinitum, non erit hæc causa alicui rei. Descriptio. n. istius causæ est vt non sit propter aliam cām. si ergo fuerit infinita, destrueť eius descriptio, & auferet suum esse. sed iā posuimus eam esse & hoc tunc esset in

Descriptio cuiꝰ finalis ē vt nō sit pp aliam causam.

B conueniens. D.d. Et facientes causas infinitas, &c. i. & facientes causas finales esse infinitas, destruunt finē, sicut diximus. & qui destruunt finē, destruunt omne bonum, & nihil p-

Nihil dē esse bonū nisi p causas finales

cipiunt. nihil enim dē esse bonū, nisi per causas finales. D.d. quamuis nihil incipit agere, &c. i. & mirum est de negantibus istam causam, cùm concedant, ꝙ nullus facit actionem aliquam, nisi intendendo finem & vltimum. & sic debet esse in natura in hoc, sicut in artificio, & in oīb⁹ actionibus volūtarijs. Et dicit hoc,

C quia multi Antiqui negabant hanc causam esse. & iam locurus fuit contra eos in Secundo Physicorum.

Sedo Phya. tc. c. 7. vsque in finem.

M

Nec esset intellectus in huiusmodi alicuius enī causa agit, quicunq; intellectum hēt. hoc nanq; terminus est, finis vero ipse terminus.

Intellectū habens, alicuius causa agit.

D.d. Et etiam dicamus ꝙ genera rerũ habẽtium ante & post, impossibile est, &c. i. ꝙ genera priora suis differentijs non habent esse nisi in suis differentijs, & sunt formæ, in q̃s diuidunt. v. g. ꝙ animal non habet esse in actu nisi in suis speciebus', in quas diuiditur. sic' color non habet esse nisi in speciebus colorum. & numerus non habet esse nisi in primo numerorum, s. in dualitate, deinde in alijs speciebus numeri: & dualitas

H est prima forma' formarum numerorum. D.d. Et si ita sit, impossẽ est vt genera sint aliud, nisi formæ suę. i. ꝙ genera non habent esse nisi eũ formis. D.d. indiuidua aũt nõ sunt ante adinuicem. i. quapropter continget eis vt essent in se adinuicem. sed vnumquodq; eorũ est existens in actu per se: & non est in eis posterius, quod constituatur per prius. Deinde induxit tertiam rationem, & d. Et ẽt ea, quorum quædam sunt nobiliora, &c. i. & etiam quia manifestũ est, ꝙ nobilius est prius viliori, & spẽs vẽ eẽ nobilior genere, manifestum est ꝙ species eſt prior genere. prius autem magis est principium q̃ posterius. & dixit hoc, quia

I Spẽs est perfectio ghis

species est perfectio generis. Manifestum est igit' ex hoc sermone, ꝙ genus non debet esse prius specie: immo apparet nobis ex hac intentione, & prædictis, ꝙ vltima species debet esse prior. & hoc intendebat, cùm dixit, ꝙ prædicabilia de indiuiduis sunt principia. i. vltimę species. Et cum induxit rationes, ꝙ species est prior genere, etiam ĩduxit rationem, ꝙ genus est prius specie, & dixit: Et etiam dicam', quomodo est K existimandum ꝙ istæ formæ, &c. i. sed potest aliquis dicere quomodo possumus dicere ꝙ formæ specierũ sunt digniores ad essẽdum principia q̃ genera. principia. n. debent eẽ alia ab eis, quorum sunt principia: & vt sint habentes naturam separatam per se. D.d. Sed quomodo potest aliquis existimare, &c. i. sed qũo potest aliquis existimare in istis ꝙ principium est aliud ab eo, cuius est principium fm definitionẽ primã: & non existimatur hoc in genere eũ specie. i spẽs enim cùm est principium, non existimatur esse aliud fm definitionem ab eo, cuius ẽ principium. Primum igit' genus vſe prę dicabile de omnibus est principiũ.

D.d. Si igitur rectũ est dicere, &c. i. si igitur necesse est vt vniuersalia sint magis principia, fm ꝙ sunt vniuersalia, necesse est vt formæ magis vles sint magis principia, q̃ illę, quę sunt min' vles. ergo genera sunt magis principia, q̃ species. & fm hoc cõtinget vt prima genera sint principia, cùm sint vniuersaliora oĩbus.

Quæstiones de Vniuersalibus. Cap. 3.

ESt autem consequens his, M & ad speculandum oĩum difficillima, maximeq; necessaria dubitatio, de qua præsens fit sermo. Si etenim nõ est quicquã præter singularia, singularia vero infinita sunt, quomodo possibile est infinitorum habere scientiam? quatenus. n. vnum quid, & idem, & quatenus vniuersale quid est, eatenus omnia cognoscimus. At si hoc necesse est, & oportet aliquid p̃ ter

A ter singularia eẽ, necesse erit, vt genera, aut vltima, aut prima, sint præter singularia. hoc autẽ ꝙ impossibile sit, paulo ante dubitauimus. Item, si quam maxime aliquid est præter totũ, cùm quicquam de materia prædicetur, vtrum si aliqua species est, præter omnia esse aliquid oporteat, an præter aliqua esse, & præter aliqua nõ esse, an præter nullum. Si igitur nihil præter singularia est, nihil intelligibile erit,

B sed omnia sensibilia: & scientia nullius erit, nisi quis sensum dicat scientiam esse. Item nihil eẽt sempiternum, nec immobile. sẽsibilia. n. omnia corrumpũtur, & ſ motu sunt. At, si nihil est sẽpiternum, neq; generationẽ esse possibile est. necesse est enim aliquid esse id, quod fit, & ex quo fit, & vltimum horum ingenitum esse: siquidem stat, & ex nõente fieri impossibile est. Itẽ generatione & motu existente, ne

C esse est vt finis etiam sit. nec. n. infinitus est aliquis motus, sed cuiusq; est finis. & fieri non est possibile, quod factum esse impossibile sit. quod autem factũ est, necesse est vt sit, cùm primo factum est. Itẽ, si materia est, propterea ꝙ ingenita est, multo magis rationabile est ipsam substãtiam esse, cùm illa existat, vt hęc sit. Si. n. nec hæc erit, nec illa, nihil erit oĩno. ꝙ si hoc impossibile est, necesse est vt forma, & species aliquid præter totum sit. Si aũt rursus hoc aliquis ponet, du

bium est de quibus hoc ponet, D & de quibus non. ꝙ. n. de oĩbus non est polẽ, patet. nõ. n. ponemus aliquam esse domum, præter domos singulares.

Et sequitur hanc quæstionem difficile alia difficilior omnibus, quæ necessario est consyderanda, et est ista. Quoniam, si nihil fuerit aliud à rebus particularibus, & particularia sunt infinita, quomodo est possibile vt comprehẽdatur scientia infiniti? scimus. n. omnia E *per vniuersale vnum permanens in sua dispositione. Si igitur iste sermo est necessarius, vt aliud sit a particularibus, necesse est vt vltima genera, & prima sint alia à particularibus. & iam diximus quòd hoc est impossibile. Et etiam, quando oportet affirmare vniuersale esse aliud ab omnibus particularibus, dicamus igitur, quãdo aliquid dicetur de materia, vtrum illud sit aliud ab omnibus particularibus, aut est aliud a quibusdã,* F *aut nõ est aliud a quibusdam, aut non est aliud ab aliquo eorum. Quoniam, si non fuerit aliud a particularibus, nihil erit intelligibile, sed omnia erunt sensibilia: & impossibile erit vt aliquid sciatur per scientiam, nisi aliquis fingat quod sensus est scientia. Et etiam erit impossibile aliquid esse æternum, & immobile. omnia enim sensibilia*

Universidad de Deusto Biblioteca
Biblioteca Facultatis Philosophicæ Provinciæ Cast. Ord. Min.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *sunt corruptibilia. Sed, si nihil fuerit æternum & immobile, impossibile erit generationem esse. necesse enim erit generationem esse, & ex quo fit generatio, & vt principia istorum sint ingenerabilia, si cessent. Et est impossibile vt aliquid sit ex nihilo. quoniam, si generatio est, necesse est vt motus habeat finem. nullus enim motus est infinitus, sed omnis motus habet finem & complementum. & im-*

H *possibile est vt sit illud, quod impossibile est vt fiat, illud autem, quod fit, est possibile ī primo, quod fit necessario. Et etiam, si res vniuersalis est materia, quia non generatur, necesse est vt substantia sit magis prima quam materia. Quoniam, si vniuersale non fuerit materia, neque substantia comprehensibilis nihil erit omnino. si igitur non fuerit hoc, erit vniuersale, quod est aliud ab istis particulari*

I *bus forma, & figura necessario. Si igitur finxerit aliquis hoc, continget et aliquod inopinabile. non enim potest dicere, quòd hoc est possibile in omnibus rebus, sed in quibusdam esse, in quibusdam non. manifestum est. n. quòd impossibile est hoc esse in omnibus rebus. nō enī dicimus, quòd domus sit aliud a domibus singularibus.*

12 Intendit in hoc capitulo inducere sermones probantes superficiete nus, q̄ vniuersalia sunt existentia p se, quæ mouerunt Platonem ad dicendum formas esse, & d. Qm̄, si nihil fuerit aliud à rebus particularibus, &c. Et iste sermo manifest⁹ est. & abbreuiatio eius est, q̄ si non fuerint hæc vniuersalia non trāsmutabilia, neq; corruptibilia, quæ determinent etiam particularia, non erit scientia necessaria aliquo modo, neque scientia determinans continens scitum oīum. qm̄ particularia sunt infinita: & infinita sunt indeterminabiha: & ideo scientia non erit determinans: sicut etiam neq; necessaria: quia particularia sunt infinita, & semper in transmutatione. D.d. scimus enim omnia, &c i. qm̄ manifestum est, q̄ nos scimus omnia particularia per vnum vle intransmutabile determinans ea. si igitur vle non fuerit, tunc scientia erit falsa.

Et hoc intendebat, cùm d. Si igitur iste sermo, &c. i. si igitur fuerit necessarium hoc, quod dixim⁹, q̄ in scientia particularium necessarium est vnum, quod est vle intransmutabile, necesse vt extra animam sit aliud quid à rebus particularibus. D.d. necesse est, &c. i. &, cùm fuerit necessarium aliquid esse aliud à particu- M
ribus, quod est causa scientiæ, & vle est huiusmodi, necesse est vt prima genera, & vltimæ species, & quę sūt inter ea sint existentia extra animā alia à rebus particularib⁹, & vt principia earum sint prima genera. sed iam diximus prius impossibilia cōtingentia positioni vniuersaliū abstractorum. D.d. Et, etiam qſi oportet affirmare vle esse, quia esse vle non habet dubium: qm̄ dubiū non est nisi de natura eius quid ipsa sit.

Deinde d̄ dicamus igitur, quando aliquid

A aliquid dicetur, &c. i. dicamus igit̄ q̄ manifestum est, q̄ vnū quid prædicatur de materia particularium. Cùm igitur aliquid fuerit prædicatum de rebus particularium materialiū, vtrū illud quid est aliud ab omnibus particularibus, de quibus prędicatur, aut est aliud à q̄busdā, aut non est aliud à quibusdam, aut est omnia eorum. Si posuerimus q̄ nihil est aliud à particularibus, nihil erit scitum omnino: nisi aliquis vocet comprehēsionem sensus scientiam. & etiam contingit vlr ex positione, q̄ nihil aliud est q̄ particula-
B ria sensibilia, vt nihil sit æternum & immobile: qm̄ omnia sensibilia sūt corruptibilia. Deinde dedit impossibile contingens, si æternum & immobile non est. & dixit: Sed, si nihil fuerit æternū & immobile, non erit generatio. quoniā, si generatio est semper, necesse est vt sit aliq̄d, quod agat generationem primo, & quod sit ingenerabile, & aliquid, ex quo sit primo generatio, quod est etiam non generabile Deinde dicit: & vt sint principia istorum, &c. idest, ne-
C cesse est enim vt principia generationis non sint generabilia, cū nihil fiat ex nihilo, neque in infinitū. Et, cū ita sit, necesse é vt generatio ces- Idē 1. Phy. 53. & 54.
set, & vt incipiat etiam à causa fine motore. Deinde dicit: qm̄, si generatio erit, necesse est vt motus habeat finem. qm̄, si motus generationis fuerit infinitus, non erit generatum, idest non complebitur sua generatio. Deinde dicit: & impossibile est vt si illud, quod ī possibile est vt fiat. idest, & signum eius, q̄ impossibile est motum rectum infinitum esse, est q̄ iste motus impossibile é vt fiat, s. vt compleat: & illud, cuius esse non cōpletur, non incipit D
fieri, neq; est possibile vt incipiat fieri. Et istud signum dictum est etiā ab eo in. 6. Physicorū, cū dixit illic: Tex. 68. 9.
verbi gratia, quia impossibile est in uenire hoīem in stadio idest, ī possibile est vt iste homo sit in generatione. Et ista est dubitatio in continuatione generatiōis. & iam soluit istam quæstionem in Physicis, vbi determinauit q̄ est impossibile in motu reciprocabili fm generationem, fm q̄ generabile fit ex corruptibili, & corruptibile ex gñabili.

Deinde dicit: Et etiā, si res vniuersalis est materia, & cætera. idest, & E
etiam, si vniuersale non transmutabile debet esse materia, q̄a vtrunq; est ingenerabile, tunc forma est magis digna esse hoc, quia non generatur, neq; corrumpitur, & ens ī actu: & materia in potētia. Deinde dicit. Quoniam, si vniuersale non fuerit materia, &c. & dixit hoc, quia vniuersale cùm est substanna: &, cùm nulla substantia est præter hæc duo fm famositatem: continget q̄, si vniuersale non fuerit aliquod istorū, q̄ non erit aliquod entium. Deinde dicit: si igitur non fuerit hoc, &c. i.
si igitur vniuersale non fuerit mate- F
ria, necesse est vt vniuersale, quod est aliud à particularibus, sit forma & figura. D. dicit: Si igitur aliquis finxerit hoc, &c. idest, & si aliquis posuerit ipsum esse existens extra animam. ita q̄ substantia sit existēs per se, contingent ei impossibilia.

Nō enim potest ponere omnia vniuersalia esse talia, sed quædam. & innuit exceptionem vniuersaliū rerū artificialium, & vniuersaliū accidentiū, quæ nullus pōt ponere substantias abstractas. Hoc. n. non pōt

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dici nisi in substantijs rerum naturalium. nullus. n. potest dicere domum esse vlem existentem extra animam artificis aliam à domibus particularibus,& literam vniuersalem esse aliã à literis particularib⁹.

Nullꝰ pōt fingere vniuersale separatū in artificialibus.

Et ad hæc vtrū vna erit omnium substantia, vtputa hominum. Sed absurdum est. non. n. vnum essent omnia, quorū substãtia vna, sed multa atq; diuersa. sed hoc etiam inconueniens est. Simul autem quomodo materia vnumquodq; horum est,

H & est totum hæc ambo?

Et cum hoc perscrutãdum est, vtrum substantia omnium hominũ est vna, aut nõ. Si. n. dixerimus quòd substantia eorum est vna, cõtinget inopinabile. quoniam omnia, quorum substantia est vna, sunt vnum. & , si dixerimus quòd substantiæ eorũ diuersæ sunt, hoc etiam erit impossibile. Et cum hoc quomodo potest esse ut materia sit in aliqua hora quælibet istarum, cùm omne sit vtrunq;, scilicet vniuersalia & particularia.

I

13 Et perscrutandum est etiã, vtrũ substantia oĩum entiũ est vna substãtia, aut plures. Si igit̃ vna, auferẽt multitudo, & erit ens vnum, qd est contra sensum. Et, si substantiæ entium fuerint plures, nihil erit ĩ specie omnino, in quo cõicent duo, qd est impossẽ. Et, si dixerimus q̃ nihil est vnũ omnino. qũo ẽ possẽ vt materia sit in aliqua hora eadẽ cũ oĩb⁹ particularibus, in quibus existit? & hoc est vtrunq;, s. materia, & qd recipit materiam. Et intendit sicut dixi-K mus q̃ nihil est vnũ oĩno. põt. n. aliquis dicere q̃ materia inuenitur distincta ĩ aliqua hora ab indiuiduis, quorum est materia.

Vtrum principia sint eadem numero, vel specie. Et an corruptibilium, & incorruptibilium eadẽ sint principia, vel nõ. Cap. 4.

ITem de principijs hoc etiam aliquis dubitabit. nam si spẽ sunt vnũ, nihil erit numero vnũ, nec ipsum vnũ, & ipsũ ens. Ipsumq; scire qũo erit, si non aliquod vnum in oĩb⁹ erit? At vero si vnũ numero, quodq; principiorũ vnum, & non, vt in sensibilibus, alia aliorũ, vtputa huius syllabæ cum specie sit eadẽ, ẽt principia spẽ eadem sunt. etenim hæc nũero alia sunt. Quòd si non ita, sed principia entiũ numero sunt vnum, non erit p̃ter elemẽta aliquid aliud. numero enim vnum dicere, aut singulare, nil differt. ita. n. singulare dicimus, quod vnum numero est: vlẽ vero, quod in his. quemadmodum si vocis elementa, eò q̃ vnũ numero est, determinata essent, necesse esset tot omnes literas esse, quot elementa, cum nõ essent duo, aut plura eadem.

L Vtrũ principia eadẽ numero spẽ.

Et quærendum est etiam quæstionem difficilem de principijs, quoniam, si principia sint vna in forma, nihil est vnum in numero. neq; unum generabile. Et si ita sit, & nullum vnum sit prædicatum de omnibus rebus quomodo est scitia

A *tia, aut cognitio? Si autem omnia principia sint vnum in numero, et non fuerint principia quorundam alia à principijs quorundam, sicut principia rerum sensibilium, v.g. quòd ista litera & alia est vna in forma, et principia earum sunt vna in forma, & diuersa in numero. Si igitur principia entium non fuerint talia, sed vnum numero, non erit aliud ab elementis. nulla enim est differentia inter dicere*

B *sermonem dicentem vnum in numero, & dicentem vnum particulare. ab vno autem particulari nõ nisi vnum particulare, quare nec ab vno numero non nisi vnum numero. dicimus. n. in omni esse particulare in eo, quod est vnum in numero: & dicimus vniuersale de illo, quod prædicatur de istis particularibus. v.g. quòd si elemẽta vocis essent terminata ĩ numero, tũc omnes literæ essent secundum*

C *numerum elementorum, neq; multiplicarentur, neq; magis essent.*

14 Ista q̃stio est dicens, vtrũ principia sensibilia sunt omnia vnũ ĩ forma, aut vnum in numero. Et d. q̃, si omnia fuerint vnum fm formã, nihil erit hoc fm nũmerũ, neq; vnũ generabile erit vnum fm numerũ: quod est valde inopinabile. &, cum hoc non fuerit vnũ particulare, nõ erunt multa particularia: & sic non erit vlẽ: & sic non erit sciã. hoc igit̃ contingit, si principia fuerint vnũ fm formam. D. d. Si aũt oĩa principia, &c. i. si autem vnũquodq; prin- D cipium rerum sensibiliũ fuerit vnũ in nũero, & non fuerit quoddã vnũ fm formã, neq; diuersa fm formã, sicut est dispositio in principijs rerũ sensibilium, & in rebus ipsis sensibilibus, & nõ fuerit illic vnum fm formam omnino, & oĩa principia fuerint vnum fm numerum, nihil erit aliud ab ipsis elementis. i. si igit̃ principia entium nõ fuerint talia, nihil erit aliud ab elementis. D. d. cãm in hoc, & d. nulla. n. est differentia &c. i. & hoc necesse est. quoniã vnũ numero synonymum est cum particulari: &, cùm ista principia non fuerint nisi particularia, nõ erit vlẽ oĩno, s. forma. &, cùm ita sit, nihil erit aliud à principijs, cùm posuerimus q̃ nihil est hoc aliud à particularibus, qm̃ ex vno non fit compositum. Et, quia aliquis potest dicere, q̃ principia sunt vnum in numero tm̃, & generata ex eis sunt multa in numero, dedit inopinabile contingens ex hoc, & est qm̃ tunc generabilia essent fm numerum primorũ principiorũ, & non magis, & d. v.g. &c. i. qm̃, si elemẽta vocis essent terminata in numero, i. particularia, tunc voces essent fm numerum eorum, & non generarentur à literis plus suo numero.

Vnũ nũero synonymum E mũ est cũ particulari.

F

Nihilo autem minor dubitatio & à præsentibus & à prioribus prætermissa est, vtrum eadem corruptibilium & incorruptibilium principia sint, an diuersa. Si enim eadem sunt, quomodo hæc quidem incorruptibilia, hęc vero corruptibilia sũt & propter quam causam? Quicunque igitur circa tẽpora Hesiodi

Universidad de Deusto
Biblioteca

G siodi fuerunt,& euncti Theologi,solum quò ad sibi persuaderent,curæ habuerunt, nos autē contempserūt.Cùm enim principia Deos facerent, & ex Dijs fuisse dicerent,quæcunq; nō gustarunt nectar, & ambrosiam, mortalia dicunt fuisse. Manifestū autē est, q; sibi ipsis hæc nomina cognita dicētes,talesq; afferentes causas. supra vires nostras dixerunt.nam.si voluptatis gratia ea attigerunt, nequaquā sunt ipsius eē causa nectar,
H & ambrosia.q; si ipsius esse gratia,quomodo essent sempiterni cùm alimento indigerent? Sed de his.quæ fabulosè & sophistice dicuntur,non est dignum accurate consyderare. Ab illis vero,qui per demonstrationem dicunt,petere oportet, ac interrogare,cur cùm ex eisdē sint, hæc quidem entium sempiterna natura sunt,hæc vero corrumpuntur:cū aūt neq; dicant cām, neque rationabile sit ita se habere, patet q; nō sunt eorū eadē prin-
I cipia neq; causę.Emped. nanq;, quem quis maxime sibi ipsi putauerit consona dicere, is quoq; idē passus est.ponit. n. quoddā principium corruptionis cām, contentionem. nihilominus tū & hæc videbitur generare, præter Deum,dicit enim.

" Ex quibus omnia q̄ erant,quę
" sunt,quæq; in posterum erunt,
" Ac arbores pullularunt, & viri, ac mulieres, (triti,
" Ferę,alitesq;,& pisces ī aq̄ nu-

Ex cibo nō ē sempiternum.

Ac Dijs longæui. k

At etiam absque his patet.nam, " si non ineſſet in rebus contētio, vnum omnia,vt ait,essent.cum enim conueniant, tunc extima statuitur contentio.Vnde & accidit ei felicissimum Deum minus sapientem cæteris esse. non enim cognoscit omnia elementa.contentionem nanq; nō hēt cognitio autem similis simili.

Terra enim ait,terram inspici- " mus,aquam vero aqua:

Aetheræ autem æthera diuū, " l sed igne ignem manifestum.

Ac amicitia amicitiam, & con- " tentionē contentione p̄mitiosa. Sed vnde sermo digressus est, hoc est manifestum, quod accidit ei,contentionem non magis corruptionis,q̄ ipsius esse causam esse. similiter nec amicitiā ipsius esse.cum enim congreget in vnum.corrumpit cætera. & simul ipsius trāsmutationis nullam causam dicit,nisi q̄ ita natura aptum est.ait enim.

Magna contentio in membris " m nutrita fuit.

Ac ad honores ascendit tempo- " re perfecto.

Quod eis cū alternum sit, am- " plum præcesit iusiurandum. Tanquam necesse sit quidē trās mutari,causā tū necessario nullā manifestat.tm̄ tū sibi ipsi consentanee dicit, q; non facit hæc quidem entium corruptibilia, hæc vero īcorruptibilia.sed oīa corruptibilia,præter elementa. Quæ autem dicitur nunc dubitatio

A tatio est,cur si omnia ex eisdem sunt,hæc quidem sunt, hæc vero non. Quòd igitur non sint eadem principia,hæc demū dicta sint. Quòd si diuersa principia sunt,vnaq̄dē dubitatio est,vtrū īncorruptibilia ēt ista erunt, an corruptibilia. Si.n.corruptibilia,patet q; necesse ē ea quoq; ex aliqb⁹ esse.oīa.n.in illa, ex q̄bus sunt,corrumpuntur. quare accidit principiorum alia esse principia priora.hoc autem impossibile,siue statur, siue in infinitū
B progreditur. Item,si principia adimentur, corruptibilia quomodo erunt? Quòd si incorruptibilia sunt,cur ex his quidem cùm incorruptibilia sint,corruptibilia erunt, ex alteris vero in corruptibilia? hoc enim nō est rationabile, sed aut impossibile est,aut multis īdiget rationib⁹. Item nemo conatus est alia ostēdere,sed eadem omnium principia dicūt,& quod primo dubitatum est,tanquam paruū quid
C dam putantes,prætereunt.

Et nos dimisimus perscrutari de quæstione non minus difficili p̄dicta.& est vtrum principia corruptibilium sint principia incorruptibilium, aut alia. Quoniam, si principia corruptibilium fuerint principia incorruptibiliū, quomodo quædam erunt corruptibilia,et quædam incorruptibilia? & quare? Epicures autem, & omnes loquentes in Diuinis laborant ratione cinādo, vt sufficerent animæ suæ tantum, non nobis. Ponunt enim principia esse Deos,& ex Deis: et fingunt quod principia,quæ nō potauerunt de sublimatione,& non gustauerunt de manna,& nectare,moriūtur. Manifestū est igitur, quòd ipsi dixerūt ista, & sunt nota apud eos.sed hoc, quod posuerūt de istis causis,quoniā gustant & potant,est extra rōnes nostras. quoniam si receptio eorum est propter voluptatem,tunc nec nectar ,nec D
E *manna est causa alicuius permanētiæ.& si illa receptio est vt essentiæ eorum remaneant, quo erunt æterna,& indigent cibo? Et ideo non oportet perscrutari de sermonibus eorum , quorū Philosophia est similis picturæ. Sed oportet perscrutari,& quærere a dicentibus illud,quod dixerunt, secundum demonstrationem,quare,si principia*
F *rerum sunt conuenientia , accidit quòd quædam sunt semper permanentia,& quædam corruptibilia: & non est necesse,vt ista sint sic, eū non dabunt cam in hoc. manifestum est igitur,quòd principia entium non sunt conuenientia. Si igitur aliquis existimauerit se dicere aliquid ī hoc,cōtinget ei quod cōtigit Empedocli.Emp.n.finxit,quòd lis est causa corruptionis, & principiū eius.& existimat quòd ista alis generat omnia præter vnum.*

* a.l.causę

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

C & oĩa præter Deum facta sunt ab hac lite. Fingit enim in suo sermone manifestum esse, quòd ex lite est generatio omnium, quæ fuerunt, & quæ sunt, & quæ erunt: & quòd ex ea nascuntur arbores viri, & mulieres, & pisces, quorum nutrimentum est in aqua, & Dij, quorum vita est longissima, & alia. Et fingit quòd, si lis non esset in rebus, omnia essent vnũ. lis enim cum fuerit cum rebus, di

H sperget eas, & non dimittet eas quiescere. Accidit igitur ex hoc sermone, vt Deus, qui est perfectus in forma, sit minoris scientiæ quàm aliud, cum nesciat omnia elementa. qua lis non est in eo, et simile cognoscitur per simile. Ver bi gratia, terra per terram, & aqua per aquam, et amicitia per amicitiam, & lis per litem. Manifestum est igitur quòd accidit ex suo sermone, vt lis sit causa

I corruptionis, non causa generationis. et secundum hunc modum accidit, vt amicitia non sit causa generationis. quoniam, cũ congregata fuerint aliqua in vnum, corrumpentur alia. & cum hoc Emped. non narrauit, quæ est causa transmutationis rerum, sed finxit quod natura earum est ita. & finxit quòd cũ lis, quæ est maxima, fuerit interfusa in membris, & admixta in eis erunt generata, erit

K generans in fine temporis illud, quod transmutatur, & transmutat res, & abstrahit eas à termino. Et secundum hunc sermonem apparet quòd transmutẽtur res necessario: neq; narrauit quæ est causa huiusmodi necessitatis, sed tantũ dicit hunc modum sermonis, quasi esset manifestus. & non fingit quòd quæda entia corrumpuntur, & quæda non corrũpuntur, sed fingit quòd omnia entia sunt corruptibilia præter ele- L menta. Nostra autem perscrutatio, & quæstio difficilis est, quare quædam corrumpuntur, et quædam non, si sint ex eisdem principijs. Et hoc, quod diximus, sufficit in hoc, quòd principia rerum non sunt eadem. Si autem principia sunt diuersa, contingit etiam quæstio difficilis, vtrum ista principia corrumpantur, aut nõ. Manifestum est igitur, si corrumpantur, quòd sunt ex alijs necessario. M omnia.n. corrupta vadunt ad ea, ex quibus sunt. & sic accidit vt principia habeant alia principia: quod est impossibile. hoc.n. procedit in infinitum. Et etiam, si principia corrumpantur, & confundantur, quomodo erit generatio rum corruptibilium? Et etiam si principia non corrumpuntur, quomodo ex quibusdam principijs non corruptibilibus fiunt corruptibilia,

A lia, & ex quibusdam incorruptibilia. hoc enim non est rectum: sed aut impossibile est hoc esse, aut indiget multo sermone ad confirmandum hoc. Et etiam nullus dixit, quòd principia sunt diuersa, sed omnes finxerunt, quòd principia omnium sunt eadem, & voluerunt perscrutari de prædicta quæstione, vt illi, qui perscrutati sunt de hac quæstione.

15 B Ista quęstio fit ponendo esse aliqua hic æterna, & aliqua corruptibilia, & vtraque habere principia. Et d. Qm̃, si principia rerũ corruptibilium, &c. i. si enim diximus, q̃ principia rerum incorruptibiliũ & corruptibilium sunt eadem, quo ex eisdem principijs fiunt corruptibilia & incorruptibilia? & causa in æternitate & corruptiõe sunt principia? D.d. Epicurei aũt, & oẽs loquentes in Diuinis, &c. & intendit q̃ loquentes in Diuinis loquẽtes sermonem extra intellectũ hominis. & ideo dixit, q̃ isti in sermone suo

C sufficiunt sibi, non nobis: quia ipsi intelligunt per Apologos, aliquas intentiones, per quas sunt contenti. D.d. Ponũt.n. principia esse Deos, & ex Deis. ideſt ponunt.n. principia eiusdem naturæ, & faciunt ea diuina, & est natura rerum ingenerabilium: & faciunt Deos corruptibiles ex incorruptibilibus. D.d. cãm eorũ in hoc, & d. & fingunt q̃ principia, quæ non potant, &c. i. dicũt q̃ Dij, qui potant aquam de tali loco noto, & gustant de tali, sunt immortales: & Dij, qui non gustant, sunt mortales. D.d. Manifestum est igitur, q̃ ipsi dixerunt ista, &c. i. & D diximus, q̃ sollicitudo eorum fuit, vt sufficerent sibi: qa dixerunt ista, & ipsi intelligunt intentiones, quas ipsi apologizauerunt in hoc. D.d. sed hoc, quod posuerũt de istis causis, &c. i. & hoc, quod posuerunt de differentia inter corruptibile & incorruptibile, est extra intellectum hoĩs. qm̃, si potant aquam de illo loco, & recipiũt cibũ ab illo loco alio pp̃ delectationem, tunc delectatio, fm q̃ est delectatio, non est cã permanentiæ alicuius rei. Deinde dicit: qm̃, si receptio, &c. ideſt, & si accipiunt potum ab illo loco, & cibum ab alio, vt non moriantur, mirum est quomodo qui indiget cibo & potu remaneat in æternum. cibus enim, & potus non sunt necessarij, nisi vt restaurent corruptum. quo igitur remanet æternum illud, quod est innatũ corrumpi? Et, qa iste sermo nõ est dignus vt perscrutetur de eo in scientijs, d. Et iõ non op3 perscrutari, &c. D.d. Sed oportet perscrutari, &c. ideſt, sed oportet quærere de hoc ab eis, qui dicũt illud, quod dicunt, fm demonstrationẽ, s. quomodo oĩa fiunt ex eisdem principijs in natura, & quędã p sunt æterna, & quædam corruptibilia, cùm causa permanentię & nõ permanentiæ nihil aliud sit nisi natura illius, quod est causa. Deinde dicit: manifestũ est igitur, q̃ principia entium non sunt conuenientia, ideſt, manifestũ est igitur, quoniam cùm principia rerum corruptibilium fuerint per suam naturam, & permanentia rerum eternarum sint etiam per suam naturam, & natura eorum non est nisi causę, ex quibus componuntur, manifestum

Delectatio, secũm q̃ est delectatio, nõ é cã permanẽtiæ alicuius rei.

E Cibꝰ, & potꝰ nõ sunt necessarij, nisi vt restaurent corruptũ.

G stum est ꝙ causæ generabilium & corruptibilũ alię sunt à causis æternorum. D.d. Si igitur aliquis existimauerit se dicere, &c.i. & ideo, si aliquis voluerit dare rõnẽ in hoc, continget ei quæstio similis contingenti Empedocli. Empe.n. dixit hoc, ꝙ lis est cã corruptionis, & ꝙ amicitia est causa generationis: & ꝙ entium quædã sunt facta ex quatuor elementis, & lite & amicitia, & sunt generabilia & corruptibilia: & quędam sunt facta ex quatuor elementis, & amicitia sine lite. & hoc est cœlũ, qđ est Deus apud ipsum. Et, cũ
H narrauit sermonem Emped. induxit sermonem eius, ne aliquis fingat ꝙ diminutus erat Arist. in illo, & d. Fingit. n. in suo sermone esse manifestum. &c.i. quoniam Empedo. in hoc, ꝙ ponit litem cãm corruptionis, contradicit sibi in hoc, ꝙ ponit eam necessariã in generatione omnium generabilium. Deinde induxit causam, propter quam ponebat litem esse necessariam in oĩbus generabilibus, & d. Et fingit, ꝙ si lis non esset, &c i. & Emped. opinabatur ꝙ amicitia, qñ dominatur, facit entia esse vnum: & ideo lis est ne-
I cessaria in multiplicando & dispargendo, & amicitia in adunando. D. dedit inopinabile contingens ex illis, & d Accidit igitur ex hoc sermone, vt Deus &c.i. & contingit Empedocli in hac opinione, vt Deus sit minoris scientiæ alijs. Scientia.n. apud ipsum, & alios Antiquos sit p similę. Dicunt.n. ꝙ terra cognoscitur per terrã, ꝙ est in nobis, & aqua per aquã, & amicitia per amicitiã, & lis p litẽ: sed in Deo non est lis: ergo nõ cognoscit litẽ, neq; qđ fit ex ea: ergo est minoris sciæ oĩbus entibus. D.d. Manifestũ est igitur ꝙ ac- K
cidit ex suo sermone, &c.i cõtingit igitur ex sermone Empe. dicẽtis ꝙ lis est cã corruptionis, vt lis sit causa corruptionis, ipsa & amicitia. D. dedit causam pp quam accidit, vt amicitia sit cã corruptiõis, & d. qñ, cũ cõgregata fuerint aliqua in vnũ, corrũpent alia. D.d. & cũ hoc Emped. non narrauit, &c.i. & cũ hoc, ꝙ iste hõ ponit causas mouẽtes, tñ nõ põt dare nobis causas generationis & corruptiõis. Quęrit. n. ab eo quare amicitia agit ĩ aliqua hora, & lis in alia tũc. n. cogeꝛ ad dicendũ ser- L
monẽ negantiũ cãm agentẽ, ꝙ dicunt, ꝙ natura entiũ quęrit de necessitate generationẽ & corruptionẽ. Deinde induxit sermonẽ eius, ex quo contingit hoc, & d. & finxit, ꝙ cùm lis maxima, &c. ideſt & iste homo in rei veritate nullã causam dedit in generatiõe. D. enim quòd, cùm lis maxima imposita est ĩ mẽbris animalium, tũc membra eius fuerunt generata: quia distinguit vnum congregatum, deinde in fine temporis venient oia ad corruptionẽ propter litem. Sed m igitur M
hunc sermonẽ cõtingit vt res generentur p se, & corrumpantur per se, & sic nihil prodest ponere hãc cãm mouentẽ in generatione & corruptione, sed erunt sicut illi, qui non ponũt in generatiõe, neq; in corruptione causam mouẽtem omnino, & sunt dicentes materiam. Deinde dicit neque narrauit, quæ est causa huiusmodi necessitatis, &c. ideſt & secundum hoc, sermo eius erit imperfectior sermone dicentium necessitatem esse. Illi enim dicunt necessitatem, & dant causam necessitatis, & est materia: iste aũt nullam causam

A causam dedit, qũasi causa necessitatis esset manifesta p se. D.d & non fingit, ꝙ quædã entia corrumpuntur &c. i. & nõ est opinio Empedo. ꝙ quædã entia sunt corruptibilia, & quædã nõ, sed opinat ꝙ oia corrumpunt̃ præter elementa. & dixit hoc, quia quæstio, de qua loquebat, non accidit nisi ponẽtibus duos modos entiũ, s. corruptibilẽ & incorruptibilẽ: & causę eorũ sunt eędẽ. Et, cũ declarauit, ꝙ ista q̃stio nõ cõtingit Empedo. nisi inquantũ ponit principiũ primũ incorruptibile, quia in eo nõ est lis longo tpe, nõ incorru-
B ptibile simplr, reuertitur est ad quæstionẽ ꝓdictã, & d. Nostra aũt pscrutatio, &c. i. & cũ sermo eduxit nos à quæstione intẽta pp hoc, ꝙ ĩ accidit ex verbis cum Empedocle, reuertamur modo ad quæstionẽ nostrã, s. quare quædã entia sunt corruptibilia, & quædã nõ, cũ habeant eadem principia. & qđ diximus de impossibilibus cõtingẽtibus huic positioni sufficit. D. incœpit dicere impossibilia cõtingẽtia sermoni cõtradicenti, s. si principia fuerint diuersa, & d. Si aũt principia, &c. i. & si posuerimus
C ꝙ principia rerũ corruptibiliũ sunt alia à principijs rerũ incorruptibiliũ, cõtingit nobis quæstio difficilis: & est, vtrũ principia corruptibiliũ sint corruptibilia, aut incorruptibilia. Manifestũ est enim, si principia corruptibiliũ fuerint corruptibilia, ꝙ sunt ex alijs principijs necessario. qñ oẽ corruptũ dissoluit̃ in ea, ex quibus cõponit. Si igit principia rẽ-
rum corruptibiliũ fuerint corruptibilia, necessario habent principia. & accidit ex hoc impossibile: & est ꝙ principia habent principia. & hoc procederet in infinitũ, & facient entia infinita esse in actu essentialr. D.d. D
Et etiã, si principia nõ corrumpantur, &c.i. &, si principia rerũ corruptibiliũ sunt incorruptibilia, sicut principia incorruptibilium, qua de causa fiũt à principijs incorruptibilibus q̃dã incorruptibilia, & quædã corruptibilia. hoc.n. aut est impossibile, aut indiget maximo sermone ĩ causam illius dandã. Et, quia d. difficultatẽ cõtingentẽ positioni principiorum rerũ corruptibiliũ & incorruptibiliũ esse diuersa, d. Et ẽt nullus dixit, &c.i. & pp apparentiã impossibiliũ cõtingentiũ positioni principiorũ diuersorũ, s. incorruptibiliũ E
& corruptibiliũ, ita ꝙ quædã agant corruptionẽ, & quædã permanentiã, ideo nullus Antiquorum dixit hoc esse, sed dixerũt ꝙ principia omniũ sunt eadem. & laborauerũt perscrutando de q̃stione difficili, quã diximus. & dixit hoc vilipẽdendo dicentes duos Deos esse, quorũ vnus agit bonum, & alius malum.

Vilipẽdendi sunt dicẽtes duos esse Deos, quorũ vnus agit bonũ, alius malũ.

An ens & vnum sint rerum substantiæ. Cap. 5.

OMnium aũt & ad speculandũ difficillimũ, & ad cognoscendã veritatem F
maxime necessariũ est: vtrum ipsum ens, & ipsum vnũ substantiæ entiũ sint, & nõ aliqd aliud vtrunq; eorũ sit, sed hoc vnum, illud vero ens sit: aut oporteat quid nã sit ipsum ens, & ipsum vnũ quærere, tanquã altera natura subiecta. Quidã enim illo, quidã vero hoc modo putãt natura habere. Plato nanq;, ac Pythagorici nõ esse aliud qd ipm ens, nec ipsum vnum aiebãt, sed

hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

G hoc eorũ naturã esse tanquã substantia idem vnũ, & ens, esset. Qui aũt de natura tractarũt, vt Empedocles, tanquã in magis cognitũ reducens, dicit q̃ vnũ est ens. videri nanq; possit dicere hoc amicitiã esse. causa enim hæc oĩbus est, vt vnũ sint. Alĩ vero ignẽ, & alĩ aerem aiunt ipsum vnum, & ipsum ens esse, ex quo entia & eẽ & facta esse. Silr, & qui plura elementa ponunt. necesse enim & his est tot esse dicere ipsum ens, & ipsum vnum,
H quot aiũt principia esse. Accidit aũt, si quis nõ ponet esse aliquã substantiã ipsum vnũ, & ipsum ens, nec aliorũ vniuersaliũ quicquã esse. hæc enim vlia maxime omniũ sunt. Quòd si non est aliquid ipsum ens, & ipsum vnũ, multo minus quicquã aliorũ sit p̃ter ea, q̃ singularia dicunt. Itẽ, si ipsum vnũ non sit substantia, patet q̃ nec numer⁹ erit tanquã natura alia separata ab entibus. numerus enim vnitates, vnitas vero vnũ quid est. Quòd si qd
I est ipsum vnũ & ipsum ens, necesse est eorũ substãtiã esse vnũ & ens. non enim aliquid aliud vlr prædicatur, sed eadem ipsa. At vero si quid erit ipsum ens, et ipsum vnũ, magna dubitatio est, quonã modo aliquid aliud p̃ter hæc erit. dico aũt quomodo entia erunt plura vno. quod enim aliud ab ente est, non est. quare ſm Parmenidis rõnẽ necesse est accidere oĩa entia esse vnũ, & hoc esse ens. Vtroq; aũt modo difficile est. siue enĩ vnũ K
nõ sit substãtia, siue ipsum vnũ sit, impoſe est numerũ esse substantiã. Si igitur nõ sit, dictũ est prius quare. Si aũt sit, eadẽ ac de ente dubitatio est. ex quo enim & præter ipsum vnũ erit aliud vnũ, necesse, pfecto est nihil esse. oĩa vero entia, aut vnũ, aut plura, quorũ vnũquodq; vnũ est. Item, si ipsum vnũ indiuisibile, ſm quidẽ Zenonis positionem nihil vtiq; fuerit. Quod.n. neq; additũ, neq; demptũ facit aliqd L
maius, id nõ esse entiũ aiũt, tanquã ens magnitudo sit. & si magnitudo corporalis: hæc nanq; omniquaq; ens. cętera vero quodammodo qdẽ addita faciẽt maius, quodãmodo vero nihil: vt ſupficies & linea faciẽt, punctũ vero & vnitas minime. Sed, cũ ipse moleste ſpeculetur, ac cõtingat aliqd indiuisibile esse, sic ad illũ habeẽt aliqua rũsio. huiuscemodi nãq; additũ nõ maius, sed plus efficit. Sed qũo ex vno tali, M
aut plurib⁹ magnitudo erit: silr nanq; est, ac si dicaẽ ex pũctis lineã esse. Quòd si qs ita putat, vt quẽadmodũ quidam dicũt, ex ipso vno, & alio quodã nõ vno numerus fiat, nihilomin⁹ tamẽ quærendum est, cur, & quomodo qñq; numerus, qñq; magnitudo erit, quod fit, si ipsum non vnum inæqualitas, ac eadẽ natura erat. Nec enĩ apparet, quo pacto ex vno, & ista, neq; quo pacto ex aliquo numero, & ista magnitudines fieri queant.

Et

A Et nos videmus, quòd difficilior istarum quæstionum, & magis necessaria ad sciendum veritatẽ est, vtrum ens & vnum sint substantiæ entium, & vtrũ non attribuatur aly, sed hoc est ens, & hoc est vnũ: aut oportet quærere quid est ens, & quid vnũ tali qõne, quasi alia natura esset eis subiecta. Quidam.n. hoĩes existimant, quòd natura eorum est talis, & quidã aliter. Plato aũt & Pythagorici nõ
B finxerunt ens & vnũ esse aliud, sed finxerunt quòd natura eorum hæc est, & substantia eorũ, vt sint vnũ, & ens. Natur alis autem, sicut Emp. attribuit vnũ aly manifestiori, & fingit quòd vnũ est ens. & forte dicit, quod illud vnũ est amicitia. & finxit, quòd hoc vnũ est amicitia, q̃ est cã, per quã oĩa sunt vnũ. Et aly fingunt hæc, vnum & ens esse ignem, & aly aerẽ, ex quo facta sunt oĩa entia.
C Et similiter illi, qui finxerunt elementa esse plura. isti.n. coacti sunt ad dicendũ, quòd vnũ & ens signi ficant plura secundũ numerũ principiorũ, q̃ dicunt esse. Et, si aliquis finxerit, quòd vnũ & ens nõ sunt substantiæ rei alicuius, accidit vt nihil aliorũ vniuersalium sit substantia alicuius rei. Vnum.n. et ens sũt vniuersalia magis, quàm alia. Si autem vnum non fuerit existẽs per se, similiter neq; ens est existẽs per se, nullum.n. aliud est existens D
per se, nisi particularia. Et etiam, si vnum non fuerit substantia, manifestum est quòd non est numerus abstractus à numeris, quasi aliqua natura separata ab entibus. numerus.n. vnitas est. Vnum aũt est aliquid existens per se, solitariũ. Et, cum aliquid sit vnum & ens, necesse est vt sit substantia. quoniam de eis non dicetur aliquid vniuersale, sed illa dicentur de sẽ. Et non est possibile, si aliquis dixerit quòd E
vnum & ens sunt idem. multæ.n. sunt quæstiones difficiles cõtra illũ. quarum vna est, qũo est possibile, vt aliquid aliud ab istis sit, s. qũo est possibile, vt generationes sint plures. vna. generatio.n. nõ est nisi entis. & ideo accidit vt entia sint vnum necessario, sicut dixit Parmenides, & vt istud vnũ sit ens. Secundũ igitur vtrũlibet istorum duorũ modorum dicatur, hoc difficile est & graue. quoniã, si di F
xerimus quòd vnum substãtia nõ est, & si dixerimus quòd vnũ est aliquid existens per se, impossibile erit vt numerus sit substantia, si vnum non fuerit substantia. Si autem aliquis dixerit, quòd numerus est substãtia, in hoc quidẽ erit quæstio difficilis. & est quæstio quærens de ente, vtrum sit aliud ab vno, aut est vnum. & necesse est vt ens omne non sit vnum. & ne-

G *cesse est etiam vt sit, quia omnia aut sunt vnum, aut plura composita ex vnis. Et, etiam si hoc vnū est indiuisibile, erit secundū hoc, quod Zeno opinabatur, nihil esse omnino. Fingit enim, quòd illud, quod non augmentatur apud additionē, neque diminuitur apud diminutionem, non est entium. manifestum est igitur, quòd entia secundū suū figmentum sunt magnitudines. si igitur entia sunt magnitudines,*

H *sunt magnitudines corporales: quoniam magnitudo corporalis est ens omnibus modis. aliorum autē quædam sunt, quæ quando componuntur, fit ex eis magnitudo: & quædam sunt, quæ quando componuntur, non fit magnitudo, secundum quòd diximus. finxit. n. quòd superficies & linea, quando componuntur, faciunt magnitudinem, punctus autem, & vnum non faciūt magnitudinem. Quia igitur iste*

I *Zeno errat in suo sermone & tenet opinionem tortuosam, & possibile est vt aliquid sit indiuisibile, oportet nos respondere isti sermoni aliquantulum. & dicamus, quòd quado vni additur aliquid no mai us erit, sed plus: & ideo non erit magnitudo. Quoniam quomodo est possibile vt magnitudo sit ex tali vno, & ex pluribus, quæ non sunt vnum? Et dicens hoc, est similis dicenti lineam componi ex punctis. Et, si aliquis existimauerit hoc esse, & quòd numerus fit ex hoc vno, & ex alio, quod non est vnum, sicut quidam dicunt, quæratur ab eo, quare hoc non est in numero in quibusdam generibus numerus, et in quibusdam magnitudo, si illud, quod non est vnū, est æquale vni, & habeat eandem naturam. Nō enim est manifestum, quomodo numeri fiunt ex vno, & ex alio, quod non est vnum: neque quomodo est possibile vt magnitudines sint ex*

K L *aliquo numerorum, & ex hoc, quod non est vnum.*

Et nos videmus, &c. vtrum ens, & vnum &c. i. & ista q̃stio est vtrū ens, & vnum significent substantias entium, & vnumquodq; eorum, q̃d significant nō attribuitur alicui alij entium, ita q̃ subiectum eius, quod significant hæc nomina vnū & ens, non sit aliud: aut si significant de entibus aliqua constituta per aliqua alia, i. aliqua in subiecto. Et hoc intendebat cùm d. aut oportet quærere quid est ens, &c. i. q̃, cùm quæsiuerimus definitionem entis, & vnius, definiemus illa, fm q̃ definiunt̃ res, quæ constituuntur per aliam naturam. D. d. Quidam. n. hoīes existimant, &c. i. quidam. n. hoīes reputāt vnum, & ens significare naturas existentes per alias, & quidā existimāt ea significare naturas existētes p se. D. d. Plato aūt, & Pythagorici &c. i. Plato & Pythagorici opinati non sunt q̃ vnum, & ens significēt de entib⁹ naturas compositas, sed fingūt, q̃ vtrūq; eorum significet vnam in

M *ten-*

A *tentionem, s. simplicem, nō compositam, i. non vnum compositū, sicut significant nomina denoīatiua D. d. Naturalis āt, sicut Emp &c. i. Naturalis aūt, s. Emp. & alij conuenīūt cum Platone, & Pythagoricis, q̃ hęc noīa vnum: & ens significent de rebus vnas naturas & simplices. Sed tñ Naturales dicūt in hoc vno sermonem manifestiorem, q̃ dixerunt Pythagorici & dixit hoc, quia Pythagorici dicebant, q̃ vnum & ens, q̃d est substātia entium, est ipse numerus: Plato vero dicebat ipsum esse formas numerales. Naturales autē posuerunt vnum & ens esse elementum rerum sensibilium, aut ignem fm sermonem quorundam, aut aerem, aut aquam. Et, quia Empe posuit causam sensibilis vnius esse amicitiam, & hoc est proprium ei inter omnes Naturales, d. & finxit, q̃ hoc vnū est amicitia, &c. i. q̃ñ, cùm opinatus est q̃ amicitia est causa, quæ facit oīa esse vnum, ideo est magis digna vno. quia quod est causa vnitatis, est vnum essentialiter, & primo. D. d. Et alij fingunt &c. i. & innuit per hoc illos, qui fuerunt ante Empe qui non posuerunt causam*

B *agentem. D. d. Et similiter illi, qui finxerunt elementa esse plura, &c. i. q̃ñ isti etiam opinantur, q̃ hæc noīa vnū & ens, quę dīr multiplici ter, significant de rebus numerum elementorum. Et, quia istis contingit dicere, q̃ hæc nomina vnum & ens non significant idem vnum, sicut Antiqui fingebant, adeo q̃ Parmenides propter hoc dixit, q̃ nulla est multitudo oīno, & q̃ ens est simplex non compositū, & vnum, & q̃ non hēt elementum, d. isti. n. coacti sunt ad dicendum, q̃ vnū & ens significant. i. isti. n. qui ponebāt vnū & ens esse principia rerum, & posuerunt principia esse multa, cōtingit eis dicere, q̃ hæc nomina vnū & ens significant plures intentiones. v. g. ignem, & aerem, aquam, & terram apud opinantes q̃ ista elemēta sunt principia oīum entiū. Et, cùm compleuit sermonē de dicētibus, q̃ vnū & ens signiant substantias existētes, s. quarū natura ē alia à natura vni⁹, incœpit dicere q̃ones contingentes ēt dicentibus, q̃ non signiant de reb⁹ substantias, & d. Et, si aliquis finxerit, &c. i. &, si aliquis finxerit, q̃ hoc nomen vnū p̃dicabile de oībus, & ens non signiant de reb⁹ substātias, continget vt nihil ex vlibus signiet substantias rerum: & sic destruētur demonstrationes, & definitiones. vnum enim & ens, sicut dixit, magis vniuersalia sunt, quàm omnia alia. D. d. Si aūt vnū non fuerit, &c. i. & ēt si vnum vle, & ens non significent substantias existentes p se nō erit hic vnum, quod est substantia rerum particularium. D. d. Et ēt, si vnum non fuerit substantia, &c. i. & ēt, si posuerimus q̃ vnum non significat substantiam, sed naturam sensibilem, manifestum est esse impossibile vnum esse abstractū exñs per se solitarium à rebus numerabilibus, fm q̃ posuerunt ponentes numeros existentes per se abstractos à numerabilibus. Deinde dicit, & dedit causam in hoc exemplo, & dixit: numerus enim vnitas est, &c. i. deest, causa in hoc est, q̃ numerus coacervatio est vnitatum. Si igitur vnitates non significant aliquod ens, tūc numerus non erit aliquid, nedum sit abstractus. Deide incœpit dicere quæstiones contingētes ponētibus*

Noīa denoīatiua significant vnū oppositū. vide. 1. phi. cō. 15. Vide oppo. 1. Met. cō. 14. & 7 Meta. c. 18 Vide cōment. 2im.

Vnum & ens sunt magis vsia alijs.

Qđ est vnitatis & vnū essentialiter, & primo.

De opione Parmenidis. vide. 1. Phy. 25.

Numerus est coacervatio vnitatum.

G vnum substantiale esse significans intentionē vlem, & d. vnum autem est aliquid existens per se. i. vnū aūt intelligitur, q̄ est intentio existens per se, non habens subiectum, neq; situm. est igit vna substantia, i. particularis. D.d. Et, cū aliquid sit vnū, & ens, &c. i. & cum hoc nomen vnū & ens significant vnā intentionem numero, necesse est, vt ens & vnum significent vnam substantiam particularem in numero. D.d. q̄m de eis non dicetur, &c. i. & cùm vnū & ens fuerint substantiæ, & nullum habēt vlē substantialiter, quod prædicet de eis fm quid, é manifestū, q̄ vnū & ens significant vnam substantiā numero. D.d. Et non est possibile, si aliquis dixerit, &c. i. & impossē est dicere, q̄ vnum, & ens significant substantiā vnā numero. dicentibus. n. hoc contingunt quæstiones graues ad dissoluendum q̄m, si vnū & ens significarent substantiā vnam numero, qūo erunt res generabiles in substātia? generabile. n. aliud est ab ente vno. & sic vnum erit duo, aut pl⁹. q̄m generationes non sunt, nisi in substantijs, non in accidentibus. Et intendebat q̄, si esset in accidentibus, non contingeret eis, vt ens eēt vnum. ens. n. nō dē apud eos nisi de substantia. D.d. fm igitur vtrumlibet istorum modorū, &c. i. & cùm dixerim⁹, q̄ significat vnum numero, s. non plura, fm igitur vtrūlibet istorum modorū fuerit dictū, erit difficile, s. siue fuerit dictum q̄ significat substantiam, aut non substantiam. Q̄m, si fuerit dictum de substantia, auferetur multitudo. &, si non de substantia, auferentur vnitates, q̄ sunt substantiæ: & erit impossibile numerum esse substantiā

H

I

fm opinionem dicentiū hoc. & fuit contentus in hac contradictione in positione opinantium, q̄ numerus est substantia. quia licet dicens hoc non opinetur q̄ numer⁹ est substātia, tñ contingit ei vt non inueniat vnum, quod sit substātia, neq; aliud in substantia omnino: quod est contrarium sensui. Et, si positum fuerit numerum esse substantiam, & ens, continget eadem quæstio, p quam dixerunt, q̄ vnum significat vnam intentionem numero: & est vt nulla multitudo sit oīno. q̄m hoc nomē ens aut significat vnum numero, aut multitudinem. si igitur significat vnū nūero, ens erit vnū in nūero: & ē sermo Parmenidis: & si multitudinem, tunc erit multum: quod est impossibile. omne enim aut est vnum, aut plura. Et hoc intēdebat, cùm d. Si autē aliquis dixerit, q̄ numerus est substantia, &c. & istæ oēs quæstiones contingunt Antiquis, quia non intellexerunt de hoc nōle vnum, nisi vnam intētionem dictā vniuoce: & Parmenides intelligebat per hoc ipsum esse vnum particulare, & istæ quæstiones dissoluunt p hoc, q̄ hæc nōa vnum, & ens dicuntur multipliciter, fm q̄ Arist. contra dixit Parmenidi in Primo Physico. Et, quia quidam eorum ēt destruxerunt vnum esse, incœpit loqui contra illos, & dixit: Et etiā, si hoc vnū, &c. i. q̄ iste homo, s. Zeno dicebat, q̄ manifestum est vnum esse indiuisibile, & omne tale non augmentatur apud additionem in eo, neq; diminuitur, quia neq; diuiditur, ergo non recipit additionem, neque diminutionem: & ens est illud, qđ recipit augmentum & diminutionē: ergo non est ens. D.d & incœpit con-

K

L

M

A contradicere ei, & d. manifestū est igitur, q̄ entia fm suum figmentū sunt magnitudines, &c. i. & continget fm sermonem istius, vt ens non sit aliud q̄ magnitudo: cùm ens est illud, quod recipit additionem & diminutionem. D.d. si igitur entia, &c. i. & dicebat super hoc, si ens est illud, quod recipit diuisiones, tunc illud, quod recipit diuisionem somnibus paruis, & est corpus, est ens in rei veritate. D.d aliorum autem quædam sunt, &c. i. & dicebat, q̄ ea, quæ sunt præter corpus, ex quibus non componitur corpus, nō est ens.

B & hæc est dispositio vnius & pūcti. & superficies, aut linea sunt apud eū entia, cùm ex illis, vt dicebat, componitur corpus. Et cū narrauit ei⁹ sermonem, incœpit dissoluere eū, & d. Quia igitur iste Zeno, &c. i. q̄ a sermo istius hoīs est valde dubitatiuus, & tortuosus, ex quo existimauit q̄ cē, quod non diuiditur, non est ens, oportet nos respondere illi.

D.d. & dicamus, q̄ qñ vni, &c. i. q̄ sermo Zenonis, q̄ nihil addit vni, quia tunc esset maius, & diuideret omnino, & non remaneret vnum, non est verus: immo dicimus, q̄ ad

C ditur ei, & fit plus, non maius, & ideo non debet fieri linea, ita q̄ recipiat diuisionem, sicut finxit ille. Deinde dicit, causam, propter quam fiunt necesse, vt ex eo non sit magnitudo, & d. quoniam quomodo est possibile, vt magnitudo, &c. i. magnitudines enim impossibile est vt generētur ex vno, neq; ex multis reb⁹ alijs ab vno, s. q̄ ex vno, neq; cum vno, neq; cum alia re fit magnitudo. magnitudo enim est de natura continui: vnum aūt est de natura discreti. D.d. Et dicens hoc est similis, &c.

D

Magnitudo ē de natura cōtinui: vnum autem est de natura discreti.

E

F

An numerus, et magnitudo substantiæ sint, vel ne. Cap. 6.

HIs autem consequens dubitatio est, vtrum numeri, & corpora, & superficies, & puncta aliquæ substantię sint, an non. Si enim nō sunt, fugit nos quidnam ipsum ens, & quæ entium substantiæ sint. Passiones enim, & motus, & q̄ ad aliquid sunt, ipsæq; dispositiones, ac rationes nullius substantiam significare videntur. cuncta etenī de aliquo subiecto

G dicuntur, nihilq; horum ipsum
* Hoc ali. quid. qđ est. Quæ vero maxime sub-
stantiam videantur significare,
sunt aqua, terra, & ignis, ex qui
bus cõposita corpora consistũt.
horum aũt caliditates quidem,
& frigiditates, & huiusce modi
passiones non substantiæ sunt.
corpꝰ vero solum, quod hæc pa
titur, permanet tanquam aliqđ
ens, & aliqua existens substãtia.
At vero corpus minus est sub-
stantia, q̃ superficies, & superfi
cies q̃ linea, & linea q̃ vnitas,
H & punctum. his. n. corpus defi-
nitur. & hæc quidem videntur
posse sine corpore esse, corpꝰ ve
ro absq; his impossibile eẽ. Qua
re plures quidem, & Antiquio-
res substantiam quidem & ens,
putabant esse corpus, cætera ve
ro huius passiones: vt & princi
pia corporum entiũ essent prin
cipia. Posteriores vero, & illis sa
pientiores habiti numeros. Quẽ
admodum itaq; diximus, si hęc
non sunt substantiæ, nulla sub-
stãtia, nec aliquod ens omnino
I est. quæ. n. eis accidunt, non con
uenit entia nominare. At si hoc
quidem conceditur, q̃ longitu-
dines, & puncta magis q̃ corpo
ra substantiæ sint, at qualia cor
pora hæc sint non videmus (in
sensibilibus nanq; impossibile
est esse) nõ erit profecto vlla sub
stantia. Item videntur hæc oĩa
dimensiones corporis esse, hoc
quidem ad latitudinem, hoc ve
ro ad profunditatem, illud por-
ro ad longitudinem. Et ad hæc
similiter inest in solido quæcum k
que figura. Quare si nec in lapi-
de Mercurius, nec in cubo dimi
dium cubi, sic vt disterminatũ,
ergo nec superficies. nam si quæ
cunq;, & ea profecto sit, quæ di-
midium disterminat. eadem au
tem ratio & de linea, puncto, &
vnitate est. Quare si corpus ma
xime substantia est, hæc aũt cor
pore magis, hæc vero non sint,
neq; substantiæ quædã sint, fu-
giet nos, pfecto quidnã sit ens,
quæue entium substãtia est. Ad L
hæc. n. quæ dicta sunt, etiam q̃
circa generationẽ, & corruptio
nem accidunt inconuenientia.
Videtur. n. substantia, cum ante
non existens, nunc fit, aut cum
antea existens, postea non, cum
generatione & corruptione hęc
pati. At puncta, lineas, & super-
ficies, neq; fieri, neq; corrumpi
contingit, cum q̃nq; sint, q̃nq;
vero non sint. Cum enim tãgãt,
aut diuidãt corpora, q̃nq; vna,
cùm simul tangunt, q̃nq; duæ,
cùm diuidunt, fiunt. quare neq; M
iam compositis, sunt, sed corru-
ptæ sunt: & diuisis, sunt, cùm an
tea non essent. punctum nanq;
indiuisibile, non est diuisum in
duo. Cęterum, si generantur, &
corrumpuntur, ex aliquo fiunt.
Similiter autem se habet & cir- Hic ali. hoc
ca nunc, quod est in tempore,
nec hoc enim contingit genera-
ri, & corrumpi, sed tamen aliud
esse semper videtur, cùm non
substantia aliqua sit. Patet autẽ
quod etiam circa pũcta, lineas,
&

A & superficies similiter se habet.
eadem enim ratio est. cuncta nã
que similiter, aut fines, aut diui-
siones sunt.

*Et istam quæstionem consequi-
tur alia difficilis, & est, Vtrum
numeri, et corpora, & superficies,
& lineæ, & puncta sint substan-
tiæ, aut non. Quoniam si nõ fuerint
substantiæ, tunc recedet a nobis co
gnitio, quæ sit subiecto, & quæ est
substantia entium. Motus autem,*
B *& passiones, & species relationis,
& dispositionum, & dictionum
existimantur non significare sub-
stantiam alicuius. quia oĩa dicun-
tur de subiecto, & nihil eorum di
citur, quod est hic. Illud autem,
quod existimatur in maiori par-
te significare substantiã est aqua,
& terra, & aer, & ignis, ex qui-
bus constituuntur omnia composi-
ta corpora. caliditates vero, & fri
giditates in istis rebus, & simila*
C *sunt passiones substantiæ. corpus
vero è illud, quod determinat istas
passiones solum, quia est ens ali-
quid, & alia substantia. Sed cor-
pus est minus superficie in substan
tialitate, & superficies minus
quam linea, & linea minus quã
punctũ. & vnum corpus definitur
per istã. ista enim existimantur es
se sine corpore: & hoc possibile est:
corpus aut impossibile est vt sit si
ne istis. Et ideo existimabãt An-
tiqui Philosophorũ quòd substãtia,* D
*& ens est corpus, et quòd alia sũt
passiones istius corporis. et ideo isti
existimauerũt quòd principia cor
porum sunt principia entiũ. aly au
tẽ, qui reputabantur sapientiores
illis, existimauerunt, quòd substan
tia, & ens est numerus. Sicut igi-
tur diximus, si ista, quæ diximus,
non sunt substantiæ, nulla est sub-
stantia oĩno. neq; ens, quoniam re-
ctum non est vt accidentia, q̃ acci
dunt istis substantys, dicatur sub-* E
*stantiæ & entia. Sed, cum sit ma
nifestum quod longitudines, et pũ
cta, q̃ sunt corporis, sunt maioris
substantialitatis quam corpus, &
non videmus ea esse substantias,
ex quibus igitur corporibus sunt
substantiæ entium? & impossibi
le est vt sint ex corporibus insensi-
bilibus. aut forte nulla substantia
omnino est. Et etiam videmus,
quòd omnia ista sunt dimensiones
corporis. quædam enim sunt lati-* F
*tudinis, quædam profunditatis, &
quædam longitudinis. Et cùm hoc
dicitur, quòd ista sunt in corpori-
bus, sicut figuræ sunt in eis. corpus
enim necesse est vt habeat aliquã
figuram. Si igitur possibile fuerit,
vt corpus non habeat figuram,
possibile erit vt non habeat di-
mensionem, verbi gratia, quo-
niam, si fuerit possibile vt figura*

G *Mercury nõ sit in idolo Mercury, possibile est vt figura semigrandi nus sit in tota figura grandius. Et cũ hoc, quod diximus, accidit istis error, cũ perscrutati fuerimus de rebus, quibus contingit generatio & corruptio. Existimant. n. quòd substantia non primo fuit, deinde fuit: aut fuit primo, deide corrumpitur: & quòd passiones contingũt ei apud generationẽ & corruptionem. Puncta aũt, & lineæ, & su-*

H *perficies impossibile est vt habeãt generationem & corruptionẽ, aut vt sint quandoq;, & quandoq; nõ. Corpora. n. continua & discreta apud continuationem adunantur, & apud discretionem fiunt duo, & nihil corrũpitur, nisi corruptio accidat ei. & ea, quæ diuiduntur, non sunt sine generatione. Punctus autem, si non diuiditur, non fit duo puncta: & si generatur, & corrumpitur, est necessario ex ali-*

I *quo illud.*

17 Et est quæstio difficilis perscrutanda in hac scientia, vtrũ numeri, & corpora, & superficies, & lineæ, & puncta sunt substantiæ entium, s. q̃ dicuntur fm quid, sicut quidam dicunt, aut non. Existimatur. n. q̃, si ista non fuerint quiditates substantiarum entium, q̃ recedat à nobis cognitio naturarum eorũ, s. entiũ existentium per se: quia omnes cõueniunt in hoc, quod appellant eas substantias. D.d. Motus autem, & passiones, &c.i. & ista existimantur esse substantiæ, quia illa, quæ sunt præter ista, v.g. motus, & accidẽtia, & relationes, & dispositiones, manifestum est, q̃ non notificant substãtias entium, s. q̃ vocantur substãtiæ. & intendit per passiones qualitates attributas sensibus, v.g. calorem & frigus. & per dispositiones modum qualitatis, quæ dicit dispositio & habitus. per dictiones autem forte intendebat intellecta subiecta. D. dedit causam, propter quã omnes conueniunt in hoc, q̃ ista nõ sunt substantiæ, & d. quia omnia dicuntur, &c.i. quia oĩa ista sunt in hoc indiui

K duali, quod est indiuiduum substãtiæ, & nullum eorum dicit ex hoc, D.d. Illud autem, quod existimat, &c.i. illud autem, quod videtur esse fm existimationem substantia entium compositorũ indiuidualium, sunt quatuor elementa, ex quibus componuntur substantiæ sensibiles. & intendit q̃ ista videntur esse substãtiæ compositorum fm materiã, non fm illud, quod dicitur in respõsione ad quid. D.d. corpus vero est illud, quod determinat, &c.i. qñ definiuntur ista accidentia, corpus determinat naturam eorũ, s. q̃ est de definitionibus eorum, quasi differ-

M tiæ eorum sunt determinantes naturam entis, & distinguentes ipsum ab alijs. D.d. Sed corpus est minus, &c.i. sed cùm feceris comparationẽ inter ista, videbis q̃ corp⁹ est minoris substantialitatis q̃ superficies, & supficies q̃ linea, & linea q̃ punct⁹.

Deinde d. causam in hoc, & d. corpus enim post ista inuenitur in definitione: quia corpus definitur, q̃ est illud, quod est diuisibile in tres superficies: aut illud, quod continetur à superficie, aut superficiebus.

&

A & etiam quia ista videntur priora corpore naturaliter, & innuit modum prioritatis fm cõsequentiam. aut intendit vt corpus. impossibile enim est vt intelligatur sine superficie, superficies autem impossibile est vt ĩtelligatur sine corpore. similiter est de linea cum superficie, & de puncto cum linea. Et, cùm dedit rationes sufficientes, q̃ corpus est substanna absq; superficiebus, & lineis, d. Et ideo existimabant Antiqui Philosophorum, q̃ substãtia, & ens est corpus, & q̃ alia non definiũ

B tur per definitionem corporis, &c.i. quia opinati sunt, q̃ corpus est substantia, crediderũt q̃ principia corporum, ex quibus componunt, sunt corpora, quæ sunt principia omniũ entium. s. n. corpora sunt prĩcipia, ergo principia corporum sunt principia entium. D.d alij vero, qui reputabantur, &c.i. illi autem, qui reputabantur sapientiores istis, dixerunt, q̃ substantia fm hanc cõsyderationem debet esse numeri, s. quia sunt priores in imaginatione alijs entibus: & quia sunt priores naturaliter: & quia sunt sicut magis liberati à materia q̃ corpus. D.d. Sicut igi-

C tur diximus, &c.i. contingit igit fm hunc sermonem, si ista non fuerint substantiæ, existimari nullam esse substantiam omnino entiũ. impossibile. n. est vt posteriora ab istis substantijs, s. accidentia, sint substantiæ alicuius eorũ, de quibus omnes conueniunt, vt sint substãtiæ sensibiles.

D. dedit dubitationẽ super hoc, & d. Sed cùm sit manifestum, q̃ longitudines, &c.i. sed ista consyderatio facit q̃ superficies, & lineæ, & pricta sint substantiæ: & apparet de istis q̃ non sunt substantiæ, & sunt priora corporibus mathematicis: ergo cor- D

pora mathematica non sunt substãtiæ. Ex quibus igitur sunt substãtiæ entiũ? impossibile. n. est vt sint corpora sensibilia. Ista. n. sunt, quorum substantiæ quæruntur. cum dicim⁹ in eis, quæ sunt ens & vnum. q̃rim⁹ enim q̃ est ista substantia, quam significat hoc nomen ens, & vnum. & nullum corpus est nisi mathematicum, aut sensibile. D.d. aut forte nulla substantia oĩno est, i. oportet vt dicamus fm hanc quæstionem, q̃ contingit vt substantia nõ sit alicuius rei, i. q̃, cùm sit destructi fi, q̃ quiditates entium sunt corpora, recte videt opinari fm hoc q̃ entia non sunt, neq; habent quiditates. Et, qa declaratio, q̃ corpus mathematicũ non est substãtia, fundatur sup hoc, q̃ longitudo & latitudo sunt accidẽtia, & differentiæ ipsius corporis, d. Et ẽt videmus, q̃ oĩa ista, &c.i. & declarat, q̃ corpus mathematicum est accidens, & q̃ definitio corporis cõstituitur ex tribus dimensionib⁹, & videmus cum hoc q̃ dimensiones sunt corpori quasi figuræ, s. differẽtiæ eius. D. declarauit hoc, & d. cor-

F pus enĩ necesse est vt habeat aliquã figuram, &c.i figura enim talem habet dispositionem de corpore, sicut dimensio in hoc, q̃ corpus non potest denudari ab eis nisi corrumpatur, sicut est dispositio de differẽtia rei substantiali. D. dedit exemplũ, & dixit. v.g. qñ, si fuerit possibile, &c.i. qñ, si figura non fuerit substãtialis corpori, possibile erit vt figura propria auferat, & remaneat res, v.g. vt figura hois auferat, & remaneat hõ, aut figura idoli Mercurij, i. remanente idolo Mercurij. Et, si esset pos̃e vt figura ꝓpria rei auferret

Nullũ corpus é, nisi mathematicũ, aut sẽsibile, cõtraponentes corpus metaphysicum.

tunc

G tũc possibile esset vt semifigura rei auferretur, remanente tota figura. & hoc intendebat cùm d. possibile ẽ vt semifigura grandinis sit in tota figura grandinis. Et dedit exẽplũ de tunica. quia tunica est de rebus, q̃ non habent hoc nomen, nisi fm figurã habendam. figura igitur ei⁹ est dria ei⁹, q̃ distinguit eam ab alijs indumentis. Et intendit, declarare ex hoc capitulo q̃ cùm posuerim⁹, q̃ dimensiones sunt accidentia, tũc corpus erit accidẽs. &, si posuerim⁹, q̃ corpus est substãtia, tũc ista erũt substantiæ. D.d. Et cum hoc, quod

H diximus, &c.i. & cum istis inopinabilibus cõtingentibus huic positioni, s. corpora esse substãtias, accidũt etiam alia inopinabilia ex apparentibus in rebus generabilibus & corruptibilibus. D.d. Existimant. n. q̃ substantia, &c. i. existimatur. n. & ponitur. & est cõcessum ab omnibus, q̃ substantia generatur & corrumpitur, & accidunt ei passiones apud generationem & corruptionẽ, s. q̃, cùm generatur, fit substantia, quæ non fuit: & cum corrumpitur, corrumpitur illud, quod fuit. D.d. Puncta autem, & lineæ, &c. i. puncta aũt, & lineæ, & superficies nec generant nec corrumpuntur, neq; sunt quandoq; & quandoq; nõ, cùm linea nõ corrumpitur in non lineam, neque generatur ex non linea. & sic est et de corporibus. D. incœpit declarare hoc, & d. Corpora enim cõtinua, & discreta, &c. i. & d. q̃ nihil corrumpitur, nisi corruptio contingat ei. i. & non omnis compositio est generatio, neq; oĩs dissolutio est corruptio: vt quidã Antiquorum dicunt, s. q̃ congregatio est generatio, & segregatio corruptio. sed generatum est illud, in quo fit substantia, q̃ nõ K fuit, & corruptũ est illud, in quo corrupta est substantia, quæ fuit. D.d. & ea, quæ diuiduntur, non sunt sine generatione, i. ea, quæ diuiduntur in partes conuenientes fm nomẽ & definitionẽ, nõ sunt sine gñatione. Et, quia accidit ei in hac intentione punctus: punctus. n. non diuidit, & non hẽt gñationem: & dixerũt etiã q̃ illud, qđ diuidit in talia semp fm nomen & definitionem, non hẽt generationem, d. & illa, q̃ non diuidũtur ex re diuisibili, non sunt sine generatione. minima. n. partiũ corporis sensibilis, q̃ non diuidit, fm q̃ est L illud corp⁹, est composita. v. g. q̃ minima pars ignis est cõposita ex materia & forma. D.d. Punctus aũt, si non diuidit, &c. i. punctus aũt, si est indiuisibilis, non gñabit: cũ punct⁹ non diuidit in duo puncta, ergo nõ hẽt generationẽ. qm̃, si haberet generationem, esset cõpositus & hoc intendebat, cùm d. est necessario ex aliquo illud. i. & cùm punctus gñatur, & corrumpit, necessario generatur ex aliquo. & sic erit diuisibilis: quod est impossibile.

Vide. 1. ca. I de substãtia orbis.

Dubitationes de Idea. Cap. 7. M

OMnino autẽ aliquis dubitabit, quare oportet alia quædam præter sensibilia, & media quærere, vt puta eas, quas ponimus, formas. Si enim propterea q̃ mathematica quidẽ ab his, quæ hic sunt, alio quodam differunt, in eo sanẽ, q̃ plura eiusdẽ speciei sunt, nihil differunt. & ideo non erũt eorum principia, numero determinata, sicuti etiam literarũ quæ

A quæ hic, numero quidẽ nõ sunt omniũ principia determinata, sed specie. nisi quis huius syllabæ, & huius vocis accipiat. harum enim numero ẽt determinata erunt. sic etiam de medijs. infinita etenim ẽt illic sunt, quæ eiusdẽ speciei sunt. Quare, si præter sensibilia, & mathematica nõ sint alia quædã, qualia dicũt quidam formas esse, nõ erit vna numero, & specie substãtia: nec entium principia aliqua numero aliquot, sed specie erunt. Si

B itaq; hoc necessarium est, & formas ppea necesse est esse. etenim quanquã nõ bene declarẽt, qui hæc dicũt, hoc tñ est, qđ volũt: & necesse ẽ eis hoc dicere, q̃ formarũ vnaquæq; substãtia quędam sit, & nulla fm accidens. At vero si ponemus formas eẽ, & principia vnũ numero, non specie esse, diximus quæ impossibilia necesse est accidere.

Et rectũ est quærere de quæstione difficili, quare quærendæ sunt

C *aliæ substãtiæ à sensibilibus, & a medijs, scilicet formæ, quæ singuntur esse. Quoniã, si quærimus istas substantias propter hoc, s. quòd mathematica distinguũtur à sensibilibus per aliud, nõ distinguũtur ab eis per hoc, quòd sũt multæ formæ, sicut istæ formæ. manifestũ est igitur, quòd principia istorũ non erũt terminata in numero, quẽadmodũ principia qualitatis, quæ sunt hic, nõ sunt terminata in numero. principia enĩ cuiuslibet qualitatis non* D *sunt terminata in numero, sed forma. nisi principia literæ compositæ ex duabus literis, aut principia vocis compositæ ex duabus vocibus. principia enim istius literæ sunt terminata forma, & numero. & similiter erit etiã in rebus medijs. Si igitur non fuerint aliæ substantiæ, aliæ à substantijs sensibilibus, & à substantijs mathematicis, sicut quidam dicunt, manifestũ est formam non esse. sed, si concesserimus formas esse, & principia esse* E *terminata numero nõ forma, iam narrauimus, quod contingit ex hoc necessario, & quod est impossibile omnino.*

Et quærendum est qua de causa 11 fuit necesse ponere in positione cũ substãtijs sensibilibus, & mathematicis, quas vocãt medias substantias, quas dicunt formas. causa enim, propter quam fuit necesse formas medias ponere, manifesta est. & est, q̃ a nos videmus mathematicas formas differre fm definitionem à formis F sensibilibus. Et hoc intẽdebat, cùm dixit: Qsũ, si quærimus, &c. D.d. & non distinguuntur ab eis, &c. id est, & isti non ponunt ista media distincta à rebus sensibilibus: ita q̃ vnum quodq; eorum sit vnum numero tantum, sicut ponunt facientes formas: sed distinguuntur ab eis secundum q̃ sunt similia eis, scilicet multa fm formas, & multa fm numerũ.

Deinde dicit: manifestum est igitur, &c. i. & dicere formas esse, cõtingit ex eo, vt principia rerum, quæ sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sunt hic, sint determinata numero, ideſt diuerſa numero tantum, & nõ forma. & hoc intẽdebat. cùm d. manifeſtum eſt igitur per ſe, ꝙ res, quæ ſunt hic diuerſæ numero, & forma, ſunt diſpoſitio ĩ qualitate, id eſt manifeſtum eſt igitur per ſe, ꝙ ſunt res tales. Et hoc intẽdebat, cùm dicit, quæ ſunt hic: quia ſunt diuerſæ forma & numero, ſicut literæ compoſitæ ex literis, & voces compoſitæ ex vocibus: quia neceſſe eſt vt principia iſtorum ſint diuerſa numero & forma. & ſic ponunt media, dicẽtes ea, ſcilicet diuerſa numero & forH ma. & hoc intendebat, cùm dicit. Et ſic erit etiã in rebus mediis. Deinde dicit. Si igitur non fuerint ſubſtantiæ aliæ, &c. ideſt & cum determinatum eſt ex hoc ſermone, ꝙ nõ ſunt niſi duæ ſubſtantiæ, ſenſibilis, & mathematica, manifeſtum eſt ꝙ formæ nõ ſunt. Deinde dicit: Sed, ſi conceſſerimus, &c. ideſt iam narrauimus quod accidit ex hoc de impoſſibili quæſtione, de qua perſcrutati ſumus, vtrum ſit vna numero, aut forma.

Vtrum principia potentia ſint, vel alio modo: Et vtrum vniuerſalia, an ſingularia. Cap. 8.

I Hls autem propè eſt dubitare, vtrum potentia, an alio quodam modo elementa ſint. Si enim alio qudam modo, erit aliquid aliud principĩs prius. potentia namq; prior illa causa eſt. non eſt autem neceſſe, vt omne, quod potẽtia eſt, illo modo ſe habeat. Quòd ſi elementa potentia ſunt, contingit nihil entium eſſe. poſſibile enim eſt eſſe, etiam quod nõdum eſt, fit enim quod non eſt. ſed nihil K eorum fit, quæ eſſe impoſſibilia ſunt. Et has itaq; de prĩcipĩs dubitationes neceſſe eſt dubitare.

Verũ principia ſint ĩ potentia.

Et aſſimilatur iſtis quæſtionibus dictis iſta quæſtio, vtrum elementa ſint potentia, aut alio modo. Si igitur alio modo, quomodo eſt poſſibile, vt aliquid ſit ante elemẽta, & ſunt principia. potẽtia enim eſt ante illam aliam cauſam. illud autem, quod non habet potentiam, nõ L *eſt ante potẽtiam neceſſario. Si autem elemẽta fuerint potentia, tũc poſſibile erit vt elementa non ſint aliquod entiũ. illud enim quod habet potentiam vt ſit, nondum eſt. & non fit niſi illud, quod non habet eſſe. & nihil erit, quod non habet potentiam vt ſit. Hæ igitur quæſtiones ſunt difficiles, de quibus perſcrutandum eſt in cognitione principiorum.*

Quærit vtrum elementa prima, 19
& principia omniũ entium ſint potentia, aut actu. & hoc intẽdebat per M
alium modũ. Deinde dicit. Si igit alio modo, &c. ideſt ſi igitur elemẽta ſunt actu, habent elemẽta. potentia enim eſt ante actum, ideſt illud, quod eſt in potẽtia aliquid, eſt ante illud, quod eſt in actu illud quid. & ſic elementa habebunt elementa.

Deinde dicit: illud autẽ, quod non habet potentiam, &c. id eſt, illud autem, in quo non eſt potentia, vt ex eo fiat aliquid, nihil fit ex eo, quod ſit in potentia oĩno. quapp non erit elementum alicuius rei aliquo mõ.

Et

A Et abbreuiatio eius eſt, ꝙ ſi elementa ſunt actu ſecundum ꝙ ſunt elementa, & fuit potentia prior eis, cũ ſint in actu, contingit ꝙ elementa habeant elementa. &, ſi potentia nõ fuerit prior eis, non erit in eis potentia omnino ad aliquid. & ſic nõ erit elementum alicuius rei, Et, cùm dicit: impoſſibile contingens poſitioni elementorum in actu, incœpit dicere etiam quid contingit poſitioni eorum in potentia, & dicit. Si autẽ elementa fuerint potentia, &c. ideſt, ſi elementa fuerint potentia, poſſibile erit vt omnia entia, quæ ſunt
B actu, deſtruantur, & nihil remaneat niſi illud, quod eſt in potentia. D. dedit cauſam in hoc, & dicit: illud enim quod habet potentiam, &c. ideſt illud enim, quod eſt in potentia, eſt aliud quid in actu. cùm enim eſt in potentia, impoſſibile eſt vt illud ſit in actu. actus enim & potentia ſunt contraria. Deinde dicit: & non fit niſi illud, quod non habet eſſe, ideſt & non fit niſi illud, quod non habet eſſe in actu. & nihil fit, quod non habet potentiã vt fiat.

A Q? & potẽtia ſunt contraria.

Et vtrum vniuerſalia ſint, an, vt dicimus, ſingularia. Si enim
C vniuerſalia, non erunt ſubſtantiæ. nihil enim cõmuniũ quod quid, ſed quale quid ſignificãt. ſed ſubſtãtia quod quid. Quòd ſi quod communiter prædicatur, q̃d quid ſit, & exponi poſſit, multa animalia erũt ipſe Socrates, & homo, & animal. ſi ſin gula quidẽ, quod quid, & vnũ ſignificant. Si igitur principia vniuerſalia ſunt, hæc accidunt. Quòd ſi nõ vniuerſalia ſint, ſed vt ipſa ſingularia, non erunt ſcibilia. ipſius enim vniuerſalis D
omniũ ſcientiæ ſunt. quare erũt alia principia priora de principĩs vniuerſaliter prædicata, ſi ſit quidem eorũ futura ſcientia.

Verũ principia ſint vniuerſalia an ſingularia.

Et etiam perſcrutandum eſt, vtrum principia ſint vniuerſalia, aut particularia. Si vniuerſalia, non ſunt ſubſtantiæ. cõmunia enim non dicuntur eſſe hoc ſingulare, ſed exemplaria hæc. ſubſtantia autem dicitur eſſe hoc ſingulare. Si igitur dicitur prædicabile de rebus modo communi, quod ex hoc, E *tũc Socrates erit multa animalia, ſcilicet Socra. et homo, & animal. quoniam vnumquodq; eorum ſignificat quòd eſt hoc vnũ. iſta igitur accidẽtia accidunt, ſi principia fuerint vniuerſalia. Si autem non fuerint vniuerſalia, & fuerint ſicut principia particularia, tunc ſcitiũ non habebit eſſe. ſcientiæ enim omnium ſunt vniuerſales. manifeſtũ eſt igitur, quòd, ſi fuerit poſſibile,* F *vt iſta principia cognoſcatur, quòd alia principia ſunt vniuerſalia ante particularia, quæ prædicantur de particularibus.*

Et etiam perſcrutãdum eſt, vtrũ 20
principia ſint vniuerſalia, aut particularia. Si autem vniuerſalia, non erunt ſubſtantiæ. Vniuerſalia enim ſunt communia, quia ſunt in pluribus: & commune non eſt hoc ſingulare, quod eſt ſubſtantia, ſed eſt exemplar huic ſingulari, ſcilicet forCõe nõ ẽ ſingle, ſed eſt exẽplar oĩb⁹ ſingularib⁹ hãbẽtib⁹ illã formã. Idẽ 12. Meta. com. 4. & quæ ibi.
mæ communis eis, & omnibus indiuiduis

G uiduis habentibus illam formam: substantia autem dicitur esse hoc singulare: propter quod concluditur in secunda figura, ꝙ substantia non est vniuersale. D.d. Si igitur dicitur prædicabile, &c. i. si igitur vniuersale est commune, ſm ꝙ est singulare existens in pluribus, tunc Socrates erit cõpositum ex multis animalibus. in Socrate enim erit humanitas existens in omnibus hominibus, quia est hoc singulare in numero. & sic Socra. & omnia individua hominis erunt composita ex vna re, & similiter erit compositus
H cum omnibus animalibus. animalitas. n. hęc individualis existit ī oĩbus individuis animalium, aut individua animalium existunt in ea. istæ igitur quæstiones accidunt, si principia fuerunt vniuersalia. D.d. Si autem non fuerint vniuersalia, &c. ideſt si autem nõ ponantur hic esse vniuersalia entia, contingit vt scientiæ necessariæ non sint. & hoc mouit Platonem ad dicendum formas esse. D. dixit scientiæ enim om
I nium sunt vniuersales. & intendit Scientias Speculatiuas necessarias. Deinde dixit manifestum est igitur, &c. ideſt, & cùm necesse est vt principia particularia cognoscantur non generabili cognitione neque corruptibili, necesse est hic esse principia vniuersalia ante particularia.

✣

ARISTOTELIS
METAPHYSICORVM
LIBER QVARTVS,

Cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

In Prima agitur de quibus habeat prima Philosophia pertractare. In Secunda de Principiorum cognitione.

Summæ primæ Ens, prout est ens, & primas causas à primo Philosopho considerari. Cap. 1.

L Est sciẽtia quædam, quę speculatur ens, prout ens est, & ꝙ ei per se insunt: Hęc autem nulli earum, quæ in parte dicuntur, eadem est. nullæ nanq; cæterarum vniuersaliter de ente, prout ens est, considerant, sed eius aliquam partem abscindentes, quod ei accidit speculantur, vt Mathematicæ scientiæ. Cùm autem principia, & supremas causas quæramus, patet ꝙ alicuius naturę p se necesse est eas eẽ. Si igit M illi etiã, qui entium elemẽta ꝙrebant, ista principia ꝙrebant, necesse est ẽt elementa entis nõ ſm accidens esse, sed prout entia sunt. Quare nobis quoq; entis, prout entis, primas causas accipiendum est.

Vnius quidem sciæ scientiarũ est considerare de ente, & de rebus, quæ sunt entis per se. Et ista scia non est vna earum, quæ dicuntur particulares, quoniam nõ est

A *alicuius scientiæ particularis considerare de ente vniuersali, sed sciarũ particulariũ est considerare de accidenti, quod accidit alicui parti partium entis diuisæ ab eo, sicut faciunt sciæ Mathematicæ. Si igitur inquisitio principium, & causarum vltimarũ est à nobis, manifestum est quod necesse est, vt ista principia sint sicut principia alicuius naturæ per se. Et, cùm quæsierunt ista prin-*
B *cipia illi, qui quærebant elementa entis, necesse est vt non sint elementa entis modo accidentali, sed sint essentialiter. Et ideo oportet nos ꝙrere causas, quæ sunt in ente.*

I Iste tractat⁹ cõtinet duas partes. Prima igitur est in definiẽdo subiectum istius artis, & accidentia, & causas eius, & vſt in rebus Logicis, quæ appropriant⁹ huic sciæ. In
C seda aũt disputat cum Sophistis, q negãt primas ꝓpões, & destruũt
* Disputat recõtra ne gãtes prias ꝓpões, et contra destruẽtes sciã ipsũ ꝓpr̃ ad ẽsti stir artis. vide idẽ. 3. Cæ. cõ. 4. † Pria Philosophia ẽsliderat de nobilissima cãrũ fima cãrũ ẽã prio fine & forma ꝓria. idẽ. 3.

scitate, * prius declarando ꝙ dñs huius artis dẽt disputare cũ istis. Quia igit intẽtio eius est loqui de modo cõsyderationis istius artis, & iã persecutatus est in tractatu ꝓcedenti de scia, q dr̃ Philosophia, quæ scia sit, & d. q, si scia oĩum causarũ est vna, illa scia debet dici Philosophia: deinde declarauit, ꝙ consyderatio de oĩbus causis oĩum entium non est vnius sciæ, cùm entia sint diuersa, qm in quibusdã inueniunt⁹ de causis quatuor, qã nõ inuenit⁹ in qbusdã, hoc. n. ẽt posse, si entia ẽnt vnũ genꝰ: deide induxit ipse sermoné, ꝙ † Philosophia forte ẽ illa, q cõsyderat de nobilissima causarum, s. de prĩo fine, & forma prĩa: ꝓcepit ī hoc tractatu declarare hoc ſm demõnẽ & declarationẽ pfectã, & d. Vniꝰ quidẽ sciæ, &c. i. dicamus igit, ꝙ manifestũ est p se hic eẽ aliquã sciam, q cõsyderat de ente, inquãtũ est ens, & de accidẽtibus essentialibus enti, ī eo ꝙ ẽ ens. D.d. Et ista scia, &c. i. & apparet, ꝙ ista cõsyderatio nõ ẽ alicuius sciæ sciarũ particulariũ. Manifestũ est. n. ꝙ non est alicuius scię scientiarũ particulariũ cõsyderatio de ente, ſm ꝙ est ens: sed tm est sciarũ particulariũ consyderatio de accidentibus, quę accidunt alicui partu partiũ entũ, accipiendo illã portẽ quasi distinctã ab ente, ꝰ sicut faciũt sciæ Mathematicę, q accipiunt numeros & magnitudines distinctas ab ente, & cõsyderãt de eis, & suis accidẽtibus essentialibus. Et similiter ẽt scię Naturales cõsyderãt de quadã pte entis, s. de ente mobili, & de accidentibus essentialibus eidẽ, ſm ꝙ est mobile, & de motu. D.d. Si igitur inq̃sitio principiorũ, &c. i. & cũ manifestũ est, ꝙ nos q̃rimus in hac arte principia vltima, q̃ sunt principia simplr, manifestũ est, ꝙ q̃rendũ est ista principia istorũ principiorũ sensibiliũ ſm istũ modũ, ſm quem q̃rimus principia nãę existẽtis p se. Et intendit, ꝙ principia simplr debẽt quęri de entibus, q̃ sunt simplicia ter. † &, si acciderit qbusdã, vt sint sensibiles nõ simplices, tunc nõ q̃rũ tur ista eis principia, nisi ſm ꝙ sunt entia simpliciter, nõ ſm ꝙ sunt entia, v.g. mobilia aut mathematica. D.d. Et, cũ quæsiuerũt ista ptĩcipia, &c. i. & pp hoc, quod diximus, qñ

D Met. cõ. 3. & 12. Met. c. 6. & 1. prologo suo sup. 1. Ph. ' Scię Mat. sunt ẽ numeris, & magnitudinibus, & scia naturalẽ de ente mobili, ſcẽm ꝙ ẽ mobile. Sȝ vid oppositum. 12.

E Meta. c. 5. vbi d. ꝙ ẽ ã corpore mobili & ꝓœmio. ptimi Ph. dixit ꝙ est ẽ reb⁹ sensibilib⁹ tã q̃ ẽ subiecto Vid. c. 71. † Si accidet vt 1 Metaph. d sensibilib⁹ prĩcipia q̃rãt, hoc ſi ẽ in q̃tũ sẽt sibi-

F lia, ſi inq̃tũ entia. Idẽ c. Met. cõ. 1. & 12. Met. c. 5. et 6. & 7. Me. cõ. 9. & 1. Me. c. 15. et 18. & 2. Ph. c. 11. ex hoc sumit Me. nõ cõsyderare q dirates rerũ in ꝑticulari. vidẽ ꝙ hoc. 1. Ph. c. 11. & quę ibi

Antiqui

G Antiqui quærunt principia prima entium, fm ꝙ sunt entia, & non q̄runt causas entium, quę sunt hmōi; tunc quæstio eorum hominum in causis est accidentaliter. Et intendit ꝙ, cum quæsierunt causas entis, & non quæsierunt causas entium transmutabilium, v.g. tunc quæstio eorum fuit essentialis. &, si quærerent causas entium propriorum, tunc esset q̄stio accidentalis.

Quo pacto ens multipliciter dicatur. Ens, & vnum idem esse. Item de ente, vt ens est, et de eius spēbus, ac cōsequentibus hanc considerare scīam. Ca. 2.

H

ENs autē multipliciter qui dē dicitur, verum ad vnū, vnamq; quandā naturā, et non equiuoce, sed quēadmodū omne salubre ad sanitatē: q̄dam eò ꝙ conseruat: quoddā, eò ꝙ facit: quoddā, eò ꝙ signū sanitatis: quoddam vero capax eius est. Et medicinale ad medicinā: quoddam enim, eò quod habet medicinam, medicinale dicitur: quoddam, propterea ꝙ I natura aptū ad eā fit: quoddā, ppea ꝙ opus medicinæ sit. eodē modo cętera quoq; accipiemus. Ita & ens multipliciter q̄dē dicitur, sed totū ad vnū principium: quædam.n. q̄m substātiæ, entia dicuntur: quædam, q̄m passiones substantiæ i q̄dā, q̄m via ad substantiā, aut corruptiones, aut priuatiōes, aut qualitates, aut effectiua, aut generatiua substātiæ, siue eorum, quæ ad substantiā dicunt, aut ad aliquorū ex his negatiōes, aut substātias. Quare et ipsum nō ens, esse non ens dicimus. Quemadmodū igitur sanorum omnium vna scīa est, ita & de cæteris est. Nō.n. solum eorū, q̄ fm vnum dicuntur, verum ēt eorū, quæ ad vnā naturam dicunt, vnius scīæ est speculari. etenim hęc ēt quodāmmodo fm vnum dicūtur. Patet itaq; vnius esse, & entia prout entia, speculari. Vbiq; autem proprie primi, et ex quo cætera pendent, & pp q̄d dicūtur scīa. Quòd si hoc substantia est, oportet profecto vt substantiarum principia, & causas Philosophus habeat. Omnis autem generis, & sensus vnus vnius, & scīa: velut Grammatica vna existens, oēs voces speculatur. Quare entis quoq; quot species sunt, & species specierū speculari vniuis scientiæ genere est.

Et ens dicitur multis modis, et non dicitur æquiuoce, sed attribuitur vni rei, & vni naturæ, sicut omne sanans attribuitur sanitati. quoddam enim dicitur sanū, quia cōseruat sanitatem: quoddam autem sic, quia facit sanitatem: & quoddā, quia significat: et quoddam, quia recipit. Et similiter attribuitur esse medicū medicinæ. quoddam.n. dicitur medicū, quia acquirit medicinam: & quoddā, quia conuenit medicinæ: et quoddam, quia facit actionem medicinæ. & secundum hunc modum

possibile

A *possibile est nobis inuenire res, q̄ attribuuntur vni rei, sicut ista, q̄ diximus. Et similiter ēt ens dicitur multis modis. sed omnes illi modi attribuuntur vni primo. quædā enim dicūtur entia, quia sunt substantiæ: & quædam etiam, quia sunt passiones: et quædam quia sunt viæ ad substātiam, aut ad relationē, aut quia sunt non ens, aut qualitates, aut agentes: aut generantia substantiam, aut aliud eo-*

B *rum, quæ dicuntur esse in substantia, aut quia negant aliquod istorum accidentium, aut substantia. Et similiter dicimus etiam de eo, quod non est ens, vnum quòd non est ens. Quemadmodum igitur scīē tia sanorū est vna, sic scientia aliorum similiū. Quoniā non est vnius scientiæ cōsyderatio de rebus, quæ dicuntur de vno tātum, sed etiam consyderatio de rebus, quæ attribuuntur vni naturæ. Et, quia ista*

C *dicuntur de vnoquoq; modo, manifestum est igitur, quod vnius scientiæ est consyderatio de entibus vniuersaliter. Et scientia, quæ est scīētia in rei veritate in omnibus rebus, est scientia rei prioris, per quā continuantur aliæ res, & propter quam vocantur, & dicuntur. Si igitur hoc prius sit substantia, manifestum est, quòd cognitio principiorum, & causarum substantiæ debet esse in Philosopho. Sed vnū-*

D *quodque genus habet vnam scientiam: verbi gratia scientia vocis est vna, & debet consyderare in omnibus vocibus. Et ideo dicimus, quòd consyderatio de omnibus formis entis vniuersaliter est vnius scientiæ secūdum genus. formæ autem sunt formæ formarum.* 2

De æquiuoco non cōsyderat vna ars.

Cùm autē declarauit, ꝙ vna scīē tia debet consyderare de ente, fm ꝙ ens est, vult declarare, ꝙ hoc nomē ens non est æquiuocum. si. n. esset æquiuocū non consyderaret de eo vna ars. Et d. Et ens dicitur multis modis, &c. i. & nomen ens dicit mul tis modis, & non equiuoce, sicut canis, qui dicitur de latrabili & marino: neq; vniuoce, vt animal de homine, & asino: sed est de nominib⁹, quæ dicuntur de rebus attributis eidem, & sunt media inter vniuoca & equiuoca. Et hoc intendebat, cum d. sed attribuitur vni rei, &c i. & ista, quæ attribuuntur eidem non attribuunt eodem modo, sed modis diuersis, & quædā attribuunt eodē modo, sed diuersantur fm magis & minus. sicut hoc nomē substantia, quæ dicitur de formis & de indiuiduo. Et, quia sana attribuunt sanitati modis diuersis, sicut nouem prædicamenta attribuunt ad esse, quia sunt in vero ente, quod est substantia modis diuersis, incœpit notificare diuersitatem modorū, qui inueniuntur in talibus nominib⁹, ad demonstrandum ꝙ ita est de hoc nomine ens cum substantia & cū alijs prædicamētis, & d. quoddam enim dicitur sanum, &c. i. quædam enim dicuntur sana, quia attribuunt sanitati hoc modo, s. quia conseruant ia

E

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nitatem. sicut dicim⁹ ꝙ exercitium est sanum, quia cõseruat sanitatem: & quædam attribuunt̃ sanitati, qa faciunt sanitatem, sicut dicimus ꝙ potio accepta est sana. & sic⁹ dicim⁹ sanum signum, quod nunciat sanitatem: sicut dicimus de criticis laudabilibus. & sic⁹ dicimus sanum illud, quod cito recipit sanitatem, sicut corpus mundum ab humorib⁹. Et, cùm adduxit ea, q̃ attribuuntur vni fini, induxit exemplum ẽt de rebus, quæ attribuunt̃ vni agenti, & d. Et similiter attribuit̃ esse medicũ medicinæ, i. & similiter omne adiuH uans actionem medicinæ attribuit̃ medicinę. Et intendebat per hoc declarare, ꝙ attributa ei, aut attribuũtur eidem fini, aut eidem agẽti, aut eidem subiecto, sicut nouem prædicamenta substantiæ. D.d. quoddam enim dr̃ medicum, &c. i quoddã. n. dicit̃ medicum, quia acquirit artem medicinæ, v. g. hõ medicus: & quoddam, quia conuenit actioni medicinæ, v. g. dicta. D.d. & quoddam, qa facit actionem medicinæ, licet non sit medicus. vetula. n. q̃ medicabat cũ illa herba, sicut dr̃, agebat actionem medicinalem, licet nõ erat meI dica. D.d. Et sic⁹ etiam ens dicitur multis modis. sed omnes illi modi attribuuntur vni primo. i. & sic⁹ hoc nomen ens, licet dicatur multis modis, tñ in omnibus dicitur ens, quia attribuitur primo enti substantiæ. & istæ attributiones in vnoquoque eorum sunt diuersæ. prædicamẽta enim attribuuntur substantiæ, non quia est agens aut finis eorum, sed quia constituunt̃ per illam, & subiectum est eorum. & vsr non dicunt̃ entia, nisi quia sunt dispositiones entis, & multi homines negãt ea esse. albedo enim non est, sed album: K D incœpit declare modos, fm quos attribuunt̃ substantiæ, & d. quædã enim dr̃ entia, &c. i. quoddam dr̃ ens, quia est existens per se, & est substantia: & quoddam dicit̃ ens, quia est passio substantiæ. & intendit per viam ad substãtiam motum ad substantiam. motus. n. dicitur ens, quia est via ad verum ens. Et intẽdit per relationem, quia est comparatio entis ad ens. & intendit relationem, q̃ dr̃ ens, fm ꝙ determinatũ est I alijs locis. & dr̃ ẽt ens illud, quod est priuatio entis. & hoc nomen ẽt ens dicitur modo cõsimilitudinis. dr̃. n. substantia illud, quod facit substantiã, sicut dicentes hic esse virtutes & formas facientes substantiam. & sic⁹ dicit̃, ꝙ elementa substantiæ sunt substantiæ. & hoc intendebat, cũ d. aut generantia substantiam. D. d. aut aliud. i. & dicit̃ ẽt ens illud, quod extstit in substantia. & hoc vsr est cæteris prædicamentis. D d. aut qa negãt, &c. i qm̃ quemadmodum hoc nomen ens dr̃ de oĩbus istis modis, ita etiam dicitur de negatione & affirmatione. Et intendebat per hoc, ꝙ hoc nomen ens dr̃ de primis intelligibilibus, & secũdis: & sunt res Logicæ. Et, cum declarauit, ꝙ hoc nomen ens dr̃ omnibus modis istis, incœpit declarare ꝙ cognitio eorum, quæ dr̃ tali modo, est vnius scientiæ, & d. Quemadmodum igit̃ scientia vna consyderat de rebus attributis sanitati, s. medicinæ, ita vna scia debet consyderare de omnib⁹ attributis enti. D.d. Qm̃ non est vnius scĩæ consyderatio, &c. i. res enim, q̃ habent vnam sciam, non tm̃ sunt, quarum subiectum est vnum genere, aut specie dicto vniuoce, sed quæ-

Prędicamẽta accidentiũ nõ attribuuntur substãtiæ, quia sit agens, aut finis eorũ.

quarum eẽ attribuitur vni fini⁹, aut vni agẽti, aut vni subiecto. Et dixit hoc, quia ista est dispositio entium, s. quæ attribuuntur vni fini, aut vni complemento. & hoc est quæsitum in hac scientia. D.d. Et, quia ista dicuntur, &c. i. &, quia declaratum est ꝙ hoc nomen ens dr̃ modo modorum rerum⁹, de quib⁹ dr̃ hoc nomẽ vnum, manifestum est, ꝙ vna scia consyderat de ente. & dispositio in hoc modo generis est sicut dispositio in genere, quod dicitur vniuoce: quia prædicabilia essentialia inueniuntur in hoc genere, quod dicitur multipliciter, sicut inueniunt̃ in genere, quod dr̃ vniuoce. sed hoc nõ inuenitur in genere, quod dicit̃ æquiuoce. & licet ĩueniatur in quodam aliquod verum, tñ non est essentialiter. possibile ẽ. n. vt aliquod prædicabile prædicetur vere de aliquo noĩe æquiuoco, v. g. omnis canis est pulcher. sed nõ inuenitur in eis prædicabile essentiale omnino. D.d. Et scientia, quæ est scientia in rei veritate, &c. i. & manifestum est, ꝙ vera scĩa in talibus rebus, quæ dicuntur per attributionẽ, est scientia primi, quod est in illo genere, per cuius continuationem cum alijs attribuuntur illa alia ei, & à suo nomine denominantur. D. dedit aliam propositionem manifestam, & d. Si igitur hoc prius sit substantia, &c. i. si igitur prius decem entium est substantia, vt post declarabitur: & Philosophus est ille, qui scit primas causas omnium, necesse est vt cognitio principiorum substantię sit accepta in definitione Philosophi. Dicitur enim, ꝙ Philosophus est ille, q̃ scit principia & cãs substãtiæ. & ista est declaratio ꝓdictæ qõnis, in qua dr̃, vtrũ vnius scĩæ est consyderatio de substantia, aut non. D.d. Sed vnũquodq; genus, &c. i. & ẽt manifestũ est, ꝙ quodlibet genus entium hẽt vnã artẽ, & vnam scĩam consyderatẽ in oĩbus spẽbus illius generis. v. g. ꝙ sonus est vnum genus, & hẽt vnã scĩam consyderantem in oĩbus spẽcieb⁹ sonorum, s. Musicam. D.d. Et ideo dicimus, ꝙ consyderatio, &c. i. & hoc, qd d. manifestum est ex prædictis. Posuit. n. ꝙ quodlibet vnum genus habet vnam scĩam: & manifestum est ꝙ ens est vnum genus: ergo ens hẽt vnam scĩam. D.d. formæ autem sunt formæ formarum. i. formæ autem, quas quidam dicunt, cõsyderandæ sunt in hac scientia. sicut enim apud dicentes eas formæ formarum entium, & ita hæc scientia consyderat de formis: ergo consyderat de formis formarum.

Si itaq; ens, & vnũ idẽ, ac vna natura sunt, propterea ꝙ seinuicem sequunt̃, quemadmodum principium, & causa, sed non ꝙ vna ratione significãtur, * nihil quidem refert, si etiam similiter putabimus, quinimmo magis proderit. Idem enim vnus hõ, & ens hõ, ac hõ. & non significat diuersum alicuid fm dictionem repetitam, i. homo, & homo, & vnus homo. Patet autẽ ꝙ non separatur ens, nec in generatione, nec in corruptione. sĩmiliter & ſ vno. Quare manifestũ est ꝙ additio in his idẽ significat, & ꝙ vnum nihil aliud est præter ens. Itẽ cuiusq; substãtia vnum est, non fm accidẽs: similiter & * ipsum ens quoduis.

* a.l. nihil autem.

* a.l. quod ꝓpric ens

vnũ ꝙ hie, aut ſpẽ dicto vniuoce, ſ quarũ eſt attribuit vni fini, aut vni agẽti, aut vni ſubꝺto.

Analogia ſit facere ꝓdicatũ eſſentiale.

Poſſe ẽ vt aliquid ꝓdicatũ vere ꝓdicet̃ de aliquo noĩe, æquiuoco, tñ nõ inueniat̃ in eis ꝓdicatis eſſentiale oĩno.

A

B

C

D

E

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Quare quot vnius species, totidem & entis sunt, de quibus ipsum quid est speculari, eiusdem genere scientię est. dico autem, vtputa de eodem, & simili, cæterisque huiuscemodi. ferè autem omnia contraria ad hoc principium reducuntur.

Vnum autem & ens cum sint idem, et habeant eandem naturã, consecutio vtriusq; ad alterum est, sicut consecutio principij & causæ vnius ad alterum, non quia eadem
H *definitio significat vtrunq;. Nulla autem differentia est inter ea, & si existimantes fuerimus tali existimatione. Sermo enim dicẽtis homo vnus, aut homo est, aut homo iste, idem significat, & non diuersa significat apud iterationem. Manifestum est. n. quòd sermo dicens homo iste, & homo vnus, & homo est, non significat diuersa: cũ non sit differentia inter dicere homo iste, & homo, neq; in generatio*
I *ne, neq; in corruptione. et similiter est etiam de vno. Manifestum est igitur quòd additio in istis significat idem, & non significat vnum aliud ab ente. Et etiam substantia cuiuslibet est vna non modo accidentaliter: et ideo dicimus, quòd substantia cuiuslibet vnius cõis est esse eius. Manifestum est igitur, quòd formæ vnius sunt secundũ numerum formarum entis, & vnius scientiæ est cõsideratio similiter de istis formis. s. quòd vnius scientiæ est cõsideratio de conuenientibus, & similibus, & de alijs rebus similibus. & vniuersaliter oĩa cõtraria attribuuntur huic primæ scientiæ.* K

Cũm declaranit, q̃ vnius scientię est consyderatio de ente & de causis suis, s. substantia, & de causis substantiæ, vult etiam declarare, q̃ istius scientiæ etiam est consyderatio de vno, & dicit: Vnum autẽ & ens, &c. i. cõsyderatio aũt de eo, quod significat vnũ, est istius sciæ etiam. Qm̃ vnum & ens, aut significat idem oĩbus modis, s. definitione & subiecto, aut vtrunq; conuertit̃ super alterũ, & consequit̃ illũ: quia significant eandem naturam subiecto, & duas definitiones, sicut principium & causa. Nulla n. est dria in hoc, quod intendimus inter ista duo, s. q̃ quõcunque sit illud, qui consyderat de ente, debet cõsyderare de vno. & si existimantes fuerimus, q̃ diuersas habent definitiones, tñ manifestũ est per se, q̃ perfecte consequuntur adinuicem, oẽ. n. ens est vnum & econuerso. & ista est cõsecutio, quam dixit. Et, cùm dixit q̃ nulla est differẽtia inter has duas opiniones de vno & ente, s. in hoc q̃ sciẽtia vna debet consyderare de eis, incœpit declarare ea significare eãdem naturam informa, licet diuersificentur fm modum, & d. Sermo. n. dicentis, &c. i & est necesse vt vnum & ens significẽt eandem naturã, non duas naturas diuersas: quia eadem natura intelligitur cùm dicimus vnus homo, aut homo est, i. ens, aut iste homo. quia istæ dictiones iterantur, licet importent dispositiones diuersas. Deinde confirmauit hoc, & d. Sermo. n. &c. ideſt

A ideſt, qm̃, quemadmodum manifestum est, q̃ nulla differentia est inter dicere iste homo, & homo, neque in generatione, neq; in corruptione: ita est inter dicere homo, & iste homo vnus, s. q̃ quemadmodũ non numeratur subiectum, quando dicimus iste homo & homo, neque in generatione, neque in corruptione: quia dicere nec i generatione nec in corruptione est duplex negatio hominis: ita enam est cùm dicimus iste homo, & iste homo vn⁹. hoc enim nomen vnum significat ex eo negationem, & est priuatio di
B uisibilitatis. Auic. autem peccauit Digre-sio. Opinio Auic. multum in hoc, q̃ existimauit, q̃ vnum & ens significant dispositiones additas essentiæ rei. Et mirum est de isto homine, quomodo erravit tali errore. & iste audiuit Loquẽtes in nostra lege, cum quorum sermonibus admiscuit ipse suam sciẽtiam Diuinam. dixit enim q̃ dispositionum quædam sunt intentionales, & quædam animales, siue essentiales. & dixit, q̃ vnum & ens reducuntur ad essentiam dispositam per illa, & non sunt dispositiones additę essentiæ, sicut est dispositio in albo
C & nigro & vno. Et iste homo ratio Motiuum Auicẽnæ. cinatur ad suam opinionem, dicendo q̃, si vnum & ens significãt idẽ, tunc dicere ens est vnum eẽt nugatio, quasi dicere vnum est vnũ, aut Sedo com. ens est ens. Et hoc non sequeretur, nisi diceremus, q̃ dicere de aliquo q̃ est ens & vnum, q̃ significant eãdem intentionem & eodem modo. Nos autem diximus, q̃ significant eandem essentiam, sed modis diuersis, non dispositiones diuersas essentiæ additas. & fm hoc non est dria apud istũ hoĩem inter signationes, q̃ signant eandẽ naturam modis diuersis, absq; eo q̃ signent intentiones additas illi, & inter significationes, q̃ signant ĩ eadẽ essentia dispositiones additas illi, s. diuersas ab ea in actu. Et fecerunt errare illũ hoĩem res, quarũ quædã est, qa innuit hoc nomẽ vnũ de genere noĩum denominatiuorũ, & ista noĩa signant accidens, & substantiã. Et ẽt, quia existimauit, q̃ hoc nomen vnũ significat intentionem in re carente diuisibilitate, & q̃ illa intentio est alia ab intentione, q̃ est natura illius rei. Et ẽt, quia existimauit, q̃ vnum dictũ de oĩbus p̃dicamẽtis, est illud vnũ, qđ est principiũ numerorũ. numerus aũt est accidens. vnde opinatus fuit iste, q̃ hoc nomen vnũ significat accidens in entibus: & non intellexit, q̃ vnum, qđ est principiũ numerorum, est ex entibus, de quibus dr̃ hoc nomẽ vnũ, licet sit magis dignum hoc, sicut scies in Nono tractatu istius libri. D. d. Manifestũ est igit̃, q̃ additio, &c. & intendit p additionem hoc, quod addimus vnũ & ens eidem. v. g. qm̃ dicimus iste homo, & iste homo vnus, & qm̃ dicimus, iste homo & iste homo, nec in generatione, nec in corruptione. & istæ duæ signationes sunt idem: qa dicere, iste homo significat vnum hoĩem p consignificationem. & cũ propalatur hoc nomen vnũ, nõ erit dria inter duas signationes, nisi qa in illo significatur vnũ p consignificationem, & hic per ꝓpalationem. D. induxit aliã rõcinationẽ ad declarandũ, q̃ vnũ signat de re dispositam suã naturã, non rẽ additã illi, & d. Et etiam substantia cuiuslibet, &c. i. & etiam apparet, q̃ vnum non dicitur de re addita naturæ dispositę ex

Cã errotis Auicẽnæ. Denotatiua signãt substãtiã, & accidẽs Idẽ. 3. Me. c. 16. & q ibi.

G hoc, quia substantia cuiusq; rei est vna essentialiter, non per rem additam illi. Quoniam, si res esset vnū per aliquam rem additam suæ naturæ, sicut credit Auicenna, tunc nihil esset vnum per se, & per suam substantiam, sed per rem additam suæ substantiæ. Et illa res, quę est vna, si dicitur ꝙ est vna per intētionem additam suæ essentiæ, quęretur etiā de illa re, per quam sit vna, & per quid sit vna: si igitur sit vna per intentionem additam illi, reuertitur quæstio, & procedetur in infinitum.

Deinde d. & ideo dicimus, ꝙ substantia cuiusq; vni⁹ communis est
H esse eius i. & ideo dicimus, ꝙ substā
I tia cuiuslibet vnius, per quam est vnum, est suum eē, p quod est ens.

Deinde d. Manifestum est igit', ꝙ formæ vnius sunt secundum numerum formarum entis. i. declaratum est igitur ex hoc sermone, ꝙ formæ, quas significat vnum, sunt secundum numerum formarum, & naturarum, quas significat ens, s. ꝙ vtrunq; significat decē p̄dicamēta.

Deinde d & vnius scientię est consyderatio, &c. i. & manifestum etiā, ꝙ vnius scientiæ est consyderatio
I de omnib⁹ istis formis, & de ꝓprijs eis, & consequentibus ipsas. & iā diximus prius, ꝙ vnius scientiæ est cō syderatio, &c. i. ꝙ ista scientia consyderat de conuenienti & de diuerso, & simili & dissimili, & eodē, & æquali & inæquali, & vniuersaliter de omnibus contrarijs consyderat, & reducit ea ad prima contraria. omnia enim contraria sunt consequentia ens, secundum quod est ens. & consyderatio istius scientiæ est de primis causis in vnaquaque istarum rerum.

Consyderata sunt autem hęc k
in electione contrariorum. Atq; tot Philosophiæ ptes sunt, quot substantiæ. quare necesse est vt aliqua earum prima, & alia sequens sit. sunt autem subinde habentia genera, ipsum vnū & ens: quare ēt scientiæ sequentur ista. Philosophus nanq; est, vt ille, qui Mathematicus dicitur. & hęc. n. habet partes. ac prima q̄dam, & secunda scientia est. cæteræ quoq; consequenter in Mathematibus. Cęterū, cùm vnius sit opposita speculari, vni uero L
opponitur pluralitas, negationem quoque & priuationem vnius est speculari: propterea quòd vtroque modo vnum speculatur id, cuius est negatio, aut priuatio, siue quæ simpliciter dicitur, quòd non ineſt illi, siue alicui generi. ibi siquidem vni differētia est, præter illud, quod in negatione. negatio nanque absentia illius est. in priuatione vero & subiecta quædam natura fit, de qua priuatio dicitur. M
vni autem pluralitas opponitur. quare etiam prædictis opposita, diuersum, dissimile, & inæquale, & quæcunque alia, quæ aut secundum eadem dicūtur, aut secundum pluralitatem, & vnitatem cognoscere dictæ scientiæ est. ex quibus vnū quidem est, & ipsa contrarietas. contrarietas enim differentia quædam, differentia vero diuersitas. Quare cùm vnum multipl'r dicat', hęc quoq; multipl'r qui-

A quidem dicentur. Vnius tamen est cuncta cognoscere. nō enim si multipliciter, ideo alteri⁹. sed si neque secundum vnum, neq; ad vnum rationes reducuntur, tūc alteri⁹. Cū āt ad p̄mū cūcta reducunt', vtputa q̄tcunq; vnū dīr ad primum vnū, similiter de eodem, & diuerso & contrarijs dicendum se habere. Quapropter diuidendo quoties singula dicuntur, sic attribuēdum est ad primum in vnoquoque
B prędicamento, quomodo ad illud dicitur. quædam enim cò ꝙ habent illud, quædam eo ꝙ faciunt, quædam secundum alios huiusce modi modos dicentur. Manifestum itaque quod in dubitationibus dictum est, vnius esse tam de his, q̄s de substantia rationem habere. hoc autē vnū erat eorum, quæ in dubitationibus diximus.

Et nos perscrutabimur de hac opinione, cum distinguemus cōtraria. Et diuisiones, & partes Philo
Partes fi- hoc & d. possibile enim est, &c.i. partes. n. lineæ tortuosæ, cum mouentur fm totum, non mouentur partes æqualiter, sed quædã citius quibusdã & sic iudicatur de illa q motus partium sunt insimul, quia motus est in eodem tẽpore, & non insimul, quia diuersantur in velocitate & tarditate, linea autem recta mouetur secundum torum insimul.
Linea non mouetur, sed corp. Idé. 6. Ph. 32. Et potest intelligi q, cũm linea tortuosa mouetur, potest distingui altera linearum ab altera apud angulum, & non mouebuntur insimul: quod impossibile est in linea recta. Et intelligendũ est hic per lineam, corpus: linea. n non mouetur. D.d. & nullum corpus habens magnitudinem, &c.i. & nulla magnitudo recta inuenitur, cuius quædam pars quiescat, & quædam moueatur, sicut inuenit in linea habente angulũ, qa est cõposita ex duabus lineis.

Alio item modo vnum dicitur, cũm subiectum sit forma indifferens. Indifferens autem, quorum forma indiuisibilis se- K cundum sensum est. subiectum vero, aut primum, aut vltimũ ad finem. erenim vinũ vnũ, & aqua vna dicitur, quatenus indiuisibilis fm formã est: liquoresq; oẽs, vt oleum, vinũ, & liquabilia vnum dicuntur, qm̃ oĩum vltimũ subiectum idẽ est aqua nanq; & aer. hęc oĩa sunt.

Et dicitur etia vnum alio modo, quorum subiectum non diuiditur secundã formam. Et illa non diuiduntur secundum formã, quorum formæ non diuiduntur secundũ situm, & subiectum aut primum, aut vltimum, quod est proprie coomplementũ. dicitur. n. primum vnum, & aqua vna, cum nõ diuidantur secundum formam, et dicũtur omnia liquabilia vnum, sicut oleum, & vinum, et omnia liquida. subiectum enim omnium istorum est vnum, & omnia sunt aut aqua, aut aer. L

Idest,

A Idest, & dicuntur vnum illa, quę
9 sunt vnum secundum formã, & diuisibilia fm quãtitatem, & sunt illa, quæ sunt consimilium partium, quæ partes conueniunt in nomine & definitione. & ista, sicut d. nõ diuidũtur fm subiectum & fm locũ. Et, quia forma, in qua conueniũt, aut est vltima forma, quæ est finis in generatiõe, aut forma prior ista, dedit exemplũ de postrema forma, s. per quam vocatur compositum, s. v. g. per quam vinum dicitur vinum, & aqua aqua. partes. n aquæ
B sunt aqua, & vini vinum. D. dedit exemplum eorum, quę conueniũt
1 forma remota à postrema forma, sicut aqua & oleum, q̃ conueniunt in forma liquiditatis & hoc intendebat, cùm d. subiectum enim omnium istorum est vnum, & omnia aut sunt aqua, aut aer.

Dicuntur autem vnũ, et quorum vnum genus differens oppositis differentijs. ac eũcta hęc vnum dicunt, qm̃ vnum est genus subiectũ differentijs. vt hõ, equus, canis, vnum quid, quoniam oĩa animalia, & quodam
C simili mõ, sicuti materiã vna. Hæc aũt qm̃q; quidem ita vnũ dicuntur, quandoq; vero superiore genere, quod idem dicit, si vltimæ generis species sunt, illa aũt superiora ipsis. vtputa triangulus duorum æqualiũ laterum vna & eadem figura cum triangulo trium æqualium laterum est ambo etenim trianguli, sed non ĩdem trianguli.

Et etiam dicuntur vnum, quorum genus est vnum, & differũt per differentias subiectas eis. sicut D *homo, & equus, et canis, & sicut dicitur omnia animalia sunt vnũ. et prope istum modum est dicere, quod materia est vna. Ista igitur forte dicuntur vnum secundu hũe modum, & forte dicuntur vnum secundum genus superius, cũ sint postrema forma superioris generis. v. g. sicut isoscheles, & isopleuros: dicuntur enim figura vna eadem: ambæ enim sunt trianguli,* E *et non dicuntur idem triangulus.*

Sermo eius in hoc capitulo manifestus est, & est, q hoc nomẽ vnũ 10
dr de speciebus, quæ conueniunt in genere. v. g. q homo, & equus, & canis sunt vnum in animalitate. Et quia genus est simile materiæ, d. & prope istum modum, &c.i. & conuenit cùm isto modo modus, secundũ quem dicunt aliqua esse vnum in materia. v. g. q canis, & equus, & asinus, & animalia anhelãtia, & ambulãtia sunt vnum, in eo q sunt ex sanguine, aut ex carne, & osse. Et, quia eorum, quæ sunt vnum in ge- F
nere, aut sunt vnũ in genere, propinquo, aut vnum in genere remoto, dixit: Ista igit̃ forte dicunt, &c.i. ista igit̃ dicunt forte eẽ vnũ in gñe ,ppinquo, sicut dicimus q hõ & canis sunt vnũ in animalitate, & isopleuros & isoscheles sunt vnũ in figuratione. & d. cùm sint postrema forma superioris generis, i. postremæ species species. n. postremæ sunt vltimę formæ, in quas genus superius diuiditur, sicut figura, quæ in postremo diuiditur in triangulos. D. dicit: dicuntur enim figura, &c.i.

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

G & figura est genus supius & remotum à speciebus triangulorum, qa non sunt figuræ propter hoc, quod sunt triangulus, s. propter hoc, cp cõgregantur in figura: sed pp hoc, cp congregantur in triangulo. & ista forma generis remoti. D.d. & nõ dicuntur idem triangulus i. cp triangulus, aut isocheles, aut isopleuros dicuntur esse vnum per figuram. i. in genere remoto. i. quia triangul' non est vltima species. & hoc intendebat, cùm d. & non dicuntur triangulus idem i. non triangulus simpliciter est hoc, cp inuenitur collocari
H sub figura mediante collocatione eorũ sub vltima specie. quoniam, si ita esset, tunc non esset medium inter illum & figuram.

Item vnum ea dicuntur, quorum ratio, qđ quid erat esse dicens, indiuisibilis ad aliam est, quod quid erat esse rei significãtem. ipsa. n. per seipsam omnis ratio diuisibilis. sic enim & auctum, et diminutum vnum est, quoniam ratio vna: quemadmodum in superficiebus est ipsius speciei vna. Et oĩno quorũ
I cunq; intellectio, quæ quod qđ erat esse intelligit, indiuisibilis est, neq; separari põt nec tempore, nec loco, nec ratione, hęc maxime vnum sunt. & horum, quæcunq; substantiæ sunt. Vlr nanq; quotcunq; non habẽt diuisionẽ, quatenus non habent, eatenus vnum dicuntur. vtputa, si prout homo non habet diuisionem, vnus est homo: cp si prout animal, vnum animal: cp si prout magnitudo, vna magnitudo. Plurima itaq; vnum ꝯ dicuntur, eò cp aliquid vnum aut agunt, aut patiuntur, aut habent, aut ad aliquid vnum sunt. Quæ vero primo vnũ dicuntur, illa sunt, quorum substantia vna: vna vero, aut continuatione, aut forma, aut ratione. numeramus etenim tanquã plura, aut q̃ non continua sunt, aut quorum forma nõ est vna, aut quorum ratio non est vna. Item est quidem, vt quodcunq; dicamus cõtinuitate vnũ esse, modo quantũ & continuũ L
fit: est autẽ vt non aliquid totũ fit. hoc autem, si non habeãt formam vnã. non. n. dicemus similiter vnũ, cũ viderimus partes calceamẽti quomodocunq; cõpositas, pp cõtinuitatem, sed si ita vt calceamentũ fit, ac quandã formã habeat, tũc vnũ. Quare maxime linearũ circuli linea vna est, qm̃ tota & perfecta est.

Et etiam dicuntur vnum illa, quorum definitio, quæ significat quid est, non distinguitur à defi- M
nitione alterius significante quid est. omnis enim definitio diuiditur in se. & secundum hunc modum augmẽtabile & diminuibile sunt vnum. & etiã definitio est vna, sicut definitio superficierum planarum est vna. Et dicitur vnum modo simplici de illis, quæ non diuiduntur secundum tempus, neque secundum locum, neq; secundũ sermonem. et maxime quod est ex eis

A *eis substantia: illud enim est magis in vnitate. Et dicitur etiã vnũ modo vniuersali illud, quod nõ habet diuisionem secundum suã speciem. Verbi gratia dicere vnũ hominem & vnum animal, & vnũ os. Et multa dicuntur vnum secundum naturam, quãus agãt aliud, aut patiantur ab alio: aut differãt per alia, aut referantur ad alia. Et illa, quæ dicuntur unum primo modo, sunt illa, quorum est substantia*
B *vna: & sunt vnum, aut secundum continuationem, aut secundum formam, aut secundum definitionem. dicimus enim in numero plura illa, quæ non sunt continua, neq; habent formam vnã. Quodam enim modo dicitur vnum, et si fuerit de quantitate, & continuum etiam: & quodam modo non dicitur unũ, si totalitas sua non fuerit perfecta. illud igitur, quod non est totum, nõ dicitur vnum vniuersaliter. non*
C *enim dicimus, quòd partes sotularis cõpositæ aliquo modo sunt vnũ propter continuationem: nisi dicatur hoc modo, s. secũdum quòd sunt sotulares, & secundum quòd habẽt aliquam formam vnam. Et secundum hunc modum dicitur, quòd linea circuli est vna magis quam aliæ lineæ. est enim linea perfecta, in qua est totum.*

11 Idest, & dicitur etiam hoc nomẽ vnum de illis, quorum definitiones

D diuersæ non distinguunt à definitione alterius, quod est commune eis. definitio enim cuiuslibet taliũ non distinguitur à definitione subiecti, s. quia definitio subiecti sumit in definitione cuiuslibet eorum. Et hoc est, quod d. quæ significat quid est quia definitio non dr definitio, nisi cùm signãt essentiã rei & d. oĩs enim definitio diuidit in se: quia definitio semp diuidit in duas partes, s. in genus & driam: & vtrunq; istorum diuidit in definitione alterius rei, s. subiecti eorum. & hoc est proprium cuiuslibet definitionis, diuidi s. in duas partes ad min⁹. & d. hoc, E
quia ista est cã, quare definitiones cõpositæ pueniunt ad definitiones vnius rei: sicut accidit in definitionibus sperum cõdiuidentium, s. quia pueniunt ad definitionem vni⁹ rei, q̃ est superi⁹ gen⁹, s. generalissimũ. D.d. & sm hunc modum augmẽtabile, & diminuibile. i. & hoc modo sunt res diuersæ sm definitionẽ & vnum sm subiectum, sicut augmentabile & diminuibile. Illud enim, qđ recipit augmentum & diminutionẽ, sumit in definitione augmenti & diminutionis. D.d. & ẽt definitio
F est vna, &c i. & ex hoc mõ ẽt sunt definitiones superficierum diuersarũ, q̃ cõueniunt in definitione superficiei, q̃ superius genus est. & d. planarum ad excludendum concauas & conuexas. istæ. n. superficies non conueniũt in eadem definitione, sicut linea recta & curua non conueniunt in eadem definitione. & iste est alius modus ab eo. sm quem dr vnũ sm formam. D. induxit aliũ modum magis famosum, & magis verũ, & d. Et dr vnum modo simplici, &c. i. & dr vnũ de eo, quod non diuiditur sm

G definitionem,neq; fm temp⁹, neq; fm locum,& vlr neq; aliquo modo diuisionis.& qđ ex istis est substantia,aut declarabitur ꝙ aliqua substãtia est talis,illud est dignissimũ hoc

Documẽtum. noſe vnum. Et debes ſcire, ꝙ illud, quod'est hmõi, est in quãtitate tm. sed,si non hẽt situm,est principium numerorum.&,si habet, est punct⁹. & illud, quod est tale in vnoquoq; genere,est simplex in illo genere. & hoc declarabitur magis post.Deinde d. Et dr ẽt vnũ, &c.i. & ẽt dr vnũ de indiuiduo,quod nõ diuiditur in

Infra 1 te. com.12. H partes homogeneas cum toto in definitione.v.g.ꝙ iste homo demonstratus non diuidit in partes, quarũ vnaquæq; est homo. & est hoc cõe oĩbus corporibus organicis. & hoc

Hõdemõstratus nõ diuidit in plures partes, quarũ vna quæq; sit hõ,contra Sophistas. intendebat, cùm d. quod non habet diuisionem fm suam speciem, i. qđ non diuiditur in partes, q̃ sunt suæ speciei.v. g. ꝙ homo non diuiditur in partes,quæ sunt homo,nec man⁹ in manus.& hoc est vnum fm figuram,& compositionem.D.d.&vnũ animal,&c.i. ꝙ vnum animal non diuiditur in multa animalia. D.d. & vnum os,&c.i . & os diuiditur in

I ossa.& hoc est vnum per continuationem.i. qm̃ vnum fm continuationem diuiditur in partes, q̃ sunt etiã continuæ: & sic etiam vnũ in numero ex corporibus consimiliũ partium, econtrario de vno fm totum,sicut est dispositio in corporibus organicis. D.d.& multa dicuntur vnum,&c.i.& illa,quæ sunt vnũ fm naturam,sunt illa, quæ recipiũt vnum idem.v.g. omnia, quæ recipiunt malleationes:dicitur enim,ꝙ materia eorum est vna.aut illa,quę patiuntur ab eodem eadem passione.v.g.quę liquescunt per calorem: dicuntur etiam habere vnam mate- k riam.& etiam illa, quæ transmutantur vna transmutatione.v.g. quę liquefiunt aut humefiunt.& vlr quæ transmutantur inuicem,dicunt habere vnam materiam. & similiter illa,quæ attribuuntur vni subiecto. v.gr.linea & cuprea,& aquosa,& aerea. Deinde d. Et illa, quæ dicuntur vnum,&c.i.& illa, quæ dicunt vnũ modo priori,sunt quæ dicuntur vnum per continuationem,& vnum per formam,& vnum secundum totum & completum.& illa, quorum formæ sunt vnum, sunt cum hoc se l parata in loco,in tempore.& in hoc differunt à consimilibus in partib⁹, quorum totum & pars vnum sunt in definitione,& forma. Deinde d. ratiocinando:dicim⁹ enim, &c.i.& signum huius,ꝙ vnum dicit de cõtinuo,& forma,& de illo, quod est totum,s.non diminutum, est, quia multitudo dicitur de rebus differentis diuersis fm formam:& non dicitur vnum de illo,à quo diminuitur aliquid ex eis, per quæ est totum & cõpletum, verbi gratia ab illo, de quo non diminuitur aliquod mẽbrum. Deinde d.illud igitur, quod nõ est M totum,&c.i.& differentia inter vnũ fm continuitatem, & vnum fm totum & perfectionem non dicitur esse vnum per continuationem partium, sed per suam formam. nihil enim diminuitur ab eo ex eis, quibus est vnum.v.g.sotular,quod dicitur vnum per suam formam completam non per continuationẽ partium.& ideo,si ex eo diminuitur alia qua pars,non dicet vnum. linea aũt & corpus dr vnum, licet ex eis diminuatur aliquid. D.d. Et fm hũc modum dr,&c.i.& quia vnum fm totũ est

A est perfectum,cui impose est addere vel diminuere remanente eodẽ, ideo linea circuli est magis perfecta in vnitate.circulũ.n. impose est recipere augmentum, vel diminutionem remanente circulo. & ideo dr, ꝙ linea nõ circularis est diminuta, & circularis est pfecta. & sic de corpore.& ideo corpus cœleste est vnũ per continuationem, & per formã totalem,& per motum vnum continuum: vt ipse post dicet in tractatu Quinto. &ideo non remanet totũ vnumquodq; prædictorũ,qñ aliqd diminuitur ab eo. & hoc intẽdebat,

B cùm dixit,ꝙ linea est pfecta,in qua est totum,i.in qua sunt omnes partes,ex quibus constituitur.

Vni autem esse, principiũ est alicui numero esse. prima enim mensura principium est. † quo nanq; primo cognoscimus, hoc prima cuiusq; gñis mẽsura. Prĩcipium itaq; scibilis circa vnũquodq; ipsum vnũ. non est autem idem in cunctis generibus

C vnum.sed hic quidẽ diẽsis, hic vero vocalis aut muta. grauitatis aũt aliud,& mot⁹ aliud.Vbique aũt ipsum vnum,aut quantitate,aut forma indiuisibile. Illud igitur,quod secundũ quantum,prout quãtum,indiuisibile est,quod quidem omnino & & sine positione est, dr vnitas: quod vero omnino & positionẽ habens,punctum:quod aũt fm vnũ,linea: quod vero fm duo, superficies: quod autem omnino,& in tria secundum quantũ diuisibile,corpus,& econuerso.

D in duo quidem diuisibile, superficies est:quod vero in vnum,linea : quod aũt nequaquam fm quantitatem diuisibile est,punctum, & vnitas est. quæ quidẽ sine positione,vnitas : quod vero habet positionem,punctum. Itẽ alia numero,alia genere,alia specie,alia analogia vnum sunt. Numero quidem, quorũ materia vna. Specie vero, quorũ rõ vna. Genere autem,quorũ eadẽ prædicationis figura. Secundũ analogiam vero, quæcunque se habent, vt ad aliud.Semper aũt E posteriora sequuntur præcedentia.vtputa quæcunq; numero, specie quoq; vnum sunt:quęcũque vero specie, non etiam numero. sed genere cuncta vnum sunt quæcunq; etiam specie: q̃cunq; autem genere,non omnia specie,sed fm analogiam : quæcunq; vero analogia vnum, nõ omnia genere. Manifestum autem etiam est, ꝙ Multa quoque vni oppositę dicuntur.quędam enim,eò ꝙ non sint continua, q̃ F dam vero,eò ꝙ diuisibilem fm speciem materiam habeant,aut primam,aut vltimam. quædã autem,eò ꝙ rõnes, quod quid erat esse dicentes,plures sint.

Multaquo tupliciter.

Et essentia vnius est aliquod principium numerorum . prima enim mensura est principium. & illud , quo primo scimus , est apud nos prima mensura in quolibet genere. Et principium

Universidad de Deusto
Biblioteca

G igitur cognitionis in vnaquaq; rerum est vnum. & non vnum omnibus generibus est idem. in quibusdam enim tonus est vnum, in quibusdam vocale est vnum, & i quibusdam est consonans vnum. & vnū grauitatis est aliud, & quod est i motu est aliud. Et in omnibus rebus est vnum illud, quod non diuiditur, aut secundum quantitatem, aut secundum formam eorū, aut quæ non diuiduntur. Secundū H quantitatem enim illud, quod non diuiditur omnino, neq; habet sitū, dicitur vnum: & quod non diuiditur omnino, & habet situm, dicitur punctus: & quod diuiditur vno modo, est linea: & duobus modis est superficies: & omnibus tribus, est corpus. & dicuntur ista econuerso. quod autem diuiditur duobus modis, est superficies: & quod vno modo, est linea: & quod nō diuiditur aliquo modo secundū quā- I titatem punctus est. & vnum et istorum, quod non habet situm, est vnum: & quod habet situm, est punctus. Et etiam istorum quoddā est vnum numero, & quoddam vnum forma: & quoddam vnum secundum æqualitatem, & quoddam vnum secundum genus. Et illa, quæ sunt vnum numero, sunt illa, quorum materia est vna. Et illa, quæ sunt vnum secundum formam, sunt illa, quorum totalitas est vnum. Et quæ sunt vnum genere, sunt illa, quorum figura prædicamenti est vna. Et illa, quæ sunt vnum secundum æqualitatē, sunt quorum proportio est una, sicut proportio alicuius rei ad aliam rem. Et ista postrema semper consequuntur prima. sicut dicimus, quod omne, quod est vnum in numero, est vnum in forma: & quod est vnū in forma, non est vnum numero necessario. & omne, quod dicitur vnum secundum formam, est vnum genere: sed non, quod est vnum genere, est necessario vnum secundum formam. & non omnia, quæ sunt vnum secundum æqualitatem, sunt vnum secundum genus. Manifestum est igitur, quod plura dicuntur de oppositione vnius. quædam enim, quia non sunt continua. & quædam, quia materia eorum adunata cum forma diuiditur secundum formam. & aliud cum oppositione, quia definitiones, quæ significant essentias, sunt plures.

Dicit: Et essentia vnius, &c.i. & ratio definitio vnius est principium numerorum, non numerus. Deinde d. prima enim mensura est principium. i. & vnum est principium numerorum, quia res non mensurantur primo & essentialiter, nisi principium, quod est in eis indiuisibile, ex quo componuntur. oportet igitur, vt omne mēsurans primum sit principium, s. in omni genere, i quo inuenitur primum in esse, & in cognitione.

A gnitione. D.d. & illud, quo primo scimus, &c.i. & mensura in omni re est magis manifesta apud nos. quoniam per illam cognoscitur mensurabile, & propter istud cognoscunt reliqua in illo genere. Deinde d. Et principium igitur cognitionis, &c. i. & cum vnum est mēsurans: & mēsurans est principium cognitionis in omni re: consequitur, vt vnum in omni genere sit principiū cognitionis in illo genere. Deinde dicit: Et non vnum in omni genere est idem, &c.i. & vnum in omnibus ge- B nericus, per quod cognoscitur vnū quodq; genus, non est eiusdem naturæ, sed in quolibet genere differt à se in alio, v.g. quod vnum in musicis est tonus, & in dictionibus consonantibus est syllaba consonans, & in vocalibus syllaba vocalis. Et sic vnum in pōderibus est aliquod pōdus minimum secundum sensum, & vnum in motu est motus velocissimus, v.g. motus diurnus. Deinde d. Et in omnibus est vnum illud, qđ non diuiditur. i. & vnum vniuersaliter. quod collocatur in hoc genere, est illud, quod non diuiditur, aut C secundum quantitatem, aut fm formam, & qualitatem. Quod igit̄ omnino nō diuiditur in quantitatem, neq; habet situm, dicitur vnum, qđ est principium numerorū: & si habuerit situm, dicitur punctus. punctus enim habet situm, quia est finis & principium lineæ. D.d. & quod diuiditur vno modo, &c. i. & qđ habet situm, & non diuiditur nisi vno modo dicitur linea: & quod diuiditur duobus modis, s. longitudine & latitudine, dicitur superficies: & quod diuiditur tribus modis, s. longitudine latitudine & profundi tate, dr̄ corpus, & est vnum fm totalitatem, s. perfectum. D.d. & dicunt ista econuerso, &c.i. & intendit per hoc istas esse definitiones, quia conuertūtur. D. incœpit diuidere vnū alio modo, & d. Et etiam istorum, &c. Deinde incœpit exponere vnū quodq; istorum & d. Et illa, q̄ sunt vnum numero, &c.i. Et vnum numero dicitur de illo, cuius est materia vna. & differentia inter illud, & vnum, quod est principium numerorum, est quia hoc vnum est i materia, & vnum, quod est principiū numeri, non est in materia. Deinde d. Et illa, quę sunt vnum fm formā, D &c.i. plura numero, s. in materia, q̄ sunt vnum fm formā, sunt illa quorum definitio est vna. & ista sunt, q̄ sunt vnum fm vnam speciem, * quę diuiditur in indiuidua. D.d. Et quę sunt vnum genere, &c.i. & illa, quæ dicuntur vnum genere, sunt quæ collocantur sub vno prædicamēto. & hoc intendebat, cūm d. quorum figura prædicamenti est vna. Et dixit hoc: quia res, quæ sunt vnū fm formas, quædam sunt vnum secundum formas speciales, quædam fm generales. D.d. Et illa, quæ sunt fm æqualitatem, &c.i. & illa dicuntur vnum, quæ sunt vnum fm proportionalitatem. sicut dicitur, q̄ pportio Rectoris ad ciuitatem, & gubernatoris ad nauem est vna. Deinde d. Et ista postrema sem p consequūtur prima. Et intēdit per prima magis vniuersalia: & per postrema magis particularia. D.d. sicut dicimus, &c i. quod oē, quod est vnū numero, de necessitate erit cum eo, à quo differt in numero, vnum etiā i spē. v.g. quia Soc. est vnum numero, cōtingit vt ipse sit cū Platone vnū in

Quid vnū numero.
Vnū, qđ ē principiu; numerorum, nō i materia.
Quid vnū specie.
*a.l. q̄ dr̄ indiuidua
Quid vnū genere.
Quid vnū pportiōe.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G forma. D.d.& quod est vnũ in forma,&c.i.&prima eorum consequũtur postrema, fm ꝙ consecutio nõ conuertitur in istis. quod enim est vnum in specie,non est vnũ in numero.vnum.n.in specie ad minꝰ dꝰ vere de duobus in numero. & dixit vere:quia accidit vt vnum in specie sit vnum in numero,quãdo de specie non inuenitur nisi indiuiduum.

1.Phy. 60. 4. Phy.49 2. Phy.70. 3.Phy.19.

H D.d.& omne,quod dicitur vnum fm formã,&c.i.& omnia, quæ sunt vnum fm speciem,sunt vnum secũdum genꝰ.v.g. quia Socrates & Plato sunt vnum in specie, sunt vnum in genere,sin animalitate, & nõ cõuertit. Deinde d.&omnia,quæ sunt vnum secundum æqualitatem, &c. i.& omnia,quę sunt vnum secundũ proportionem,sunt vnum secundũ genus,& nõ conuertitur. & hoc fuit ita,quia æqualitas non est aliquod genus. D.d.Manifestum est igitur, &c.i.& cũm declaratum est, ꝙ vnũ dicitur multis modis: & multitudo opponitur vni:manifestum est, ꝙ multitudo dicitur multis modis, cũ omne vnũ habeat multum, cui opponitur. Deinde dedit exemplum de quibusdam prædictis, & d. quædam enim, &c.v.g. quia iam declaratum est,ꝙ vnum eorum, de quibus dicitur hoc nomen vnum, est continuum.i.& etiam de illis, quorum materia est una,aut genus, dicetur etiam multũ de oppositis istorum.dicitur.n.de his, quæ sunt non continua,& de illis, quorum materia est non vna pp diuisibilitatẽ materiæ,aut fm formã in specie,aut secdm formas diuersas fm cõtrarietatem. Et hoc intendebat,cùm dixit, ꝙ materia eorũ diuidit fm formã, &c.i. & illa,q̃ dñr plura fm materiã, q̃dã dñr qa materia eorũ diuidit in quibusdã fm formã specialẽ, & in quibusdam diuidit fm formã contrariam.D.d.quia definitiones,&c.i.& formæ,fm quas diuidit materia,sũt diuersæ:quia formæ, quæ quidditates rerum significant,sunt multæ.

Quot modis dicitur vnum, tot & multa.

I

K

L

M

De Ente. Cap. 7.

ENs dicitur, aliud fm accidens,aliud per se. Secundum accidens quidem,vt iustum musicum esse dicimus, & hominem musicum, ac multa cum hominem: sitr dicentes vt cùm dicimus musicum ædificare,quia accidit ædificatori musico esse,aut musico ædificatori, hoc etenim hoc esse dicere significat hoc huic accidere. Ita igit de his,quæ dicta sunt, cùm hominem dicimus musicum esse, & musicum hoiem, aut album musicum,siue hunc album,hoc quidẽ,qm̃ ambo eidẽ accidunt: illud vero,qm̃ enti accidit. Hoc autem musicũ hoiem, qm̃ hunc musicum accidit.ita etiam dicitur album esse,qm̃ cui accidit,illud est.Quæ igit fm accidens esse dñr,ita dñr,aut qm̃ eidem enti ambo insunt, aut qm̃ illud enti ineſt,aut qm̃ ipsum est, cui inest,de quo ipsum prædicatur.

Ens dicitur quodam modo accidentali. Verbi gratia, quòd iustum est musicus, & quòd homo est musicus, & similiter, quòd musicum est homo. Verbi gratia,quòd homo musicus ædificat.accidit enim ædificatori vt sit musicus, aut iustum vt

A *vt sit ædificator.accidit hoc igitur quia est,& quia hoc accidit ei. Et similiter accidit in rebus,quas diximus.sicut homo,cum dixerimus quòd est musicus,& musicus quòd est albus, & quòd est albus musicus,aut musicus est albus. Ista.n. dicuntur modo accidẽtali, vno modo,quia vtraq; accidunt eidem enti:alio modo,qui a accidit enti vt esset illa.Entia igitur, quæ dicuntur modo accidẽtali, secũdum hoc*

B *dicuntur,aut quia vtraq; sunt eiusdem entis,aut quia est quidditas entis,aut quia est cum eo cuius est, & de quo dicitur,idem.*

13 Quia ens dicit de illo, de quo dꝰ vnum:& vnum dicit de illo, qđ est vnum per se,& vnum per accidens: ita etiã fuit dispositio entis. & ideo cœpit primo notificare modos entis,quæ sunt entia per accidens,& d. Ens dicit,&c.i.sicut dicimꝰ,ꝙ illud, quod est iustum,est musicum,s.idẽ, ista enim identitas est per accidens: quia accidit vnũ alteri,& ambo vni

C subiecto,quod defert musicam, & iustitiam. Hæc igitur est intentio vnius modi.& suum exemplum est, quod dixit,omnis musicꝰ est iustꝰ. Secundus autem modus est,sicut dicimus,ꝙ homo est musicus, aut ꝙ musicus est homo.& iste modus dicitur vnus per accidens,aut quia homini musicum accidit, ꝙ est tãquã genus:aut quia musica & humanitas accidunt sibi inuicem vnum alteri,quia sunt in vno subiecto, s. in homine, in quo existit musica per accidens.sicut dicimꝰ, ꝙ omnis musicus est homo. sed vnum istorum ineſt per accidens subiecto, in quo conueniunt, & aliud essentialiter, econtra dispositioni in primo modo, in quo dicimus,ꝙ musicꝰ est albus.Hoc igitur,quod dixit: Ista.n. dicuntur modo accidentali, &c. est exemplum ad dicendum,ꝙ musicꝰ est albus,& non ad dicendum,ꝙ homo est musicus. Deinde congregauit ambas intẽtiones,Et d. Entia igitur,quæ dñr modo accidentali, &c. & intendit per illa, quæ ambo sunt vnius entis,sicut albus,& musicus,q̃ sunt vnius rei, cui accidit vt sit albꝰ & musicus. Deinde d. aut quia nõ, s.sicut dicimus ꝙ musicꝰ est homo. illud enim, in quo est musica accidentaliter,s.homo, idem est cũ homine vniuersali.& sitr est, cùm dicimus,ꝙ homo musicus est. intentio enim istius hoĩs est homo, cui accidit ꝙ sit musicus. Et determinãdũ est ĩ eis,quæ dñr idem essentialiter, hoc, ꝙ sunt duo essentialiter vno modo,& idem essentialiter alio modo.sicut dicimus,oĩs homo est aĩal. homo.n.essentialitr differt ab anima li in vno modo, & sunt idem essentialiter alio modo.

D

E

Hõ differt ab aĩali essentialiter ĩ vno mõ, & sunt idẽ essentialit. in alio modo.

F

Per se vero esse dñr, q̃cunq; significant prędicationis figuras. quoties.n.dñr,toties ipsum esse significant.Cùm ergo eorum, q̃ prædicantur, quædam ipsum quid est significant, quædã quale,quædam quantum,quædam ad aliquid,quædam facere, aut pati,quædam vbi,quædã quando,horum cuique idem ipsum esse significat.nihil.n.differt, homo conualescens est, aut homo

Universidad de Deusto
Biblioteca

G conualescit:& homo ambulans vel incedēs est, aut hō ambulat vel incedit. similiter in alijs quoque. Itē ipsum esse, & ipsum est significat qđ verū est, ipsum vero non esse, qđ non verū, sed falsum fiſr, tam in affirmatione, qꝫ in negatione. vtputa, qꝫ Soc. musicus est, qm̄ verū hoc est: aut qꝫ Socr. non albus, qm̄ verum. qꝫ autem diameter non sit incōmēsurabilis, qm̄ falsum est. Item ipsum esse, & ipsum ens, quoddā eorum, q̄ dicta sunt, potentia di
H ci posse significat, quoddā actu. videns etenim dicimus esse, & qđ potentia, vt dr̄, videt, & qđ actu. ipsum quoqꝫ sciens, fiſr, & quod potest vti scientia, & qđ iam vtitur. ac etiam quiescens, tum illud, cui iam inest quies, tum quod quiescere potest. Siſr autē in substantijs. etenim Mercurium in lapide dicimus esse, & lineæ medietatem, ac triticū, quod nōdum maturum est. qm̄ vero possibile, & qm̄ non, ī alijs determinandum est.

I *Et dicuntur entia per se omnia, quæ significāt figuras prædicamētorum. sunt enim secundum numerum eorum, quæ dicuntur etiā entia. Quædam igitur prædicamēta significant quid, & quædam quale, & quædam quantum, & quædam ad aliquid, & quædam agere, aut pati, & vbi, & quando. et significatio vnius cuiuslibet istorum est vnus entis. non. n. est differentia inter dicere, quòd homo est in sanitate, & dicere, quòd homo est sanus, aut quòd hō ambulat, et est in ambulatione. & similiter in alys rebus. Et etiam ens significat essentiam, & veritatem rei. quoniam cum dixerimus aliquid esse, demonstrabimus suam veritatē: & cùm dixerimus aliquid non esse, demonstrabimus ipsum esse non verum, sed falsum, & similiter in affirmatiua & negatiua. sicut dicimus quòd Socr. est musicus, hoc enim est verum: & dicimus, quòd Socr. non est albus, & hoc non est verum. & sicut dicimus quòd diameter est æqualis costæ, & est falsum. Et ēt quædam entia sunt potētia, & quædam actu. quædam. n. sunt entia per visum, quia videntur: & quædam, quia habent virtutes, quæ videntur. & similiter est de scientia. in eis enim est qui habet virtutem, vt vtatur scientia: & in eis qui habent vsum. & dicitur quiescens illud, in quo est quies, & illud, quod habet potentiam, vt quiescat etiam. Et similiter in substantia etiam. dicimus enim quòd in lapide est idolum Mercurij, & semilineæ.*

Cùm declarauit modos entis, qđ est secundum accidens, incepit declarare secundum quot modos dicitur ens essentialiter, & d. Et dicūtur entia, &c. i. & intendit per figuras genera prædicamētorum, s. dictiones signi-

A significantes genera prædicamentorum. Deinde d. sunt enim fm numerum, &c. i. dr̄ enim ens fm numerū, secundum quem dr̄ prædicamēta.

D. d. quædam. n. &c. i. & hoc nomē ens dicit̄ de omnibus, de quibus dicuntur prædicamenta: quia quod significat hoc nomē ens, idem videt̄ cum eo, quod significant dictiones prædicamentorum. D. numerauit prædicamenta, & d Quædam igit̄ prædicamenta significant quid, &c. i. & tacuit prædicamentum situs, & habitus propter abbreuiationē sermonis, aut quia latent. D. d. & signi
B ficatio vniuscuiuslibet istorum, &c. i. & significatio vniuscuiuslibet nominum nouem accidentium cū sua significatione super illud accidens est significatio super vnū prædicamentum, s. prædicamentum substātiæ. non enim est differentia inter dicere in prædicamēto qualitatis qꝫ homo est sanus, & qꝫ homo est in sanitate. Et intendebat per hoc notificare, qꝫ nomen denominatiuū non significat in propositione, cuius subiectum est substantia, & cuius prædicamentum est denominatiuum.

C v. g Socrates est albus, substantiam & accidens, aut substantiam, in qua sit accidens. Sicut existimauit Auic. qui, cùm vidit, qꝫ hæc dictio albus significat aliquid, in quo est albedo, qꝫ primo significat subiectum, & secundo accidens. Sed est econuerso. primo significat accidens, secundo subiectum. accidens enim innatum est existere in subiecto. Et, si esset sicut dicit, s. qꝫ albus primo significat corpus, tunc idem esset dicere Socr. est albus, qꝫ dicere Socra. est corpus album, & idem esset dicere corpus album & album corpus: & sic in infinitum. qm̄, cùm dicim⁹ hoc vocabulum albū, collocabitur in eo corpus. Et, cùm d. qꝫ hoc nomen ens dr̄ de decem prædicamentis, dixit: & ēt ens significat essentiam, &c. i. & hoc nomen ens ēt significat illud, quod significat dicere aliquid eē verum. Cùm enim dicimus aliquid esse, demonstramus ipsum esse verum, & qn̄ dicimus aliquid non esse, demōstramus ipsum nō esse, s. ipsum esse falsum. D. d. & siſr est in affirmatiua & negatiua, &c. & intendit per ens illud, quod sonat verum aut simpliſr, aut compositē. s. in quæsito singulari & composito. in propositione autem composita, sicut dicimus, qꝫ Socrates est musicus, aut Socrates non est musicus: in quæstione autē simplici, sicut dicimus, vtrum Socra. sit aut non sit. & vſr hoc nomē ens nō significat nisi verum. D. d. sicut dicimus, qꝫ Socr. &c. i. & siſr in affirmatiua, cùm demonstrabimus esse per affirmationem, in qua est hæc copula, & demonstrabim⁹ esse ipsum verum. v. g. Socr. est musicus. &, cùm demonstrabimus ipsum esse per negationem, demonstrabimus ipsum non esse verum. v. g. Socra. non est albus. hoc enim demonstrat, qꝫ dicere ipsum esse album, non est verū. Et hoc intendebat, cùm d. & dicere, qꝫ Socr. non est albus, & hoc nō est verum. i. & dicere, qꝫ Socra. non est albus demonstrat qꝫ dicere ipsum esse album non est verum. Sed debes scire vſr, qꝫ hoc nomen ens, quod significat essentiā rei, est aliud ab ente, quod significat verum. & ideo expositores diuersantur ī quæsito simplici, s. dicere verum aliquid est ī secundo Topicorum, vtrum colloceē in quęstionibus accidētis aut gnis.

Qui

D Vide contra Zim.

E

F

Documentum Ens, qđ significat essentiā rei, est aliud ab ente, qđ sigñat verum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Qui enim intelligit de ente illud, quod est cõe decem prædicamentis, d. quod collocatur in quæstionibus generis: & qui ītellexit de ente illud, quod intelligit de vero, d. q̃ colloca tur in quæstionibus accidentis. D. d. & sicut dicimus, q̃ diameter est æqualis &c & hoc est aliud exẽplũ, quo vtitur in hac intentione. i q̃ dicere q̃ diameter est assymeter costæ, & hoc esse verum, significat q̃ diameter est symeter costæ, est falsum. Et intendebat distinguere inter hoc nomen ens, quod significat copulationem in intellectu, & q̃ si-
H gnificat essentiam, quæ est extra in tellectum. D.d. Et etiam quædam entia sunt potentia & quædã actu. i. & dr̃ hoc nomen ens de ente, quod est actu extra animam, & de ente, quod est potentia, quædam. n. dr̃ visa, qñ videntur actu: & quædã dicuntur visa, quia possunt videri in actu. Et sic sciens qũq; dicitur sciẽs, qñ vtitur scientia: & talis est sciens in actu: & dr̃ sciens, qñ non vtitur scientia, s. sciens in potentia propinqua. Et hoc intendebat cùm d. & si-
Idem 2. de anima. 54 I militer est de scientia, &c. i. dicimus enim scientem illum, qui habet potentiam, qua vtitur scĩa, licet nõ vta tur: & dicimus scientem illum, qui vtitur scientia, qñ vtitur illa. D.d. & dicitur quiescens, &c. i & similiter quiescens dr̃ quiescens in actu, & est illud, quod quiescit: & dicitur quiescens in potentia, illud, quod nõ qe scit: sed habet potentiam, vt quiescat. Deinde dicit: & similiter inuenitur actus & potentia in substãtia, & in forma. dicimus. n. q̃ in lapide est idolũ Mercurij & semiliuæ. & hic fuit diminutio. & inteudit, q̃ sic inueniť actus & potentia in substantia, & in forma. dicimus. n. q̃ in la- K pide est forma Mercurij, & in potẽtia & actu. potentia aũt, quia hẽt naturam recipiendi formam Mercurij, actu vero quia recipit illam.

De Substantia. Cap. 8.

SVbstantia dr̃ & simplicia corpora, vt terra, ignis, aq̃, & q̃ talia sunt, & vlt corpo ra, & q̃ ex his consistunt aĩalia, & dæmonia, ac eorum particulæ. hæc vero oĩa dr̃ substantia, qm̃ non dr̃ de subiecto, sed de eis cætera. Alio vero modo qd̃ L cunq; fuerit causa existentiæ, ra libusq; inexistens, quæ non dr̃ de subiecto, vt anima aĩali. Itẽ quæcunq; particulæ inexistentes sunt in talibus, definientes, & quod quid significantes, quibus peremptis, totum perimit, vt superficie, corp9, vt quidam aiunt, & linea superficies. & uniuersaliter numerus videtur qui busdam talis esse. eo etenim perempto nihil esse, & omnia terminare. Item quod quid erat esse, M cuius ratio definitio est, & hoc vniuscuiusq; substãtia dicitur. Accidit igit duobus modis substantiam dici, & ipsum vltimũ subiectum, quod non dicitur de alio: & id, quod cùm quõd quid sit, etiam separabile fuerit. tale vero cuiusq; forma & species.

Dicitur substantia corpora simplicia, sicut terra, & ignis, & similia, & vniuersaliter oĩa corpora, & quod ex eis constituitur ex anima-

A *animalibus, & idolis, et membris istorum omnia. n. ista dicuntur substantiæ, quia non dicuntur de subiecto, sed alia dicũtur de eis. Et dicitur ẽt substãtia alio modo illud, quod est causa essentiæ rerum, quæ dicuntur de subiecto, sicut anima animalium. Et ẽt dicitur substantia de illo, quod est subiectum animæ, & habentia definitiones, et significantia aliquid, & per quorum priuationem priuatur totũ,*
B *sicut corpus superficies, & sicut quidam dicunt superficies lineæ, & omnes numeri. quidam enim existimant, quòd istis priuatis nihil erit. Et ẽt dicitur substantia illud, quod significat quid in omnibus rebus, & definitionem earũ. et hoc est substãtia cuiuslibet rei. Accidit igitur, vt substantia dicatur duobus modis. quorum vnus est vltimum subiectum, quod non dicitur de alio: alius autem, quod*
C *significat hoc demonstratum, & est distinctũ à rebus, sicut forma cuiuslibet rei, & eius exemplar.*

Substãtia dicitur ad quatuor modos. "hoc aliquid"

Cùm determinauit quot modis dicitur ens, & vnũ eorum, de q bus dr̃, est substantia, & substantia dicitur multis modis, incœpit ẽt diuidere illos modos, & d. Et dicitur substantia, &c. i & substantia dr̃ de omnibus corporibus simplicibus, & de compositis ex his, vt minerę, & plantæ, & animalia, & de membris istorum. Et, cũ declarauit hoc p exemplum, incepit declarare illud p defi- D nitionẽ, & d. oĩa enim ista, &c & intẽdit neq; in subiecto. & ista est definitio indiuidui substãtiæ. Et quasi dicat, substantia dicitur primo de illo, quod non dr̃ de aliquo. neq; est in aliquo, & alia dicuntur de eo. & hoc dicitur indiuiduum substãtię. & hoc appellatur in prædicamentis prima substantia. Et forte intendit per hoc, quod d. de, aliquam intentionem in ea. & secundum hoc iste sermo continet primas substantias, & secundas. D.d. Et dicitur etiã &c. Substãtia de forma. .i. & hoc dicitur substantia de illo, per qd̃ indiuiduũ substantiæ fit substantia, s. de forma, per quã fit substantia, sicut anima in animato, & E dedit exemplũ de anima, q̃ est forma in substantia in actu, econtra de formis simplicium. D.d. Et etiam Vid. 8. Ph. 30. dicitur substantia de illo, quod est Substãtia d materia. subiectum animæ, v.g de corpore animaliũ. & hæc est substantia mõ Substãtia de definitione. materiæ. D.d. et habentia definitiones, &c.i. & dr̃ hoc nomen substãtia Substãtia p oĩ, q̃ o temoto re mouetur substãtia. ẽt de definitione & in rebus habẽtibus definitiones. D.d. & p quorum priationẽ, &c i. & dr̃ substantia de rebus, q̃ sunt priores fm definitiões F rebus sensibilibus, de q bus quidam opinant illas esse substantias rerum sensibilium. qm̃, qñ intellectus abstulerit eas, auferentur cũ eis res sensibiles, sicut ẽ dispõ de corpore simplici cũ corpore sensibili, & de superficie cũ corpore, & de linea cũ superficię. et, q a Arist. nõ opinat hoc, d. q dã. n. existimãt, &c. i. & quidã appellãt istas substãtias, q a existimãt q̃ illud, p cuius priuationẽ fm intellectũ priuat aliq d, debet eẽ substantia illius. & iõ appellauerũt istas substantias. vnde quidam fingunt

numerum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G numerum esse substãtiam entium. D.d. Et etiam dicit illud substantia. quod significat quid, &c.i. & dicit substantia de illo, quod datur ad interrogationem factam per quid in vnaquaq; rerum. & hæc est substantia cuiuslibet rei. Deinde d. Accidit igitur vt substantia, &c.

De Eodem, Diuersõ, Differenti, Simili, & Dissimili. Cap. 9.

Hæc duo sequentia Capita. 9. & 10. Auer. nõ hẽt

H in hac cõmẽtatiõe. Vide iſm in Epi. Tract. 1.

EAdem vero, quædam fm accidens dicũtur. vt albũ, & musicum idem, qm̃ eidem accidunt: ac homo & musicum, qm̃ alterum alteri accidit. musicus vero homo, qm̃ musicum homini accidit. vtriq; vero hoc, & huic vtrunq; illorum. etenim homini musico & hõ, & musicum idem dr̃, & his illud. Quare omnia hæc vlr non dicũtur. non. n. est verum dicere cp omnis homo idem & musicum. vniuersalia nanq; per se existũt, accidentia vero non per se, sed de singularibus simplr dicũtur. idem enim videt Socrates, & Socrates musicus esse, Socrates. n.

I non de multis. quare non dicit oĩs Socrates, sicuti omnis hõ. q̃dam igitur ita dicuntur eadem. Quædam vero per se, sicuti & vnum. etenim quorũ materia, aut specie, aut numero vna, eadem dicuntur: & quorum substantia vna. Quare patet, cp idẽtitas vnitas quædã essentiæ est, aut plurium, aut cum vt pluribus vtat. vtputa cum dicat ipsum sibi ipsi idem. vt duob⁹. n. ipso vtitur. Diuersa. Diuersa vero dicuntur, quorum aut species plures, K aut materia, aut ratio substãtiæ. & omnino diuersum dicitur op posite ad id, quod idem dicitur. Differẽtia. Differentia vero dicuntur, quæcunq; diuersa sunt, cum idem quid sint, modo non sint idem numero, sed aut specie, aut genere, aut proportione. Item, quorum diuersum genus, & contraria, & quæcunq; diuersitatem in substantia habent. Similia dicuntur, & quæ idem passa sunt. Simile. & quæ plura eadem q̃ diuersa L passa sunt. & quorum qualitas vna. ac secundum quæcunq; eõ trariorum alterari contingit id, quod plura his, aut magis propria habet, simile illi est. Oppositæ vero similib⁹ dissimilia dr̃. Dissimile.

De Oppositis, Contrarijs, Diuersis, & eisdem specie. Cap. 10.

OPposita dicuntur, cõtradictio, contraria, ad aliq; quid, priuatio & habitus, & ea, ex quibus, & in quæ vltima. vt generationes & corruptiones, & quæcunq; susceptiuo amborum non contingit simul adesse, hæc opponi dicunt, aut ipsa, aut ex quibus sunt. fuscum nanq; & album simul eidem nõ insunt. quare ea, ex quibus sunt, opponuntur ipsis. Cõtraria dicuntur, q̃ non possunt simul eidem adesse, cum eorum sint, q̃ secũdum genus differũt. & quæ plurimũ differunt, cum ĩ eodem genere sint. quæue plurimum differunt, cum in eodẽ susceptiuo

A susceptiuo sint. ac etiã quæ plurimum differunt, cũ eorũ sint, q̃ sub eadem potentia sunt. & quorũ differentia maxima, aut simpliciter, aut fm genus, aut secundũ speciem. Cætera vero cõtraria dicuntur, quędã, eò cp talia habent: q̃dã, eo cp susceptiua taliũ sunt: q̃dã, eò cp actiua aut passiua taliũ sunt, aut agentia, aut patientia, aut abiectiones, aut sumptiões, aut habitus, aut priuationes sunt horum, ac talium. Cùm autem vnum et ens

B multipliciter dicat̃, necesse est, vt cætera quoq;, quæcunq; secundum hæc dicuntur, sequantur. quare & idẽ, & diuersum, et contrarium vt secundũ vnũquodq; prædicamentum diuer Diuersa specie. sum sit. Diuersa vero specie dicuntur, quæcunq;, cùm eiusdẽ sint generis, non sunt subalterna, & quęcunq;, cùm in eodem genere sint, differentiã habent. & quæcunq; in substantia contrarietatem habent. Contraria

C quoque diuersa specie inuicem sunt, aut omnia: aut quæ primo dicuntur, & quorum in vltima generis specie rationes diuersæ. vt homo & equus indiuidua genere, rationes vero eorum diuersæ. & quæcunque, cùm in eadem substantia sint, differentiam habẽt. Eadem vero specie sunt, quæcunque his oppositę dicuntur.

Vid. Auer. 1. Epi. Tractat. 1.

De Priori & Posteriori. Cap. 11.

PRiora, & posteriora dicunt, vno quidem mõ tanquam aliquo prio & principio in quo D que genere existẽte, qđ propinquius est principio cuidam determinato, aut simplr et natura, aut ad aliqđ, aut vbi, aut ab aliquibus. Vtputa quędam fm locum, eò cp propinquiora sunt alicui loco natura determinato, medio videlicet, aut vltio, aut ad quoduis. Quod vero remotius, est posterius. Quædam fm tempus. aliqua. n. eò cp remotiora à nunc sunt: vt de eis, quæ facta sunt. quę. n. in Troia fuerũt, priora sunt his, q̃ apud Mediam E facta sunt, qm̃ remotius à nunc distant. aliqua vero, eo cp propinquiora ipsi nunc sunt: vt de futuris. prius. n. festum, quod apud Nemeam futurum est, q̃ qđ apud Delphos, qm̃ propinquius ipsi nũc est, vt principio, et primo ipso nunc ositio. Quę dam fm motũ. quod. n. propinquius primo mouẽte est, prius est: vt puer viro. etenim quoddam & hoc simplr principium est. Quædam fm potentiã. qđ enim excellit potẽtia, & fortius F est, prius est. tale vero est, cuius electionem, vt alterũ, & quod posterius est, sequatur necesse est, ita vt non mouente illo, nõ moueatur, & mouente moueatur. electio. n. principium est. Quædam fm ordinem. hęc vero sunt, quæcunque ab aliquo vno determinato proportionaliter distant. vt in tripudijs quæ fm locũ obtinet, prior est eo, q̃ tertiũ tenet, et pãranete, q̃ nete. illic

* Penultia q̃ vltima

G illic enim tripudij ductor, hic vero media principiū est. Hæc itaq; hoc modo priora dicūtur. Alio vero modo, qđ cognitione prius, tanq; & simpliciter prio. Horū aūt aliter ea, quę fm rationem, atq; ea, quæ fm sensum. Secundum enim rationē vlia priora, fm uero sensum singularia. Et secundum rationem accidēs toto prius. vt musicum homine musico. non enim erit ratio tota absq; parte. tametsi non contingit musicū esse, si non sit aliquis
H musicus. Itē priores dicunt passiones priorum, vt rectitudo lę uitate. ista enim lineæ per se passio, hæc uero superficiei. quædā igitur ita priora et posteriora dicunt. Quędā uero fm naturam, & substantiā, quęcūq; cōtingūt absq; alīs esse, ista uero sine illis minime: qua diuisione usus est Plato. Cùm aūt ipsum esse multipliciter dicat, primo quidem subiectū est prius, propter quod substantia prior. Deinde aliter quæ
I fm potentiā, & quæ fm actum. quædā enim fm potentiā priora sunt, quædā uero fm actum. ueluti fm potentiā quidē dimidia q; tota, & particula q; totū, & materia q; substātia. fm actū uero posterior, dissoluto etenim fm actū erit. Quodā mō igitur oīa, q̄cūq; prius & posterius dicunt, fm hæc dicunt. Quædam enim fm generationē contingit absq; alīs esse, ut totū partibus. quædā uero fm corruptionem, ut pars toto, fiūt etiam cætera.

Dicuntur quædā ante, & post, K *tanqua primū ens & principium in vnoquoq; genere, et quod est proximū alicui principio terminato, aut modo simplici, aut naturaliter, aut modo relationis, aut vbi, aut quando, aut quia sunt, sicut diximus illa, quæ dicuntur ante secundum locū, qui est proximus alicui loco terminato, verbi gratia loco medio, aut vltimo, aut naturaliter, aut casu. Et remotum dicitur post. Et etiā dicitur ante secundum* L *tempus, aut in præterito, & est illud, quod est remotius ab instanti. sicut bella Troianorū fuerūt ante bella Medorū. & in futuro, & est illud, quod ē præsenti propinquius alio modo. sicut dicimus quòd fiet Clitus ante Hirtium, quia est propinquior præsenti. & præsenti vtetur hoc, tanqua primo, & posteriore principio. Et dicitur ante secundū* M *motū illud, quod est propinquius ad motorē. sicut puer. qui ē ante virū secundū motum. & ista principia sunt modo simplici. Et dicitur ante secundū potentia, vel virtutē. sicut dominus ante dominatū. dominus enim, quia est superior, in potentia dicitur ante. & ēt illud, quod est fortius, dicitur ante. & tale illud est, quod coget alterū sequi suā voluntatē, vt a quod, si illud, quod est ante, nō mouetur, nō mouebitur illud, quod est post, & si mouebitur, mouebitur. & voluntas est initiū hic. Et dicuntur ante secundū ordinem illa, quæ adunātur in se secundum relationē ad aliquid vnū, & diuersantur secundū definitionem, sicut diximus quòd stans est secundus in propinquitate ante tertiū, & neuma, quod dicitur a barbatica, mediū acutorū est ante mediū diseretorū. in illis enim ē principiū illud, quod stat capite, in istis est neuma, quod est mediū. ista igitur*
b *dicūtur ante secundū hunc modū.*

Et dicitur ante alio modo illud, quod ante per scientiā est, & dicitur ēt ante modo simplici. Et ēt dicitur ante secundū definitionē, & sensum. Secundū aūt definitionem illud, quod ē ante modo vniuersali. secundū vero sensum res particulares. Et secundū definitionē vniuersaliter etiā accidens ante totum. sicut musicus ante hōiem musicū. totū enim nō erit penitus sine par-
C *te. & cū hoc impossibile est vt musicus sit, si non fuerit aliquis musicus particularis. Et ēt dicuntur ante passiua, sicut res, q̄ sunt ante, sicut rectitudo & lęuitas. vnum. n. istorū est passiuum lineæ per se, & aliud superficiei. quædā enim dicūtur ante, & post secundū hos modos. Et quæda dicūtur naturaliter & substātialiter, & sunt illa, quæ possibile est ut sint, & nō alia: illa aut non erūt, neq; ista. & ista dmi-*

nuebitur. & voluntas est initiū hic. Et dicuntur ante secundū ordinem illa, quæ adunātur in se secundum relationē ad aliquid vnū, & diuersantur secundū definitionem, sicut diximus quòd stans est secundus in propinquitate ante tertiū, & neuma, quod dicitur a barbatica, mediū acutorū est ante mediū diseretorū. in illis enim ē principiū illud, quod stat capite, in istis est neuma, quod est mediū. ista igitur
b *dicūtur ante secundū hunc modū.*

Et dicitur ante alio modo illud, quod ante per scientiā est, & dicitur ēt ante modo simplici. Et ēt dicitur ante secundū definitionē, & sensum. Secundū aūt definitionem illud, quod ē ante modo vniuersali. secundū vero sensum res particulares. Et secundū definitionē vniuersaliter etiā accidens ante totum. sicut musicus ante hōiem musicū. totū enim nō erit penitus sine par-
C *te. & cū hoc impossibile est vt musicus sit, si non fuerit aliquis musicus particularis. Et ēt dicuntur ante passiua, sicut res, q̄ sunt ante, sicut rectitudo & lęuitas. vnum. n. istorū est passiuum lineæ per se, & aliud superficiei. quædā enim dicūtur ante, & post secundū hos modos. Et quæda dicūtur naturaliter & substātialiter, & sunt illa, quæ possibile est ut sint, & nō alia: illa aut non erūt, neq; ista. & ista dmi-*
sione vtebatur Plato. Et cùm ens D *igitur dicitur multis modis, dicitur primo secūdū subiectū, quod est ante, & per quod substantia erit ante. Et dicitur alio modo, qui sunt in potētia, et ī actu, sicut diximus. potētia aūt est, sicut medietas ē de toto, & pars de toto, & materia de substātia. actu vero, sicut illud quod est post. erit enim, post quā dissoluitur in actu quoquo modo. Oīa igitur, quæ dicuntur ante & post, secundum hos modos dicuntur. Et* E *quædam possibile est vt sint, & non alia, sicut totum & partes. & quædam sunt possibilia vt corrumpantur, & non alia, sicut definitio totius & alia similiter.*

Et vnum eorū, de quibus dicitur 16 ante & post, est illud, quod est principiū primū in vnoquoq; generū. verbi gratia principium in genere substantiæ, & in alijs generibus. & vlt dicitur ante de omni principio terminato, & de oī, quod est propin
quius alicui, ſ principio terminato. F D.d. aut modo simplici, &c. i. & primum principium, de quo dicitur, & de cuius propinquo ante, aut est primum simpliciter, aut naturalr, aut fm relationem, aut fm locum, aut fm tempus, aut secundū suum esse.

Deinde dedit exemplū de illo, qđ est prius fm tempus, & d. Et etiam dicitur ante fm tēpus, &c. i. & illud, quod est prius in tēpore præterito, est illud, quod magis distat à præsenti. sicut dicitur q; bellum Troianum fuit ante bellum Medorum.

C in materia: etsi materia non appareat esse in definitionibus eorũ. D. d. Prima autem scientia, &c. i. & cùm res abstractæ sint priores in esse nõ abstractis, necesse est vt prima scientia in esse sit scientia rerum abstractarum. D. d. & quæ nõ mouentur, &c. & intendit, q̃ res immobiles necesse est vt sint æternæ magis q̃ æternæ mobiles diuinæ, s. corpora cœlestia: sunt enim causæ istorum, s. q̃ substãtia abstracta est causa corporum cœlestium. D. d. Modi igitur Philosophiæ, &c. i. manifestum est igitur ex hoc sermone, q̃ modi Philosophiæ speculatiuę sunt tres, s. scientia rerum mathematicarum, & naturalium, & diuinarum, s. substantiarum, in quarũ definitione accipitur Deus. & intẽdebat q̃, quẽadmodum naturalia sunt illa, in quorum definitione accipitur natura, ita diuina sunt illa, in quorum definitione accipit Deus: & voluntaria sunt illa, in quorum definitione accipit voluntas. D. d. Nullus enim ignorat &c. i. non enim latet aliquẽ q̃, si est scientia Diuina, quin sit in tali natura, s. abstracta. D. d. & sciẽtia nobilis, &c. i. & cùm manifestum est p se, q̃ sciẽtia nobilior est generis nobilioris: & scientia Diuina est scientia nobilior: ergo ẽ nobilioris. Oẽs enim scientiæ, licet sint nobiles, tñ scientia Dei est nobilior illius, cuius subiectum est nobilius oĩb⁹ subiectis.

H Dubitauerit etenim aliquis, vtrum prima Philosophia vniuersalis sit, an circa aliquod genus, & vnam naturam. Non. n. idem modus est atq; in Mathematicis, sed Geometria quidem & Astrologia circa quandã naturam sunt, illa vero vniuersali I ter omnibus cõis est. Si igitur non est aliqua alia substantia p̃ter eas, quæ natura consistunt, Naturalis ꝓfecto prima scia ẽ. Quòd si est aliqua substãtia immobilis, hæc prior, & Philosophia prima, & vt̃is sic, q̃ prima.

Et dignum est quærere vtrum prima Philosophia sit vniuersalis, aut alicuius generis, aut vnius naturæ. Non enim est vna species, neque in scientijs Mathematicis ẽt, sed Geometria, & Astrologia sũt K alicuius naturæ, & scientia vniuersalis est communis omnibus. Si igitur non fuerit substãtia aliqua alia à substantijs existentibus natura, tunc prima scientia est Naturalis. Et si aliqua substantia immobilis fuerit, illa erit primum, et scientia eius erit prima Philosophia, vniuersalis etiam.

Ideſt, Et rectum est quærere, post- I q̃ declarauit talem scientiam esse, quæ dicit̃ prima Philosophia, vtrũ ista scientia sit vniuersalis pluribus M generibus, aut eiusdem generis, aut eiusdem naturæ. Deinde d. Non est enim vna species i. apparet enim, q̃ Mathematica non est vnius generis, sed diuersorum generum: Geometria enim est naturæ diuersæ à natura, cuius est Astrologia. & vtraque est Mathematica. Deinde d. & scientia vniuersalis cõmunis est omnibus i. sed, si scientia ista fuerit vniuersalis, dignius vt sit cõis omnibus entibus. D. d. Si igitur non fuerit, &c. i. & manifestum est, q̃ si non esset hic alia substantia à sensibili, q̃ non esset scientia prior Naturali. D. d. Et si aliqua substãtia mobilis, &c. i. & manifestum est q̃, si aliqua substantia immobilis est, q̃ ista substantia est prima, & q̃ scientia istius est scientia vniuersalis, & Philosophia prima. Et dixit in esse, quia ordo addiscendi istã scientiã est poste & ſi⁹, & ideo discim⁹ eã post Physicã.

In definitione diuinorũ sumitur Deus: & naturalium natura & voluntariorũ voluntas.

Nisi esset aliqua substantia p̃ter naturales, Naturalis scia esset pria.

Et de ente, vt ens est, ac qd est, & quę ei insunt, prout ens ẽ, speculari huius est.

SVMMA SECVNDA.

B Declarantur quædam entis species, quæ ab hac scientia seiunguntur.

Dari ens per accidens, quidq; illud sit.

Cap. 1.

SEd cùm ens illud, qđ simplr dicitur, multipliciter dicatur, quorum vnum quidem erat, quod fm accidẽs, aliud vero, quod vt verum, & nõ ens vt falsum: præter hæc autem sunt prædicationis figuræ, vt quid, quale, quãtum, vbi, qñ, & si qd C aliud hoc modo significat: item præter hæc omnia, quod potentia, & actu: cùm itaq; ens multipliciter dicat̃, primo de eo, qđ secundum accidens est, dicẽdũ, quod nulla circa illud speculatio est. Signum autẽ, q̃ nulli sciẽtiæ curæ est illud, neq; actiuæ, neq; factiuæ, neq; speculatiuæ. Nec enim qui facit domum, facit simul quæ accidunt domui factæ. infinita nãq; sunt. quibusdam enim delectabilem, quibus D dam noxiam; quibusdam vtilẽ nihil prohibet factam esse, & vt ita dicam, ob eas res omnes esse aliam, quarũ nullius factiua est ædificatiua simili mõ, Nec Geometra ea, quę ita figuris accidũt speculatur, nec si diuersus triangulus duos rectos habẽs. & hoc rationabiliter contingit. nã qua si nomine solum ipsum accidẽs est. Quare Plato non male quodam modo circa Sophisticã ipsum non ens applicuit. Sophistarum etenim rationes circa accidens, vt ita dicam, maxime omE nium sunt. vtrum diuersum an idem musicum & grammaticũ, & musicus Coriscus ac Coriscꝰ, & si omne, quod est, non autem semp factum est. quare si musicꝰ existens grammaticus factus ẽ, & grammaticus existens musicus, & quæcunq; aliæ orationiF cus tales sunt. Videtur etenim accidens propinquum quiddam esse non enti. hoc autem ex his ẽt orationibus manifestum est. eorum etenim, quæ alio modo se habẽt, ẽ generatio & corruptio: eorum autem, quæ secundum accidens, non est.

Et quia habet considerationem de ente, secundum quòd est ens, & quid sit. sed cum ens, quod dicitur simpliciter, dicitur multis modis, quorum vnus, vt diximus, dicitur per accidens, & vnus dicitur qua si verum, & non ens quasi falsum: & alijs modis ab istis modis figu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G rarũ prædicamentorum, sicut hoc, & quantum, & vbi, & quando: & etiam præter omnia ista quod dicitur potentia & actu: & cum ens dicatur multis modis, dicamus primo de illo, quod dicitur per accidens. nulla enim scientia speculativa vtitur tali modo. Et signũ eius est, quòd nulla scientia perscrutatur de hoc, neq; actiua, neq; artificialis. Aedificator enim non facit omnia, quæ accidunt cum artificio
H domus, quæ sunt infinita. non enim facit, vt domus adiuuet vnũ, & noceat alij, & vniuersaliter vt sit alijs modis, qui non sunt facti à nobis. Et similiter Geometria etiam non considerat de rebus, quæ accidunt figuris tali modo, neq; si triãgulus alius, & triangulus habet duos rectos angulos alios. et si conueniant in definitione. accidens. n. est quasi aliquod nomen tantum. Et ideo nõ malefecit Plato quoquo
I modo, quando ordinauit Sophisticum sub eo, quod non est. sermones enim Sophistici in maiori parte sunt in eo quòd conueniunt accidẽti. sicut illud, quod dicitur quòd est omnia, & non est. musicus enim & grammaticus sunt idem, & nauta & musicus sunt idem, & omne, quod est non secundum quòd dicitur de eo. sicut ille, qui fuit musicus, et fit grammaticus: aut ille, qui fuit grammaticus, & fit musicus: & omnes alij sermones similes istis. Accidens enim videtur propè illud, quod nõ est quoquo modo. & hoc manifestum est ex sermonibus exemplaribus. res enim, quæ sunt alio modo, habent generationem & corruptionem: quæ aũt sunt mõ accidentali, nõ habẽt hoc. K

Idest, & quia declaratũ est, q; ista scientia habet considerare de ente fm q; est ens, scilicet quid sit, & quæ sunt res existentes i eo, fm q; est ens, manifestum est, q; dominus huius scientiæ debet primo incipere, & scire de ente. D.d. Sed cùm ens, quod dicitur, &c.i. iam declaratum est, q; ens simpliciter diuiditur in prima diuisione in ens per accidens, & ens per se. Prima enim diuisio est talis, aut eũ aut non esse, quod est falsum & possibile, aut essentialiter, aut accidentaliter: quod autẽ est essentialiter, diuiditur in decem prædicamenta. Deinde incœpit numerare decẽ genera prædicamentorum, & d. sicut hoc, &c.i. v. g. quod dicitur de substãtia, & quanto, & quali, & vbi, & q̃n, & alijs prædicamentis. Et intendit q;, quia hoc nomen ens dicit de omnibus, oportet artificem huius scientiæ considerare de omnibus, & attribuere illa ad primũ ens, quod est causa in omnibus entibus. D.d. & etiam præter omnia ista, &c.i. & ens etiam diuiditur præter istam diuisionem, in potentiam & actum. D.d. & cùm ens dicatur, &c. Deinde d. causam, propter quã incœpit cõsiderare de ente, quod est per accidens, & d. nulla enim scientia, &c.i. & incipiemus loqui de hoc ente, ad demonstrandũ, q; ista scientia non con- 4 M

A considerãt de illo, nisi ne noceat in cognitione entis, quod est essentialiter. & tale debet pponi vt præmuniatur homo ab illo. D.d. Et signũ eius, &c.i. & signum, q; artifex huius artis non habet considerare de ente per accidens, est q; nulla ars cõsiderat de illo, neque speculatiua, neque operatiua. Aedificator enim, cũ facit domum, non considerat facere in ea omnia accidẽtia infinita. v.g. vt sit domus fortunata habitatoris & vtilis. hæc. n. accidunt casu. nec ẽt vt sit infortunata & nocens. hæc. n. accidunt malo casu, & alia similia in
B finita. quod enim est infinitum nõ est determinatum. D.d. & vlr, &c.i. & vlr Aedificator non facit domũ vtilem aut nocentem, aut alijs modis rerum contingentium domui. Et similiter Geometer nõ considerat de rebus, quæ existũt in figuris per accidens. non. n. considerat in figura habente tres angulos, vtrũ accidat ei vt ĩ ea sint tres alij anguli. neque etiam cõsiderat vtrum accidat illi vt in ea sint anguli, alij à tribus æqualibus duob⁹ rectis, & tres æquales duobus rectis. & hoc accidit triãgulis, fm q; sunt ex ligno & cupro,
C aut aliqua alia materia. D.d et si conueniant in definitione. Potest intelligi sic: & si anguli accidentes triangulo conueniant in definitione cum angulis, qui sunt essentialiter in triangulo in essendo æquales duob⁹ rectis. Et potest intelligi sic: & si illud, quod est per accidens, cõueniat cum eo, quod est essentialiter ĩ definitione. & ideo dixit post: accidens enim est quasi aliquod nomen tm. i. quod. n. est p accidens in rei veritate, est nomen ziferæ. i. sine aliqua significatione. D.d. Et ideo non male fecit, &c.i. cùm Plato posuit sermonem sophisticum in eo, quod est non ens, non male fecit, & non posuit ipsum in ente. & causa fuit in hoc, q; sermo Sophistæ ĩ maiori parte est per accidens. D.d. sicut illud, quod dicitur, &c. i. qñ illud, quod dicitur esse idem per accidẽs, est illud, quod recipit quodlibet, & suum diuersum vno modo: sicut accidit homini vt recipiat albedinem & musicam, & nauigatoriã, & alia infinita. talia. n. dicuntur idem per accidens, sicut dicimus, q; musicus est albus, & est nauigator. Et hoc in tendebat, cùm d. musicus. n. & grammaticus. i. v.g. vt aliquis hõ sit musicus & grammaticus. dicetur enim, q; grammaticus & musicus idẽ sũt, sed per accidens. & similiter nauigator & musicus dicũtur idem p accidens, qñ aliquis homo fuerit nauigator & musicus, & fiet dr, q; homo, qui recipit nauigatoriam. est idem cum nauigatore, sed per accidens. D

Vide. 1. Phy. 21. E

D.d. & omne, quod est, &c.i. & omne, quod dicitur esse idem per accidens, non dicit semper neque in maiori parte. sicut dr, q; grammaticus est musicus, aut efficit musicus, aut musicus est grammaticus, aut musicus efficit grãmaticũ. D.d & oẽs alij sermones, &c.i. & fiet omne prædicabile accidentale. Plato enim posuit eum in non ente. quia quod est propter accidens, propè videtur ei quod non est, cùm raro accidat. & hoc intendebat, cùm d. Accidens. n. videtur propè, &c.i. illi, quod est nõ ens aliquo modo. D.d. & hoc manifestum est, &c.i. & numerare ea, quę sunt per accidens sub non ente, apparet ex rebus, quæ inducunt. Existentes enĩ res essentialiter sunt illę, quæ

Idem. 2. Phy. 48. F

Illud, qđ ẽ p accẽs, propè vt ei qđ nõ ẽ ideo Plato posuit illũ ĩnõ ente. Vide pro hoc. 2 ph. 53. & 56.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quæ habent aliquam speciẽ, in quarum individuis existet generatio & corruptio, illa autem, quæ sunt per accidens, nullam habent speciẽ: vnde neq; generationem neq; corruptionem. & intendebat ꝙ nulla species inuenitur per accidens.

Nulla spẽs inuenit̃ p accẽs. Idẽ 7. Met. cõ. 11.

Attamen dicendũ est amplius de accidente, quoad possibile ẽ, quæ nã eius natura sit, & ob quã causam est. simul autẽ patebit, & cur eius scientia non est. Cùm igitur in entibus sint quædam semper similiter se habentia, & H ex necessitate, non ea, quæ secũdũ vim dicitur, sed quã dicimus, eò ꝙ non contingit aliter, quædam ex necessitate quidẽ non sunt, nec semper, sed vtplurimũ, hoc principiũ & huius causa est, vt accidens sit. Quodcunque. n. non semper, neq; vtplurimum est, hoc dicimus accidẽs esse. vt puta, si sub cane tempestas & frigus factũ fuerit, hoc dicimus accidisse, non si æstus aut calor. quoniam hoc quidem semper, aut vtplurimũ, illud vero non. hominẽ quoq; albũ eẽ accidit: nec I enim semper, nec vtplurimum. asal vero non secũdũ accidens. & Fabrum sanitatẽ fecisse, accidens est. quoniã nõ est aptus ad sanitatẽ faciendã Faber, sed Medicus, verũ accidit Fabrum esse Medicum. Cocus etiã voluptati intentus facit quicquã salubre, sed non secundũ pulmẽtariã. vnde dicimus ꝙ accidit, & quodãmodo quidem facit, simpliciter vero minime. Illorũ etenim alig quandoq; factiuæ pòtẽtiæ sunt, k horũ vero nulla ars, nullaq; potentia determinata est. eorũ. n. q̃ fm accidens aut sunt, aut fiunt, causa quoq; fm accidens ẽ. Quare cùm non omnia ex necessitate, & semper, aut sint, aut fiant, sed multa vtplurimũ, necesse ẽ esse, quod secundũ accidens est. vtputa nec semper, nec vtplurimũ albus musicus est. cùm autẽ aliquando fiat, secundũ accidẽs erit. ꝙ si non, cuncta ex necessitate erunt. Quare materia erit L causa contingens eius, quod aliter accidit, q̃i illud, quod vtplurimũ est. Principiũ autẽ hoc sumendũ est, vtrũ nihil est, q̃ nec semper, nec vtplurimũ, an hoc impossibile. Præter hæc igit̃ aliquid est, quod vtcunq; contingit, & fm accidens. Sed vtrum, quod vtplurimũ, quodue semper nulli inest, an aliqua sunt sẽpiterna, de his sanè posterius cõsyderandum est.

Sed tamen loquamur de accidente, secundum quòd possibile est in sua natura, & qua de causa sit, & videtur quòd cum hoc declarabitur quare non habet scientiam fixam. Et cum in rebus sunt quædam, quæ semper sunt in eadẽ dispositione, & sunt necessariæ etiã, non illa, quæ dicuntur violenter, sed quæ dicuntur de illis, quæ impossibile est vt sint alio modo, & quædam non sunt necessaria neq; semper M

A *per, sed sunt in maiori parte, & hoc est initium, & causa essendi per accidens. Illud enim, quod non est semper, neque in maiori parte, vocetur accidẽs. sicut pluuia apud ascensum canis. hoc enim accidit, quia nunquam fuit, neque in maiori parte. & accidit vt homo fuit albus, sed non semper, neque in maiori parte. & Aedificator & Medicus curat, non in eo quòd ædificator, sed per accidens. & Cocus potest facere ferculum vtile, sed non* B *est scientiæ coquendi, & ideo dicitur quòd accidit. Secundum igitur hanc dispositionem forte virtutes agentes erunt aliæ, & ista non habent artem, neque virtutem terminatam. causa enim eorum, quæ sunt aut erunt per accidens, est etiam per accidens. Et cum non omnia sunt necessario semper, sed pluries, & in maiori parte, tunc* C *necesse vt illud, quod est per accidens sit sicut album. non enim semper est musicus, neque in maiori parte. & cùm sit in aliquo tempore, est per accidens. & si non, omnia erunt necessaria. & tunc accidens habebit aliquam causam in maiori parte, & oportet accipere hoc primo possibilitatem alio modo. Et oportet primo, si aliud non fuerit Album in Græco. principium eorum æternum. de istis perscrutabitur post.*

D Dicit: & licet illud, quod est per accidens, non cõtineatur sub cognitione, tñ loquamur de eo fm ꝙ est possibile in sua natura, & notificemus causam, pp quam est. videt. n. ꝙ ex hoc declarabitur, quare non continet sub cognitione, & quare nulla ars perscrutat de causa eius. D. incœpit loqui in eo & d. & cùm in rebus, &c. i. & cùm ī rebus sint aliqua, q̃ semp sunt in eadem dispositione, s. necessaria & non necessaria, q̃ dñr de rebus patientibus violentiam, sed quæ dñr de rebus, quæ impossibile ẽ vt sint alio modo ab eo, quo sunt. D. d. & quædam nõ sunt E necessaria, &c. i. & cùm rerum quædam non sunt necessaria in esse, & quædam habent esse in maiori parte temporis, & tunc istud genus est causa eius, quod est per accidens. q̃n enim in eis, quæ sunt in maiori parte, non fiet illud, quod innatum est fieri in maiori parte, fiet illud, quod est per accidens. & ideo si oĩa essent necessaria, nihil esset per accidens. Et cum narrauit ꝙ causa eius, quod est per accidens, est aliqua esse ī maiori parte: q̃n, si aliqua fuerint ī maiori parte, aliqua erunt in minori, d. Illud enim, quod nõ est semper, &c. F & dicit hoc, quia ex ascensu canis sequitur abscissio pluuiæ essentialiter. & non hoc esset necessarium, si eẽt pluuia in eo in minori tempore. & ideo qui non concedit aliquid eẽ p accidens, continget ei vt omnia facta sint necessaria in fiendo. D. d. & accidit vt homo fuit albus, &c. i. & ex hoc accidit homini ꝙ fuit albus, & ꝙ non fuit, & ꝙ album fuit multa infinita, v. g. musicꝰ & ædificator, & medicus, & alia. Deinde dicit: & Aedificator, & Medicus, &c. i. verbi gratia

Si oĩa eẽnt necessaria nihil esset p accidẽs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratia, q̃ accidit Aedificatori medicari nõ in eo q̃ Aedificator, sed qa accidit ei q̃ fuit Medic⁹. & similiter Cocus potest facere ferculum vtile, sed tamen p accidens. Cocus. n. facit delectabile ferculum, Medicus ãt vtile. D.d. Secundum igitur hanc dispositionem, &c.i. fm igitur hũc modum virtutes actiuæ, & artes habent alias operationes ab eis, ꝓpter quas sunt Deinde d. & ista non hñt artem, &c.i. & ista, quę sunt per accidens, non habent artem agentẽ, neque virtutem terminatam, à qua ꝓ neniant. Causæ enim eorum, q̃ fiũt per accidẽs, sunt etiam per accidẽs, quæcunq; causa sit, immo causæ infinitæ. D.d. Et cùm non oĩa, &c.i. & cùm manifestum est, q̃ non oĩa sũt necessaria: sed plura sint in maiori parte, necesse est vt illa, q̃ fiunt p accidens, sint in maiori parte, ex quo illa, q̃ sunt in maiori parte, sunt necessaria. & si non, oĩa essent necessaria. & ista sunt sicut albũ eẽ musicũ. accidit. n. albo q̃ fuit musicus nõ necessario, neq; in maiori parte. D.d. cùm sit in aliquo tpe, &c.i. & si illud q̃d est p accidens, non fuerit, tũc oĩa entia erunt necessaria: & tunc quod sit p accidens, habebit cãm aliam à eã posibili, q̃d est in maiori parte.

Et dixit hoc, quia eã eius, q̃d est per accidens, est eã possibilis, quod est in maiori parte. Et dixit hoc, q̃n ex ea non prouenit aliqua actio habenda naturaliter, sed alia actio, vt dictum est in Physicis. D.d. & oportet accipere hoc primo, &c.i. oportet accipere, q̃ causa eius, quod est p accidens, est causa rerum, q̃ sunt in maiori parte. nulla. n. est alia causa, quæ potest accipi pro causa eius, q̃d est per accidens, præter istam.

Quòd autẽ non est accidẽtis scientia patet. Oĩs. n. scientia eiꝰ est, quod aut semper, aut vtplurimũ est. quomodo enĩ discet, aut alium docebit? oportet. n. vt determinentur, aut per semper, aut per vtplurimũ. vtputa febricitanti proficuum melieratum est vtplurimũ. Quod vero præter hoc ẽ, nõ habebit dicere q̃ non, vt in nouilunio. nã etiã in nouilunio aut semꝑ, aut vtplurimũ, accñs vero ꝓter hæc est.

Quoniam autem accidens non habet scientiam permanẽtem manifestum est. Omnis enim scientia permanens aut est illius quod est semper, aut illius, quod est in maiori parte. quomodo enim poterit deceri, aut addisci, quod non est ita? quoniam quod determinatur oportet vt sit semper, aut ĩ maiori parte. v. g. quòd syrupus talis adiuuat febricitantes in maiori parte. Et impossibile est vt aliud dicatur in alio tempore. Vt nouitas mensis, q̃ est semper, aut in maiori parte.

Cùm declarauit, q̃ illud, quod est per accidens, non habet naturã terminatam, cùm non habeat causam terminatam, incœpit declarare, q̃ non habet etiam scientiã, & d. Quoniam autem, &c. & d. scientiam permanentem, quia illud, quod est per accidens, scitur q̃n accidit, sed non permanenter. quia scientia non est permanens in scito nisi per causam, & dicere est permanentiam indicare, q̃ cùm causa fuerit, erit causatũ. aut

aut de necessitate, aut in maiori parte. & ideo in hoc genere impossibile est aliquam cognitionem esse. Et hoc, quod d. q̃ scientia permanens nõ est nisi rerum necessariarũ, aut earum. quæ sunt ĩ maiori parte, manifestum est per se. & q̃ impossibile est addisci, aut sciri q̃d non est alterius istarũ duarũ dispositionũ. q̃n, sicut dixit, oẽ, q̃d definit, aut disponit aliqua dispõe, aut illa dispositio erit ei necessaria, aut in maiori parte. sicut dicimus, q̃ syrupus acetosus adiuuat febricitantes, quia adiuuat eos in maiori parte & si contingeret adiuuaret eos, aut in minori parte, non haberemus scientiã permanentem in eo. D.d. Et impossibile est vt aliud dicatur, &c. ita accidit ĩ Luna. & intendit q̃ nouitas mensis est necessaria non in maiori parte, sed illud, quod est p accidens, neq; est necessariũ, neq; ĩ maiori parte.

Quid itaq; accidens est, & ob quã cãm, & q̃d non est eius sciẽtia, dictũ est. Quòd autẽ sint prĩcipia & causæ generabiles, & corruptibiles, absq; eò q̃ generentur, & corrumpantur, manifestum est. Et enim si nõ hoc, ex necessitate omnia erunt, si eius, q̃ generatur, & corrumpit non fm accidens causam aliquã necesse sit esse. Vtrum. n. erit hoc, an non? Si hoc, fiet. sin vero nõ, minime. hoc vero, si aliud. & hoc modo videlicet (tẽpore sempẽr dẽpto à tempore finito) deuenies vsq; ad nunc. quare hic morietur ęgritudine, aut vi, si exierit, hoc aũt, si aliud. & sic deueniet ad id, quod nunc est, aut aliquid eorũ, q̃ facta sunt. vtputa, si sitiuerit. hoc vero, si comederit acria. hoc vero aut ẽ, aut nõ. quare necessario morietur, aut nõ morietur. Sil͂r & siquis ad iam facta ascenderit, eadẽ ratio est. iã enim hoc in aliquo est. dico aũt quod factũ est. ex necesitate ergo erunt oĩa futura, vt mori viuẽtẽ. iam. n. aliquid factum est, vtputa contraria in eodẽ corpore. sed si ægritudine aut vi, nondum, sed si hoc factũ fuerit. Patet igit q̃ vsq; ad aliquod vadit principium: hoc vero non amplius ad aliud. erit igit hoc eius, quod vtcunq; cõtingit, causaq; generationis eius nulla. Sed in quale principium, & qualẽ causam talis reductio est.

Dictũ est igitur quid est accidens, & quid eã accidẽtis. & quòd nullã hẽt sciam permanentẽ. Quoniã aũt principia, & causæ sunt generabilia & corruptibilia, ẽt absque eo quòd generentur aut corrũpantur, manifestũ est. Quoniam, si hoc non fuerit, tunc oĩa erunt necessaria. quoniam, si illud, quod generatur & corrũpitur, non habuerit aliquam cãm modo accidẽtali, tũc erit necessariũ. Sicut dicimus, utrũ erit hoc aut non erit? hoc. n. erit, si erit hoc, & si non, nõ. & hoc, si fuerit aliquid, & secũdũ hãc dispõnẽ. et manifestũ ẽ, quòd sẽper diminuitur tps ex tẽpore finito. et sil͂r peruenit ad illud, quod est in instanti.

ficut

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *sicut dicimus, quòd si Socrates exierit, morietur aut infirmitate, aut violentia. & hoc erit, si aliud fuerit. et sic peruenietur ad illud, quod est instans, aut ad aliquid eorum, quæ fuerint. Vt tale comestum inducit sitim. et hoc, si comederit calida. et hoc aut erit aut non. ergo morietur necessario. Et similiter, si aliquis ordinauerit, & dixerit illa, quæ iam facta sunt, sermo de eis erit talis, et ha-*
H *bent essentiam existentem. dico illa, quæ iam fuerint essentia eorũ, & cognitio eorum, & generatio eorum. erunt igitur necessario omnia generabilia, sicut mors viui, quia iam præcessit. fit enim idem, sicut contraria sunt eadem, quia sunt eiusdem, sed non sine infirmitate, aut violetia, nisi hoc sit. Manifestum est igitur, quòd accedit ad aliquod principium: et hoc non accedit ad aliud. & accedet ad il-*
I *lud, quod comprehenditur casu, et non est causa motus omnino. Sed finis, qui est talis, erit ad principium habens qualitatem, & causam habentem qualitatem.*

7 Ideſt, quoniã aut oportet ex hoc hic esse causas, quæ generantur, deinde corrumpuntur absq; eo ꝙ generent alia, aut alia corrumpant, manifestum est. Deinde dicit. causam in hoc, & d. Qm̃, si hoc non fuerit, &c.i. qm̃ si fuerit necessarium vt omnis causa generabilis sit generãs aut corrumpens, continget vt omnia sint necessaria. Deinde dicit: quoniam si illud, quod generatur, &c. ideſt quoniam, si illud, quod est generandum, non habuit causam accidentalem, sed omnem causam sequitur causatum necessario, tunc omnia quæ fiunt, fiunt necessario: & sic auferetur natura possibilitatis. Deinde dicit: Sicut dicimus, vtrũ erit, &c. i. qm̃ si oĩa fuerint necessario, tunc continget vt sermo dicentis, vtrum hoc erit in futuro, aut non erit, alterum eorum erit necessarium, & alterum impossibile, & K
contingeret vt causa illius generandi L
sit causa generata necessario, &. cũ fuerit erit creatũ necessario. & hoc intendebat, cùm d. ꝙ erit hoc, si fuerit hoc, & si non, non. Deinde dicit: & hoc si fuerit, & sm hanc dispositionem. i. & continget ẽt vt à causa eius sit causatum necessario, si fuerint generata, vt sit sm hanc dispositionẽ, s. vt sit necessario à sua causa, & sua causa ab alia, & hoc peruenret necessario ad aliam causam necessariam in esse. tales enim causæ non procedunt in infinitum. Deinde dicit: & manifestum est, ꝙ semper diminuitur, &c. i. ꝙ tempus, in M
quo sit causa rei factæ in tempore terminato futuro, diminuitur ex illo tempore, & diminuitur etiam ex tempore residuo tempus, in quo fit causa causæ, donec perueniatur ad instans ꝑsens, in quo est prima causa eius, quod est fiendum. Deinde dicit exemplum in hoc, & d. sicut dicimus ꝙ, si Socrates exierit, &c. i. v. g. ꝙ, si fuerit necessarium ꝙ Socrates moriatur, si vulneretur, vt si infirmetur ꝙ moriatur. & si hoc fuerit, infirmabitur necessario, donec perue-

4 perueniatur ad causam existentem in præsenti. v. g. ꝙ, si patiatur sitim, patietur calorem necessario. &, si patiatur calorem, patietur febrem. &, si febrem patiet morietur. & si materia exierit, patietur sitim necessario. Deinde dicit: vt tale comestum, &c. i. & si patiatur sitim, necessario comedit aliquod calidum. & sic comedere illud calidum erit necessariũ, & illa consequentia erunt necessario. contingeret enim expositione eorum, quę fiunt in futuro, esse necessario, s. alterum duorum oppositorum, vt sint ẽt facta necessario, & vt consecutio eorum adinuicem fit necessaria. Deinde dicit: & hoc aut erit, aut non. & innuit aut ẽm aut cãtũ, s. ꝙ vtrũq; erit necessario. D. d. ergo morietur necessario. i. & si istæ causæ fuerint huius dispositionis, necesse est vt exeat, & moriatur necessario. D. d. Et similiter, si aliquis ordinauerit, &c. i. & similiter contingit vt omne, qd fit, antequã fiat, ꝙ fuit necessariũ vt fieret, ita ꝙ omnia futura, & oĩa prẽterita fuerint necessaria. & hoc est cõtra intellectum & sensum. D. d. & habent essentiam existentem. i. cõtinget vt oĩa facta habeant essentiam
C aliquã existẽtem, ex quo continget exitus eorum in actũ necessario. vt dicitur in exẽplis legalibus, quia oĩa fieda sunt scripta in tabula, & qđ est scriptũ in illa tabula, exibit in actũ, & iõ exposuit hoc, & d. dico illa, &c. i. continget vt naturæ rerũ faciant eas generari necessario, quẽadmodũ natura generabiliũ facit ea corrũpi. & iõ. d. erunt igit necessario omnia generabilia, &c. i. continget igitur sm hanc positionẽ vt naturæ & substantię rerũ, ex quibus generabilia generantur, faciant eas gene- D
rari: quemadmodum cùm generantur, faciunt eas corrumpi, vt viuus corrumpitur. D. d. fit. n. idem, &c. i. & est necesse vt generatũ corrumpatur necessario. quia antequã corrumpatur, fuit necessarium vt componeretur, & fieret idẽ ex contrarijs. & fuit idem, quia contrariæ fiunt in eo, scilicet formæ. & sic necessario corrumpitur, sed non sine infirmitate & violẽtia, sed corrumpitur si aliqua infirmitas fuerit, aut violentia: quarum altera, s. infirmitas est naturaliter & de necessitate, & altera per accidens, s. violentia. D. E
dixit. Manifestum est igitur etcæt. ideſt, declaratum est igit ex hoc, ꝙ omne, quòd generatur & corrumpitur, habet causas, & ꝙ illæ causæ perueniunt ad primam causam. sed tamen differunt, quia corruptio fit de necessitate, generatio autem nõ. & si hoc esset, omnia essent accidentia necessario. & si hoc esset, tunc generatio esset in substãtia rerum, in quibus est generatio, sicut corruptio existit in substantijs eorum. D. d. & accedet ad illud, quod comprehenditur casu. i. quod autem ex istis causis prouenit ad illud, quod F
fit casu, non est causa alicuius motus naturalis omnino, ideſt ꝙ omne, quod fit casu, non est causa alicuius speciei entium. Deinde dicit: Sed finis, qui est, &c. ideſt sed quod fit casu, fit à principio habente naturam terminatam & causam terminatam. quod. n. est accidentaliter, accidit illi, qđ est essentialiter.

Corruptio fit de necessitate, nõ aũt generatio.

✠

Verum

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 *Vtrum vt ad materiã, an vt ad cuius gratia, an vt ad mouens, maxime consyderandum est. De eo itaq, quod secundum accidens est, dimittatur: determinatum enim sufficienter est.*

De ente vero, & falsõ: omittendumq; esse ens per accidens, verumq; ac falsum: ac de ente vt ens est consyderandas esse causas, ac principia. Cap. 2.

HQVod aũt tanquam verũ ens, & nõ ens vt falsum, qm̃ circa compositionem, & diuisionẽ est, & omnino circa partitionẽ contradictionis. verũ etenim affirmationẽ in compositis habet, negationẽ vero in diuisis, falsum vero huius partitionis contradictionem. Quo aũt modo qd̃ simul, aut qd̃ seperatim est intelligere accidit, alia ratio est. dico aũt q̃ simul, & q̃ seperatim, vt nõ cõsequẽter, sed vnũ qd fiat. Nõ. n. est falsum, & verũ in rebus (vt qd̃ bonũ verũ, qd̃ vero malum I falsum) sed in mente. q̃ vero circa simplicia & circa ea, q̃ quid sunt, nõ qdẽ sunt in mẽte. Quę cunq; igit̃ speculari oportet circa id, qd̃ ita ens & non ens est, posterius perscrutandũ est. Cũ aũt cõpositio, & diuisio in mente, nõ in rebus sit: qd̃ aũt ita ẽ, diuersum à pprie dictis, ens est: aut. n. qd̃ qd est, aut qd̃ quale, aut qd̃ quantũ, aut si qd aliud copulat, aut diuidit mẽs: qd̃ q. dẽ tanquã accidẽs, et vt verum ens, omittendũ est. eã. n. illius q̃ K dẽ determinata, huius vero, mẽtis aliqua passio. et ambo circa reliquũ entis genus, et nõ extra ostendunt esse aliquã entis naturã. Propter qũ hæc quidẽ prętereant, consyderãdæ autẽ sunt ipsius entis causæ, & principia, prout ens est. Manifestũ aũt est in his, quę determinauimus de eo, quoties vnumquodq; dicitur, q̃ ens multipliciter dicitur.

Et oportet nos perscrutari multum, vtrum sit quasi perueniens L *ad materiam, aut ad aliud propter quid, aut ad illud, cuius ẽ motus. Dimittamus igitur loqui de ente accidẽtali: nã sufficit, quòd determinatũ ẽ de eo. Et loquamur de vero ente, quod nõ est sicut falsum. est. n. in cõpositione et diuisione, et vniuersaliter in diuisione cõtradictoriorum. quia habet affirmationẽ, secundum quod est verum, & secundum quòd est compositũ habet negationẽ aliquam, et secun-* M *dũ quod est diuisum habet falsitatem istius diuisionis, quæ est contradictoria. Quomodo autem accidit intelligi simul, & prius, habet alium sermonem. & dico simul & prius, ne aliquid sit post aliquid, sed vt sit idem. Verum enim & falsum non sunt in rebus, sicut bonum & malum vt verum sit sicut bonum, & falsum sicut malum, sed sunt in cogni-*

tione. & nulla cognitio est de simplicibus, aut de illo quod est. Omnia igitur perscrutanda de ente, quod est huiusmodi, & de eo, quod nõ est, dicenda sunt post. Et cũ in cognitione est aut cõpositio, aut diuisio, non in rebus, quod est aliud secundũ hũc modũ: ex rebus enim, quæ sunt in rei veritate, est illud quod significat aut quid, aut quale, aut quãtũ, aut quod copulatur, cũ alio, & cogitatio diuidit illud: D *dimittamus ergo ens, quod ẽ quasi accidens, & quod est quasi verũ. causa enim vnius eorum nõ habet definitionẽ, & causa alterius est cognitio. & vtrumq; est in genere diminuto generũ entis, & nõ sunt ex eis, quæ significant esse entis. Et ideo dimittatur, & perscrutetur. Album in exemplari. iam declarauimus, vbi diximus quòd maquæq; rerũ dicitur multis modis. quoddam enim significat quid.* O *Album in exemplari.*

8 Modo narrat quid perscrutandũ est de causa, ad quam ascendunt oẽs causæ, quæ sunt accidẽtales, aut essentiales, & d. Et opottet nos, &c. i. & oportet nos multum perscrutari de causa accidẽtali, vtrũ reducatur ad cãm materialẽ, vel finalẽ, vel agentem. & ipse iam declarauit in Secundo Phyficorum, q̃ reducitur ad cam agentem. & forte propter hoc dimisit hic loqui de illo. Et cum iã declarauit, q̃ in hoc ente, quod est p accñs, non consyderat ista ars, d. Dimittamus igitur, &c. i. quia iam D determinauimus de natura eius, qd̃ sufficit. D.d. Et loquamur de vero ente. i. & cùm iam locuti fuerimus de ente accñtali, loquamur de ente veridicanti, fm q̃ est veridicans. & hoc est illud, quod est in anima. hęc enim entia facta sunt ab intellectu, qũ diuidit entia abinuicem, aut cõponit ea adinuicẽ. hoc igitur ens est vnum genus generũ entium, & est vsr̃ istud ens tantum in affirmatione aut negatione. D.d. quia habet affirmationẽ, &c. i. vera enim affirmatiua significat compositionẽ in entibus, & vera negatiua diuisionẽ. E Et quia idẽ ens impoſe est q̃ sit cõpositum & diuisum insimul, ideo, si affirmatiua fuerit ϕ a, negatiua erit falsa. & quasi dicat, affirmatiua autẽ quia est vera, est ens in cõpositione, quasi haberet negatiuam, cuius falsitas existit in diuisione. qm̃, cũ affirmatiua est vera p compositionẽ, negatiua est falsa p diuisionem. & sisr, qũ negatiua est vera p diuisionem, affirmatiua est falsa per cõpõnem.

D.d. Qũo autẽ accidit simul, &c. & intendebat p hunc sermonẽ declarare diuersitatẽ duorum entium, s. entis, qd̃ est in intellectu, & entis, qd̃ est extra intellectũ. Quod enim est in aĩa, cõtingit vt recipiat duo opposita insimul. qd̃ aũt est extra aĩam, non. & quasi dicat quoqũo aũt accidit q̃ aĩa intelligit duo opposita insimul, quod nõ põt esse extra aĩam, quia mã recipit cõtraria successiue, loquendũ est de eo ĩ alio loco, & innuit librũ de Aĩa. D.d. in hoc causam, & d. Verũ enim & falsum, &c. id est, & causa in hoc, q̃ intellectus cõprehendit insimul duo opposita ẽt, quia nã primorum oppositorũ in

5. de Aĩa tex. cõ. 21.

Qd̃ est in aĩa, cõtingit vt recipiat duo opposita sit. Sed huius oppositũ vide. 4. huiꝰ textu cõ. 9. vide con. Zim.

F Verum & falsũ sunt ĩ cogñe, et bonum & malũ ẽ ĩ mẽ. Vide oppositũ. 3. de Aĩa. 54. vbi dr q̃ ens ĩ intellectu ẽ bonũ simpr & ens extra aĩa; ẽ bonũ in respectu. Vide contrad. Zim.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G in intellectu, ſ. veri & falſi, nõ eſt nã primorũ oppoſitorũ extra aĩam, ſ. boni & mali verũtũ verũ & falſum ſunt in cognitione, & bonũ & malũ
* Id 6. de Aĩa. 38. 39. ſunt in ma: & nullũ *entiũ, q̃ ſunt in cognitione, dr̃ eé ſimplr fm q̃ eſt extra aĩam. D. d Oĩa igit̃ perſcrutanda, &c. i. & oĩa pſcrutanda, vtrũ ſint de ente ĩ cognitione, aut de ente extra aĩam, dicẽda ſunt vbi † pſcrutabit̃ de vĩbus, & numeris, & alijs ſimilib⁹. D. d. Et cũ in cognitiõe, &c. i. & cũ illud, qđ eſt in cognitione ex hoc ente, eſt cõpõ aut diuiſio, abſq; eo q̃ ſit extra aĩam ens, qđ differt ab
† Septimo Meta. 46. 47. & 50.
H iſto, qđ eſt in re, eſt illud, qđ ſignificat aut qd, aut quale, aut quantum, aut aliquod cõtinuũ cũ alio. & hæc ſunt cętera p̃dicamẽta. D. d. & cogitatio diuidit illud, &c. & forte intendit p hoc illud, qđ eſt p̃ter p̃dicamẽtum ſubſtãtiæ. & forte intẽdit p̃dicamenta, q̃ cõiter habẽt compõnem. iſta. n. exiſtimantur, q̃ niſi aĩa eſſet, non eſſent. D. d. dimittamus ergo eos, &c. i. dimittamus igit̃ perſcrutari perſcrutationẽ de ente, quod eſt q̃ accidens, & de ente, quod eſt veridicans, ſ. q̃ eſt in anima. Ens enim, quod eſt per accidens, nõ habet cau
I ſam terminatã: & quod eſt veridicans, nõ habet ẽt cauſam niſi aĩam. & ideo vtrunq; numerat̃ in genere entis diminuti. & ideo perſcrutãdũ eſt de ente pfecto, quod ẽ ens extra
1. Met. tex. com. 14. animã. D. d. Iam declarauim⁹, &c. id eſt, & determinauim⁹, vbi locuti ſuimus quædam de eis, quæ ſignificant multis modis', q̃ ens dicit̃ multis modis. quoddam enim dicitur ſecundum quid, ſcilicet de ſubſtantia, quoddam de qualitate, quoddã de quantitate, quoddam de copulationibus iſtorum cum alijs.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER SEPTIMVS,

cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

In Prima proponit de Subſtantia agẽdum eſſe, cùm ſit primum entium.
In Secunda agit de ipſa ſubſtantia.

SVMMAE PRIMAE

Subſtantiam multis modis entium omniũ primum eſſe. Cap. 1.

IN iſto tractatu perſcru
tatur de ſpeciebus entis, de quibus intendit perſcrutari in hac ſcientia. Iſta enim ſcientia diuiditur in tres partes primas. Prima eſt de diuiſione entis in ſubſtantiam, & accidẽs. Secunda de diuiſione entis in potentiam, & actum. Tertia de diuiſione entis in vnũ, & multa. Et iſte tractatus eſt primus eorũ, in quibus pſcrutatur de ſubſtantia. Et, quia ſubſtantia alia eſt ſeparabilis & abſtracta, alia inſeparabilis, perſcrutat̃ in hoc tractatu, & in ſequẽti de ſubſtantijs inſeparabilibus, & non de numero M eorũ. Deinde in Nono tractatu perſcrutat̃ de potẽtia & actu. Deinde in Decimo de vno & pluribus. Et poſt in tractatu Vndecimo de ſubſtãtijs ſeparabilib⁹, & cuiuſmodi eẽ habẽt, & quot ſunt. Deĩde in Duodecimo & Tertiodecimo pſcrutabit̃ de eis, quę dixerũt Antiqui de naturis ſeparabilũ ſubſtãtiarũ. Tractatus ãt p̃cedentes hunc tractatũ, ſunt quaſi p̃paratorij ad hoc, qđ intẽdit dicere in iſtis. Et incœpit in hoc tractatu dicere, Ens dr̃ multis modis, &c.

Ens

A ENs multipliciter di
citr̃, quemadmodũ in his q̃ de * quoties pri⁹ diuiſim⁹. ſignãt. n. aliud quid
* al. dẽ qd eſt, & quõd quid, aliud vero quod quale, aut quãtum, aut ſingula aliorũ, q̃ ita p̃dicãt.

Ens dicitur multis modis, vt prius diximus in ſermone, in quo diximus quot modis dicitur aliquid. quoddã enim ſignificat quid
B *eſt aliquid, & quod eſt hoc, & quoddam ſignificat quòd eſt quale, aut quãtum, aut aliud eorum, quæ prædicantur in ſermone ſecundum hunc modum.*

1 DIcit. &, cùm ſit declaratum q̃ hoc nomen ens dẽ mltis modis, vt dictũ ẽ in tractatu, ĩ quo declaramus noĩa vſitata in hac ſcia. illic enim diſtinximus q̃ hoc nomẽ ens qñq; ſignificat quiditatem ſubſtantiæ demonſtratæ, & qñq; ipſam ſubſtantiam demõſtratam, & qñq;
C aliquod accidens in iſtis ſubſtantijs, aut quantitatem, aut qualitatẽ, aut aliud eorum, q̃ prædicant̃ de ſubſtãtijs non p̃dicatione declarante ſubſtantias eorum, nec in reſponſione ad quid eſt hæc ſubſtantia demonſtrata. Et hoc intendebat, cùm d. & quoddam ſignificat, &c. i. & hoc nomen ens qñq; ſignificat in ſubſtantijs qualitatem, aut quãtitatem, aut aliud accidentium prædicabilium de eis non ita q̃ declarent ſubſtantiam, ſed prædicantur ſm quale, aut quantum, aut vbi, aut quando, aut alio modo.

Cùm autem ens toties dicat̃, D patet primum horũ ens eſſe ipſum quid eſt, quodq; ſubſtantiã ſignificat. cùm enĩ dicimus qua le quippiam hoc, aut bonum dicimus, aut malum, ſed non tricubitum, aut hominem. cùm autem quid eſt, non album, nec calidum, nec tricubitum, ſed ho- Vide ſup. 4. huiꝰ. t. c. 2. & Iſra t. 14. &. 12. t. c. 3. & 22.
minem aut̃ deum. Cætera vero entia dicuntur, eõ q̃ vere entis quædam ſunt quantitates, quædam qualitates, quædam paſſiones, quædam aliquid aliud tale. E * a. l. taliter entis.

Et, cùm ens dicitur multis modis, manifeſtum eſt, quod primũ ens iſtorum eſt illud, quod ſignificat quid, & hoc eſt illud, quod ſignificat ſubſtantiã. quoniam, cùm dicimus de aliquo quale eſt, dicimus aut bonum, aut malum, & non dicimus homo. & cùm interrogatur quid eſt, non dicimus album, aut tricubitũ, ſed homo, aut deus. Et alia dicuntur entia, quia ſunt entis, quod eſt huiuſmodi, quæ F *dam quantitates, & quædam qualitates, & quædam paſſiua, & quædam aliud tale.*

2 Cùm declarauit, q̃ hoc nomẽ ens ſignificat ſubſtantiam, & accidẽtia ſubſtantiæ, quæ ſunt nouem prædicamenta, intendit declarare, q̃ hoc nomen ens principaliter, & ſimpliciter ſignificat prædicamẽtum ſubſtantiæ, & ſecundario & determinate, ſ. relatiue ad ſubſtantiam, alia p̃dicamenta accidentium, quæ non dicuntur eſſe, niſi quia accidũt enti,

G quod est ens per se, substantiæ. Et d. Et cùm ens dicitur, &c. i. &, cùm declaratum est, q hoc nomẽ ens dẽ de generibus prædicamentorũ, manifestum est, q primum, de quo dẽ hoc nomen simpliciter, & principaliter, est illud, quod dẽ in responsione ad quid est hoc individuum demonstratum per se existens: & ista interrogatio est de substantia. D. incœpit declarare hoc ex modo interrogandi, & respõdedi, & d qm̃, cùm dicimus de aliquo, &c. i. & signum eius, q illud, de quo interrogat per hoc nomen quid in individuis substantię, est dignius hoc nomine ens, est, qm̃, si interrogatur per alia nomina interrogantia de individuis substantiæ, non respondetur per aliquid determinans quiditatem ei⁹, v.g. qm̃, qñ interrogatur, quale est istud demonstratum, aut eiusmodi, respondemus bonum aut malum, calidum aut frigidum: & non respõdemus ipsum esse hoiem aut orbẽ, quod intendebat per deum. Et cùm hoc interrogatur quid est illud individuum existens, quod dicitur substantia, non respondemus ad hoc p aliquid extra essentiam eius, v.g. album, aut calidum, aut tricubitũ, sed homo, aut orbis. Et intendebat per hoc, q prædicabilia, quæ declarant quiditatem individui substantiæ demonstratæ, sunt digniora hoc nõe ens, q̃ prædicabilia aliorum accidentium, cum nunquam notificent quiditatem substantiæ. & ideo quod declarat quiditatem individui substantiæ est substantia. In hoc ergo capso intendit declarare, q quiditas individui substantiæ est prior in esse quiditatibus accidentium. individuũ enim substantiæ prius esse alijs individuis accidẽtium manifestum est per se. Et sciendum est, q istæ declaratio est logica. & plures demõstrationes in hac scientia sunt logicæ, scilicet qm̃ propositiones eius sunt acceptę à Dialectica. Dialectica enim vsitatur duobus modis. vno modo, sm̃ q est instrumentum: & sic vsitatur in scientijs alijs. & alio modo, vt accipitur illud, quod declaratum est in illa in alijs scientijs, sm̃ q accipitur. & sm̃ q accipitur illud, quod declaratum est in aliqua scientia speculatiua ad aliam scientiam, est cùm ista considerat de ente simpliciter. & propositiones dialecticæ sunt entis simpliciter, sicut definitiones & descriptiones, & alia dicta in eis.

H

I

Primũ documentũ.

Vnde dubitauerit aliqs, vtrũ ipsum ambulare, & sanum esse, ac sedere, & vnum quodq; horũ ens an nõ ens est, similiter & de quocunq; cęterorum similium. nihil enim horum est per se natura aptum, neq; possibile à substantia separari: sed magis, siquidem ambulans entium aliquid: & sedens, & sanum. hæc autem magis entia apparent, qm̃ subiectum eis determinatum est, hoc autem substantia. & singulare est, quod ī tali prædicatione apparet. bonum enim, aut sedens absque hoc nõ dicitur. patet igitur quòd propter hanc illorum quoque singula sunt.

Et ideo quæret aliquis vtrũ ambulatio, & sanitas, & sessio quælibet significet ens, aut non ens, & similiter in vnoquoq; talium. quoniã nullũ eorũ est existẽs per se, nec potest

K

M

A *potest separari à substantia. sed, si ambulans fuerit de entibus, & sedens, & sanus, ista sunt digniora, vt sint entia vt videtur, quoniam subiectum eorum est aliquod terminatum. & hoc est de substãtijs, q̃ sunt uniuscuiusq; particularia, & hæc significant categoriæ, quæ sunt tales. sedens. n. & stans non dicuntur sine hoc. manifestum est igitur, quod hæc est causa essentiæ cuiuslibet illorum, & illa sunt propter istam.*

B

Vide pro hac. 11. Met.

Cùm posuit, q ens in rei veritate est substantia, & in hoc conueniunt oẽs Antiqui, quorũ plures pp hoc, qd opinabant q substãtia est ens in rei veritate, dubitabant vtrũ accidentia sint entia, aut non, d. Et ideo quęret, &c. i. & iõ dignũ est, vt qui opinat hoc de substantia, dubitet in oĩbus accidentibus, v.g. ambulatione, & sanitate, & sessione, vtrũ dicantur esse simpl'r, aut non. & hoc dignum est dubitare, cùm nullũ eorũ existat p se, aut possit separari à substantia,

C & q ens est illud, qd p se est. D.d. sed si ambulans, &c. i. sed, si cõcesserim⁹ q hoc nomen ens signat ista, tunc substantia est dignior vt significet hoc nõe ens, sm̃ q apparet sensui, s. qm̃ est manifestior apud sensum. D.d. causam in hoc, & d. qm̃ subiectum, &c. i. qm̃ subiecta quiditatũ substantiarum, & vniuersaliorũ earum sunt individua substantiæ, q̃ sunt terminata per se, s. qm̃ sunt terminata à locis & superficiebus & q̃ditas est pars istius substantiæ, quæ sunt individua substantiarum particularium, & secundũ hæc duo dẽ

D

E

F

Cũ plura cõueniant i vno nõe, & quoddã est digni⁹ quibusdã, dignius é sp cã cęterorũ. v. de idé. 2. met. tex. c. 4. & hic infra t. c. 7. & 8. met. cõ. 7. Vid Auer. i Epi. Tr. 2.

dicamentum substantiæ. & d. qm̃ subiectum eorum, &c. intendebat à quiditate substantiarũ vniuersaliorum earum. Et cùm d. est aliquod terminatum, &c. intendebat individua substantię, q̃ sunt terminata, q̃ sunt corpora existentia per se. D.d. & hoc est de substantijs, &c. innuit p hoc q̃ditates. & quasi d. & istæ sunt substantiæ, quia sunt partes substantiarum, q̃ sunt substantię in rei veritate. s. particularium. D.d. & hæc significant, &c. i. & istæ vniuersalia, q̃ sunt substantiæ, significant prædicamẽtũ substantiæ. D.d. sedens. n. & stãs, &c. i. & causa in hoc est, qm̃ accidentia, v.g. stans & sedens, non dicũtur esse entia sine istis. & accepit hoc nomen denominatiuum pro accidente tantum. Deinde d. manifestum est igitur, &c. & cùm hoc declaratũ sit de substantijs, manifestum est, q substantiæ sunt causę essentiæ accidentium. & accidentia non sunt nisi propter substantias. & hoc necessarium est, quoniam, cùm declaratũ est, q nomen ens dicitur de decem prædicamentis, & dignius de substantijs: & est declaratum q, cũ plura communicant in eodem nomine, & quoddam dignius quibusdã, illud, quod est dignius illo nomine, est causa cæterorum: & dispositio cęterorum ad causalitatẽ est sicut dispositio illorum cum illo nomine. ex istis igitur propositionibus concluditur, q substantia est causa cæterorum prædicamentorum.

Quare quod primo est ens, & non aliquod ens, sed simpl'r ens substantia. Multis igitur modis primũ dr, attñ substãtia

Universidad de Deusto
Biblioteca

G & ratione,& cognitione,& tempore,& natura omnium primū est.aliorum.n.q̄ prædicant, nullū est separabile,sed hæc sola.P.a tione quoq; hoc primū. necesse est.n.in cuiusq; rōne inesse rōnē substantiæ. Scire ēt tūc putam⁹ vnumquodq; magis,cùm quid est homo,aut ignis sciamus, q̄m quale,aut quātum,aut vbi nam & horum ipsorum tunc vnumquodq; scim⁹,cùm qd ē ipm q̄le,aut ipsum quantum sciamus.

H *Ens igitur,quod est principale, non illud,quod est aliquod ens, sed ens,quod est simpliciter, est substantia. Et primum dicitur multis modis,sed substantia est prima omnium rerum definitione,& cognitione,& tēpore.nullum.n.aliorum prædicamentorum est separabile.& istud solum est separabile. Et est etiam prima secundum definitionem.necessarium est.n. vt definitio substantiæ accipiatur in definitione cuiuslibet rei.Et nos vide*

I *mus etiam,quòd scimus quodlibet magis, quando scimus ipsum quid sit.v.g.quando scimus hominē esse ignem magis, quàm cum scimus ipsum esse quale,aut quātum, aut vbi.& etiam vnumquodq; istorū non scitur, nisi quando scitur quid est,aut quale,aut quantum.*

4 Et,cùm sit declaratum,q̄ quiditates accidētium posteriorant̄ quiditatibus substantiarum,fm q̄ causata posteriorantur causis, manifestum est,q̄ ens, quod est principale & quod est prius & simpliciter,ē substantia,nō illud,qđ est aliquod ens, i. non simplr nec principalr. Et hoc intendebat,cùm d. Ens igit̄, qđ est, &c.i.ens ergo,quod principalr & simpliciter est ens,est substantia, non illud,quod est aliquod ens,i.nec principaliter,nec simpliciter.&est ja verbis eius ordo posterior. Et,cùm narrauit,q̄ substantia est prior cæteris p̄dicamentis. & hoc intendebat per principale,& primū dr multis modis,incœpit declarare quot modis p̄cedat substantia accidentia, & d. Et primū dr multis modis.i. & primū, quod est prius,dr multipliciter.& substātia est primum oīum fm definitionem,& cognitionē, & fm tempus. D. dedit cām in hoc,& d.nullum.n. prædicamentum, &c i. & substātia est prior his trib⁹ modis: q̄m nullū accidētium est separabile,& ipsa sola est separabilis. & hoc intendebat cùm d.i.de substantia. Et dixit hoc, quia declaratum est, q̄ vniuersalia accidentium sunt illa, q̄ dūr in subiecto. Et,cùm dixit eam esse primā fm definitionem,dedit modum, & d. Et est etiam prima fm definitionem,&c.i.& diximus, q̄ substantia est prior definitione cuiuslibet accidentium: q̄m necesse est vt substantia accipiatur in definitione cuiuslibet accidentium. q̄m partes definitionum sunt illa, per quæ constituitur res:& quia accidentia constituūtur per substantias,necesse fuit vt accipiantur in definitionibus eorum: & in definitionibus substātiarū nō accipit aliquid extra suā naturā, cū causæ suæ accipiantur in suis definitionibus,q̄ sunt substantiæ. Et,cùm narrauit,q̄ substantia est prior aliis

A accidentibus cognitione,dedit modum,& d. Et nos videmus,&c.i.& signum eius,q̄ substātia apud nos est manifestior accidentibus, s. vniuersalia substantiæ q̄ vniuersalia accidentium, est s. q̄ scire indiuiduum substātiæ per sua vniuersalia substātialia est perfectius q̄ scire illud per vniuersalia accidentium. v.g. q̄, cū voluerimus scire hominem, & scierimus ipsum esse aliquam naturā substantialem, v.g. scire ipsum ignē per hoc prædicabile substātiale erit perfectius, q̄ scire ipsum esse quantum, aut quale,aut vbi,aut aliud prę

B dicabilium accidentium. Et intendebat,q̄ non sunt accidentia quæsita per se, sed fm q̄ sūt dispositiones substantiæ demōstratæ. & primum quæsitum est substantia demōstrata. Et quia scire substantiam hanc p suas dispositiones substantiales est perfectius q̄ scire eā per suas dispositiones accidentales, necesse est vt dispositiones substantiales sint manifestiores dispositionibus accidentalibus. D. d. alium modū, ex quo declaratur,q̄ scire aliquid per quid ē,

H MErito autem dubitatur etiam quænam formæ sint partes, q̃ vero non sed eius, quod simul sumitur, cũ & hoc non existente manifesto, non sit definire vnumquodq; . Vniuersalis etenim & formæ definitio est. quæ est igitur partiũ vt materia sunt, & quæ non, si nõ sint manifestæ, nec rõ rei manifesta erit. Quęcunq; igit̃ apparent aduenientia in diuersis specie, vt circulus in ære, ligno, & I lapide, hæc quidem manifesta esse videntur q̃m nihil substantiæ circuli æs, neq; lapis est: propterea q̃ ab eis separetur. Quæ vero non videntur separari, nihil quidem prohibet simili⁹ his se habere, quemadmodum si circuli omnes viderentur ænei. nihil.n. minus æs esset ipsius formæ. difficile tamen est hoc mẽte auferre, vtputa forma hoĩs sẽper in carnibus & osſibus, & talibus partibus apparet. Vtrum igit̃ sint ẽt hæc partes formæ & K rõnis? An nõ, sed materia. verũ q̃m non aduenĩũt ẽt in alĩs, nõ possumus separare. Cũm autem hoc videat̃ quidem contingere, q̃m vero, non est manifestum.

Et rectum est, vt quærat aliquis quæ sunt partes formæ, & quæ nõ sunt partes eius, sed congregati. quoniam, si hoc non fuerit manifestum, impossibile erit definire quodcunq;. Definitio enim est vniuersalis, & formæ. quæ igitur ma L *teria est partium, & quæ etiam cum fuerit, non erit res, & sic non erit definitio, quæ est rei manifestæ etiam. Omnia igitur, quæ videntur esse per formam in alio, vt circulus in cupro, & ligno, & lapide, ista existimantur esse. cuprũ enim non est aliquid de substantia circuli, neque lapis, qua separatur ab eis. Omnia vero, quæ non videntur separari, nihil prohibet vt sint sicut ista, quemadmodum* M *omnis circulus si videtur cupreus. quoniam si ita esset, cuprum non esset sine forma omnino. sed differt le est vt hoc sit separabile in intellectu, vt forma hominis, quæ semper videtur, & in carnibus, & ossibus, & ĩ partibus similibus istis. Vtrum igitur etiam ista sint partes formæ & definitionis, aut non sed sunt materia. sed, quia non separantur in alio, etiam non possumus*

Vtis & formæ est definitio. Vide com. Zim.

A *mus cognoscere ea. hoc enim existimatur esse possibile, sed non manifestatur in hac hora.*

37 Cùm declarauit q̃ sunt partes, quarum definitiones præcedunt definitionem totius, & quæ quarum præcedunt definitum tũ, non definitionem totius, & quæ partes sunt, quas totum præcedit, & sunt illæ, q̃ sunt sm quantitatem, vult modo inquirere quæ sunt partes formæ, & forma, quæ est materia, & dixit: Et rectum est, &c.i. & rectum est, vt aliquis quæreat quæ sunt partes formę,

B & quæ non sunt partes eius & intẽdit p̃ hoc partes materiales. & cùm hoc non fuerit cognitum, tunc definitiones non erunt cognitæ. q̃m, cũ partes, quæ sunt formæ, non fuerint distinctæ apud nos à partibus, quæ sunt congregatæ ex forma & materia, & tunc definitiones latebũt nos, & nõ poterim⁹ definire illud apud nos, quod est tale, donec distinguantur partes eius formales à partibus congregati ex materia. D. dedit causam in hoc, s. q̃ qui nescit formam & suas partes, non poterit definire

Definitio debet vtis formæ C aliq d, & dixit: * Definitio enim est vniuersalis, & formæ, &c.i. & causa in hoc est, q̃m definitio est intẽtionis vniuersalis & formæ vniuersalis, & proprie non congregati ex forma & materia: vt declaratum est in Posterioribus analyticis. Deinde d. quæ igitur materia est partium, & cætera. i. & declarandum est quę est materia, propter quam inueniuntur partes in congregato ex illa & forma, & quæ est pars rei, quæ cùm fuerit, non sequitur vt sit res, scilicet materia. forma enim est pars, quæ cùm fuerit, est res. materia vero est illud, quod cùm fuerit, non erit res. D

Deinde dicit: & sic non erit definitio rei manifesta. i. & si hoc non fuerit cognitum, definitio non erit cognita. Deinde incœpit persequi de hoc, & dixit: Omnia igitur, quæ videntur, &c.i. & manifestum est, q̃ omnia, quæ videntur existere secundum formas in pluribus subiectis, quoniam formæ earum sunt aliæ à materijs. & hoc manifestum est per se. verbi gr. circulus, qui quandoque est in cupro, & quandoq; in lapide, & in alijs materijs. Et ideo dixit: ista existimantur esse, &c.i. q̃m manifestum est per se, q̃ cuprum non est E pars circuli substantię, nec lignum. circulus enim q̃nq; existit ĩ cupro, quandoq; in ligno. & si alterũ istorum esset de substantia circuli, tunc circulus non esset circulus, nisi per illud. Deinde d. Omnia vero, quæ non videntur separari, &c.i. omnes vero formę, quæ non existunt plus q̃ in vna materia, à qua nunquam separantur quoniam hoc non prohibet intellectum intelligere, in eis est aliquid simile materiæ, & aliquid simile formæ. quemadmodum, si circulus nunquam esset nisi in cupro, hoc non prohibet intelligere, quòd cuprum non est forma circuli, nec pars formæ.

F Deinde dicit: quoniam, si ita esset, tunc cuprum non esset sine forma. quoniam, si forma circuli esset propria cupro, & cuprum proprium ei ad modum, secundum quem est in materijs rerum naturalium cũ suis formis, tunc non esset possibile cuprum esse sine forma, nisi diceretur cuprum æquiuoce: quemadmodũ est impossibile carnem existere sine sensu, & motu, nisi æquiuoce.

Deinde

Fofa E, q cũ fuerit erit res, s; mã cũ fuerit, nõ erit res.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Deinde dicit: sed difficile est, &c.i. sed differentia est inter formas, quæ non habent materias proprias, scili cet mathematicas, & formas naturales, quæ habent subiectum propriũ, verbi gr. forma hominis, quæ nunquam est sine carne & ossibus: qm̃ istæ formę naturales difficile abstrahũtur intellectu à suis materijs. impossibile enim est intelligere hominem sine carne, & ossibus. formę autem mathematicæ, quæ inueniuntur in pluribus vna materia, intelliguntur abstractæ à materijs. Et intendebat ꝙ intellectus comprehendit diuisionem inter formas & materias facile: qa abstrahit eas in imaginatione à materia. in naturalibus vero difficile: quia nõ potest abstrahere eas I imaginatione à materią. Et ideo accidit quæstio in talibus istis rebus inter partes, quæ sunt per materiam, & inter illas, q̃ non sunt per materiam, & ideo dixit: Vtrum igitur etiam ista sint partes formę, &c.i. & ideo dubitatur in talibus entibus naturalibus, vt in homine & in animali, vtrum tota sint materię, aut sint hoc formæ extra ipsa, aut I sint composita ex materia & forma. v.g. os & caro, vtrum sint partes formæ in animali, aut partes materiæ. Deinde dedit causam ī hac quæstione, & dixit: sed quia nõ separantur, &c.i. & causa in hoc, ꝙ nos nõ possumus distinguere inter eam, & formam in istis rebus, est quia forma non est in alijs materijs, sed in vna materia. D.d. hoc enim existimat esse possibile, &c.i. & distinguere formas à materijs est possibile ad scien dum in oĩbus istis rebus, licet in aliqua hora non manifestetur, s.ī principio originis Philosophię.

Consimile supra. 35

H

In nãlibus intells nõ põt abstrahere formã in imaginatione à mã. Idé. 4. ph. c. 16. & 1. de aia cõ. 16. & q̃ bi. Sed vid op po. 4. phy. I c. 17. & 8. Met. cõ. 8. Vide contra. Zim.

Quidam etiam de circulo, & triangulo dubitant: tanquã non deceat lineis & continuo definiri, sed hæc oĩa sil'r dici sicuti carnes aut ossa hoĩs, & ęs & lapis circuli. & cuncta referunt ad numeros: & lineæ rationem, eã, q̃ duorum esse dicunt. Eorum et, qui ideas dicũt, quidam ipsam lineam dualitatem, quidã lineæ formam. quædam etenim eadẽ esse formam & cuius forma, vt puta dualitatẽ & dualitatis formam. in linea vero non est. Accidit itaq; & vnam multorũ formam esse, quorum spẽs videtur diuersa: quod etiam Pythagoricis accidebat. & contingit vnam omnia facere ipsam formam, cętera vero nõ formas. ac hoc modo vnum omnia erunt.

K

L

M

Et quidam dubitãt in circulo, & in triangulo quoniam non debent definiri quòd sunt lineæ et ẽ timu, sed dicuntur oĩa ista, sicut caro hominis dicitur, & ossa eius, & cuprum, & lapis circuli sunt quasi membra circuli. & attribuunt oĩa ista numeris: & dicunt quòd definitio lineæ est definitio duorũ. Et quidam eorũ, qui dicunt formas, dicunt quòd est linea. quoniã linea est prima dimensio, & duo ẽ prima dimẽsio duorũ, & quida, quòd est forma lineæ q̃dam. n. res sunt eadem forma & habens formam, vt duo & forma duorum. & hoc non est in linea.

Vnde

A *Vnde accidit, vt vna forma sit plurium, quorum forma videtur esse partes: & hoc accidens accidit Pythagoricis etiam. et quòd est possibile vt istud sit forma omnium, & vt alia non sint forma. et secundum hunc modum omnia erunt vnum.*

38 Idest, Et quidam dubitant in circulo, & triangulo, & in alijs figuris. qm̃ vident, ꝙ non definiunt per lineas, aut per naturam continui, sed vidẽt, ꝙ res mathematicę sunt quasi materię, & ꝙ ista non habent formas, quę declarãt substantias eorũ, & ꝙ sunt ī entibus, quasi os & caro. & hoc intendebat cũ d. sed dicũtur ista omnia, sicut dicit caro, &c. D. d. & attribuunt omnia numeris. i. & propter hoc posuerunt formas omnium esse numeros, & posuerunt omnia ista contingentia eis in numerisillis. & isti, qui posuerunt numeros formas figurarum, dicunt, ꝙ definitio lineæ est definitio duorũ. D.d. Et quidam eorum, qui dicunt formas, &c.i. & quidã eorũ, qui dicunt formas esse, nõ dicũt, ꝙ definitio lineę est pars duorũ, sed dicũt, ꝙ definitio lineæ est linea, & ꝙ in eo est primum & post, & remotio à linea, sicut nos dicimus in definitionibus cum definitis. & similiter dicunt in dualitate, ꝙ in ea est primũ & post, & remotio à dualitate. i. qm̃ in istis rebus est aliquid simile formæ, & materię. & hoc intẽdebat, cũ d. & quidã ꝙ est forma lineæ. D. dicit: quędam. n. res, &c.i. & quidam istorum dicunt, ꝙ res diuidũtur in formam materialem, & in illud qd habet formã, v.g. in duo demõstrata, & ī formã dualitatis: & q̃dã sunt materia tm̃, vt linea. & hoc intẽdebat, cũ dixit: & hoc nõ est linea. Et cùm notificauit, ꝙ isti hoĩes posuerunt oĩa quasi materias, & dicũt formas, & numeros esse, d. Vnde accidit, &c.i. & contingit istis vt res plures, quę videnť esse diuersę fm formã, & definitionẽ, sint vnum: & vt hoc, quod vī sit falsum: & ꝙ oẽs species sint vnum fm formam, v.g. ꝙ, si vnitas existens in homine & lapide est eadẽ, necesse est vt forma hominis & lapidis sit eadem. & similiter in vnitatibus. & sic hoc nomen vnum non dicetur æquiuoce, nec multipliciter, sed vniuoce. D. d. & hoc accidens accidit Pythagoricis, &c. & d. hoc, quia Pythagorici opinantur ẽt, ꝙ numeri sunt principia entium, sed non opinabant eos esse principia fm formas, sed fm ꝙ sunt elementa entiũ. vtriq; secte contingit idem, s. vt formæ rerum, quę cõueniunt in eadem forma numerali, sint eędẽ. vnitas. n. existẽs in quantitate continua, & discreta, & lapidibus, & animalibus, & cœlis facit omnia ista esse eiusdem naturæ. & sic non erit illic differentia inter entia. Et hoc intendebat, cùm d. & quod est possibile vt istud sit forma omniũ, & vt alia non sint forma, idest, & secundum hoc contingit vt numerus sit forma omnium rerum, & vt alia, quæ dicimus esse formas, non sunt formæ omnino. & secundum hoc omnia erunt numerus, & nihil erit hic extra naturam numeri.

B

C

D

Si vnitas exĩs ī homine & lapide sit eadẽ, necesse ẽ vt formã

E

hominis & lapidis sit eadem.

F

Quòd itaq; habent aliquã dubitationem ea, quæ circa definitiões sũt, et quã ob cãm dictũ est. Quare cũcta ita reducere, &

auferre

G auferre materiã, superuacaneũ est. quædam nanq; fortasse hoc in hoc sunt, aut sic hæc habẽtia. Et comparatio de aĩali, quã iunior Socr. dicere solebat, non bene se habet. abducit. n. â vero, & opinari facit, tanquam cõtingeret hoiem sine partibus eẽ quẽadmodum absq; ære circulum. Hoc aũt non est siẽ. etenim sensibile quiddam fortasse aĩal ẽ, & absq; motu definire non est. quare neq; sine partibus quodã modo se habentibus. non. n. omnino pars hois est manus, sed illa, quæ potest opus perficere. q̃re animata existens, non anima ta vero non est pars. Circa Mathematica vero, cur ratiões nõ sunt partes rationum? vt circuli ipsi semicirculi: hæc. n. nõ sũt sensibilia. An nihil refert. erit nã que quorundam ẽt non sensibilium materia, & oĩs, quod non ẽ quid erat esse. circuli itaq; vniuersalis quidem non erunt, singularium vero erunt hę partes, vt prius dictum est. est etenim materia, quędam sensibilis, quędam intelligibilis. Manifestum autem est q̃ aĩa quidem substãtia prima, corp9 vero materia. homo vero vel aĩal, qđ ex ambobus, vt vlẽ. Socr. vero, & Coriscus, si aĩa quidem, duplex. hi enim vt animam dicent, illi autem vt ipsum totum. Quòd si simplr aĩa hæc, & hoc corpus, quemadmodũ vlẽ, ẽt & singulare. Vtrum autem p̃ter materiã huiusce modi substantiarum sit aliqua alia, & oporteat quærere substantiam eorum aliquã alĩã, vtputa numeros, aut aliquid tale, posterius consyderandũ est. Huius. n. gratia & de sensibilib9 substantijs definire tentamus, qũ quidem quodam modo Naturalis & secundæ philosophiæ op9 est, ea, q̃ circa sensibiles substantias, speculatio est. non. n. solum de materia Naturalẽ cognoscere oportet, sed etiam de ea, q̃ secundum rationem, & magis.

Non oĩno ps hois é

H man9. sed q̃ põt op9 perficere.

I Idẽ supra te. 31 & 4. Met. 15.

K

Nũq non sõlũ hoc cõmune oportet de ea, cuius ẽ, & ea, quæ ẽ. sed etiã de ea, cuius ẽ. 2. de aĩa. 16. 2. de aĩa. 31. & 32.

L Post additã cap.

Dictum est igitur, quòd in definitionibus est dubitatio, & quod est hoc, quia omnia non sunt eiusdem dubitationis, & quia materia est materia totius. Rectum est igitur, vt quoddam sit tale in hoc, sicut hoc in hoc, aut sicut oportet vt sint illa, quæ sunt semper. Et iõ ideæ, quas Socrates † minor est assuetus dicere in animalibus nõ est bonum. procedit enim a veritate, & existimatur quasi esset possibile vt homo sit sine alio, sicut circulus sine cupro. Et hoc nõ est simile. rectũ est. n. vt animal sit aliquod habens sensum, & non est sine motu: & ideo non est sine partibus, et sunt quodã modo, manus enim non est pars hominis oĩ modo, sed quando potest complere actionem. cum igitur fuerit animata, & cum nõ est, non est pars. In Mathematicis vero, quare non sunt definitiones partium definitionum, vt semicirculorum?

† a.l.noe9.

M

A *culorum? quia ista sunt insensibilia. Aut in hoc non est differentia. ergo erit materia etiam quibusdam rebus non sensibilibus, & cuiuslibet, quod non est quid est per essentiam. circuli vero vniuersalis non erunt partes, particularium autem erunt istæ partes, sicut dictum fuit prius. materia enim alia sensibilis, alia intelligibilis. Manifestum est igitur, quod anima est prima substantia,*

B *corpus vero materia. homo autem et animal, aut illud quod ex vtroque, sicut totale. Socrates vero, & Remus, si fuerit & corpus et anima, est dupliciter. quidam enim est sicut anima, & quidam sicut totum et congregatum. Et, si fuerit modo simplici, tunc ista anima, & illud corpus erit sicut vniuersale, & particulare. Si autem aliqua substantia fuerit sine materia, aut inueniuntur substan-*

C *tiæ aliæ a sensibilibus, perscrutandum est postea. Quoniam propter hoc nitimur distinguere suas definitiones in substantijs sensibilibus etiam. quoniã quodam modo Naturalis, & Secundæ Philosophiæ est consyderatio de substantijs. oportet enim Naturalem, vt non solummodo habeat cognitionem materiæ, sed cognitionem eius, quod est per definitionem, & magis.*

Dictũ est igitur, q̃ in definitionibus est quæstio: & dictum est in solutione istius quęstionis, q̃ solutio eius est p hoc, q̃ definitiones rerum non sunt, sicut dicẽtes formas opinabantur. D.d. & quia materia est materia totius, &c. i. &, quia materia manifestum est q̃ non potest esse extra formã, manifestum est q̃ formæ naturales, aut plures, aut omnes nõ sunt extra materiam. D. dicit: & ideo ideæ, quas Socrates * minor est assuetus, &c. i. cum declaratum sit, q̃ impossibile est formam esse sine materia, cum sit impossibile materiam esse sine forma, E ergo illud, qđ opinat Socrates minor, & est Plato, s. animal abstractũ esse, & hominem separatum eẽ, est falsum, & extra rationem. q̃m, si ita esset, tunc possibile esset hominem esse ante hominem. & hoc intendebat cum d. sine alio. Et d. hoc. q̃m, si esset possibile hominem esse separatum, tunc possibile esset hominem esse sine corpore: quod est impossibile. & ideo dixit, sicut circulus sine cupro. i. sermo Socratis facit imaginari, q̃ in definitione hoĩs nõ est necesse vt appareat materia homi-

F nis. quemadmodum non est necesse vt materia circuli appareat ĩ definitiõe circuli, vt cuprum & lapis. Et d. hoc quia illud, quod separatur sermone existimatur separari sm esse. illud autem qđ non separatur sermone, quanto magis non separatur in esse. & ideo sermo obuiauit vero in hac opinione. D.d. Et hoc non est simile. i. & res naturales in hoc sunt econuerso mathematicis. quiditates. n. naturaliũ non p̃nt ĩtelligi sine motu, & sensu, sicut p̃nt intelligi q̃ditates mathematicorũ.

D

39

* a.l.noe9.

Illud. q̃ se parat' sermone. existimat' separari secundũ es.

D.d.

G D.d. & ideo nō est sine partibus, i. & oportet hanc cām cogentē vt forma aīalis sit in materia: impossē est enim vt aīal sit sine eo, quod habet partes materiales. D.d. & sunt quodammodo, &c.i. & partes, cùm separant a sensu, sunt alio modo ab eo, quo sunt, qñ habēt sensum. v.g. qñ manus nō est pars hoīs, nisi qn agit actionē manus. D.d cùm igit fuerit animata, &c i. & manus, v.g. qñ fuerit aīata, erit pars animalis: &, qñ non fuerit animata, non erit pars illius. Et cùm d. ꝙ ista naturalia habens partes p quantitatē, quia non H intelliguntur sine materijs, & mathematica intelliguntur sine mā sensibili, existimat, ꝙ sequitur ex hoc, ꝙ mathematica ēt non habeāt partes posteriores definitiōe totius. sed, qa habēt tales partes, accidit qō in hoc, & ipse vult declarare hoc. Et d. In Mathematicis vero, quare nō sunt defiōnes partiū definitionum, vt semicirculi partes circulorū? quia ista sunt insensibilia. i. pōt enim aliquis dicere dubitādo: qñ defiōnes omnium partiū nō sunt ante definitionem totius, quia illa, q̄ sunt talia, habent materias sensibiles, quare igit I in Mathematicis non sunt defiōnes partiū ante definitionē totius, vt definitio semicirculorū? qñ ista non habēt materias sensibiles. D.d. Aut in hoc non est dfia, &c.i. & responsio in hoc est dicere, ꝙ ista etiam habent materiā. sicut illa. & ꝙ in hoc non differunt, sed quædam habent materiam sensibilem, s. naturalia, & quædam intelligibilē, sicut mathematica, sicut dictum est. D.d. & cuiuslibet, &c.i. & vtriusq; modorum duarum partiū, s. quæ sunt fm quantitatē in duobus generibus, s. mathematico, & naturali, nō habēt definitionē. & hoc intendebat, cùm d. illud, quod non est quid est p essentiam. K

Quidditas nā les non possunt intelligi sine motu & sensu. Idē supra. 37. & quę ibi.

D.d. circuli vero, &c.i. qñ partes, q̄ sunt ante mām, quę sunt posteriores in defiōne à definitione totius, nō inueniunt in specie intelligibili de circulo, sed inueniunt in particularibus, s. in indiuiduis imaginatis, sicut est dispō in rebus naturalibus. D.d. mā enim alia sensibilis, alia intelligibilis. i. vtraq; enim nō indiuiduat, nisi quia est in mā. Et ideo d. post. Manifestū est igit, ꝙ aīa, &c.i. & ideo hoc est manifestū in animalibus, s. formā existere in mā. manifestū est enim p se, ꝙ aīa in animali est prima forma, & ꝙ corpus ē mā. L

D.d. homo autem, & animal, &c. idest, homo autem & animal est totum congregatū ex aīa, & corpore. D.d. Socrates, &c. i. nomina autem indiuiduorum qñ significant corpus & animā, substantiā significant duplicem, s. animam & corpus. D.d. Et, si fuerit modo simplici. i. sicut significat totū congregatū ex partib⁹ per se, & partes ēt per se. i. cùm significat partes indiuidui significatiōe intentionis simplicis non cōpositæ ante istā animā & istud corp⁹, sicut M significat congregatū & demōstratum, v.g. istud aīal, & istū hoīem.

D.d. sicut vlē, & particulare. i. & significat vtrunq; istorum duorum modorū simplicium significatione vlis, s. speciei, & significatione particularis. & sic congregatum habet duas significationes, s. significationē indiuidualem, verbi gratia Socratē & istum hominem, & significationem vniuersalem, v.g. hominem. Et intēdebat, ꝙ est ens eiusdem speciei, s. ꝙ esse totius est esse partium.

Et,

A Et, cū declarauit, ꝙ oēs istæ substantiæ sunt in materijs: & ideo definitiones quarundā partiū sunt posteriores definitione totius, & partes earū, quæ sunt p quantitatem, non habēt definitiones, cùm nō sint priores toto prioritate definitionis, sed

Idē supra comm. 15. prioritate materiæ ad formā, d. Si aūt aliqua substātia fuerit sine materia, &c.i. & qd apparet ex hoc sermone est, s. ꝙ substātia, quā significat definitio, est in mā. Vtrum aūt sit hic aliqua substātia sine mā, sīlis istis substātijs, quæ sunt in materijs: aut vtrū inueniunt in istis substan- B tiæ, q̄ sunt aliæ ab istis substātijs sensibilibus, vt dicimus de numeris, perscrutandū est postea. D.d. Qñ propter hoc nitimur distinguere has defiōnes in substantijs sensibilibus etiā. i. nos enim nō pscrutati sumus de substātijs sensibilib⁹, neq; distinxim⁹ modos earū hac distinctione, nisi quia intendimus perscrutari de substātia insensibili. & pp hoc, quod dixit, Philosophus prim⁹ nō considerat de substantijs sensibilibus, fm ꝙ sunt sensibiles, sed fm ꝙ sunt substantiæ: Naturalis vero fm ꝙ sunt C substantiæ sensibiles. Et ideo d. qñ quodammodo perscrutatio de substantijs sensibilibus, & consyderatio de eis ē Philosophiæ Naturalis, quæ est secūda, i. ꝙ Philosophia Naturalis nō perscrutat de substantia secundum ꝙ est substantia, sicut facit ista ars, sed perscrutat de substantia fm ꝙ est sensibilis. & d. ipsam esse secundam ī respectu primę Philosophię, quæ dicitur Metaphysica, non fm ordinem doctrinæ, sed esse. D.d. oportet enim Naturalē vt nō solūmodo habeat cognitionē materiæ, sed cognitionem eius, quod est per definitionem, & magis istam, idest D Naturalis enim non debet perscrutari de substantia, quæ est materia, quia materia est propria entibus naturalibus, sed & de substantia, quæ est forma, sed tñ ad terminū notū. & ꝙ perscrutat de hac substātia magis q̄ de substantia, q̄ est per materiā. & hoc declaratū est in 2. Physi. 11. & 26.

In definitionibus vero, quomodo partes, quæ in rōne sunt, & cur vna ratio definitio (patet etenim ꝙ res vna: res autem aliquo vna, partes habens) posteā consyderādum est. Quid igitur E est quod quid erat esse, & quomodo ipsum per seipsum, vīr de omni dictum est. & cur quorundam ratio ipsius quid erat ēē habet definiri partes, quorundam non, & ꝙ in rōne quidem substantiæ, q̄ ita partes sunt vt materia, nō inerunt. nō. n. sunt illi⁹ substātiæ partes, sed totius. hui⁹ vero est quodā modo rō, & non est. cū materia nanq̄ non est: indefinitū etenim. secundū primā aūt substantiam est, vt hominis aīę rō. substātia enim est forma, F q̄ ineſt: ex qua & materia, tota dr substātia: vt cōcauitas. ex hac enim & naso, sim⁹ nasus, & similitas ē. bis nāq; in his inerit nasus.

Et cùm partes, quæ sunt in sermone, sunt quoquo modo partes definitionum et iam, & definitio est vnus sermo, quia res ista est vna, & hoc manifestum est, quoniā vero res quoquo modo est vna, & habet partes, perscrutandum est post.

Dictū

G *Dictum est igitur, quid est esse per essentiam & quomodo est per essentiã, & quomodo est per se, quoniam est vniuersale de omni. & quare in quibusdã rebus sermo, qui est quid est per essentiam, & in eo sunt partes definiti, & in quibusdam non. & quòd partes, quæ sunt per materiã, nõ sunt in definitione substantiæ. quoniã illa substantia non habet partes, sed partes sunt substantiæ congregatæ. & ista ẽt*
H *habet quoquo modo definitionem, & non habet etiam. quoniã, cùm fuerit cum materia, non habebit: quia nõ est definitum per primam substantiã, vt sermo animæ hominis. substantia enim est forma, quæ est in eo. & ex eo etiam dicitur cõgregatio materiæ, & substantiæ etiam: vt concauitas. quoniam ex ea, & ex naso est simus, & similitas. & nasus bis est in istis.*

40 Et, cùm sit declaratum, ꝙ partes
I substantiæ quoquo modo sunt partes definitionũ, & definitio hẽt vnũ sermonem, quia res definita est vna essentialr. & post dicemus quòd definitio est vna, & habet partes. Et dixit, quoquomodo, quia definitio est vnũ cum definito fm prędicationẽ: non quia ipsa definitio, quæ est forma, est ipsum definitũ, quod est habens formam. Et, cùm peruenit ad hunc locũ, fecit rememorationẽ de declaratis, & d. Dictũ est igitur, &c. ideſt declaratũ est igit, quid est substantia, quæ est quiditas rei, & quomodo ista substantia est prædicabilis de illo, quod est substantia ꝑ se, & ꝙ hoc est ei fm ꝙ est vlis. Et declaratum est ẽt, quare in quibusdã definitiuouibus oẽs partes sunt partes definiti, & quibusdã definitionibus non oẽs partes sunt partes definitionum, sed ipsius definiti. D.d. & ꝙ partes, quæ sunt ꝑ materiã, nõ sunt in sermone substantiæ, &c.i. & declaratum est ẽt, ꝙ partes rei, quæ sunt ꝑ materiam, & sunt illæ, quæ sunt ꝑ quantitatem, non accipiunt in definitione substantiæ, quæ est forma. qm̃ ista substantia nõ habet partes quãtitatiuas, sed istæ partes sunt substantiæ cõgregatæ ex mã & forma, & est res demonstrata. & intendit sicut partes circuli, & ptes recti. D.d. & ista ẽt habet quoquo modo definitionẽ, &c.i. declaratum est, ꝙ substantia, quæ est forma, habet definitionẽ quoquo modo. & ponatur ꝛp sam esse verã definitionem: qm̃ in definitione istius substantiæ appareret aliud, & est subiectũ: vera autem definitio, in qua non apparet aliud, non est hmõi definitorũ. D.d. causam in hoc. & d. qm̃, cùm fuerit cum materia, &c.i. causa enim in hoc est, qm̃ res, quæ sunt in illis, nõ sunt definitæ ꝑ definitiones primarũ substantiarum, quæ non sunt in alijs. *anima enim quia ẽ existẽs in alio, nõ habet perfectam definitionem.

D.d. substãtia enim est forma, &c. ideſt qm̃ hæc substantia, quę est forma in talibus reb⁹, & ex illo, in quo est, ſ materia, erit definitio congregati ex eis. vt simitas, quæ definitur per concauitatẽ, quæ est in hac definitione, quasi forma, & subiecto cõcauitatis, quod est nasus. & ideo accidit in talibus definitionibus dicere

materiã

Definitio est vnũ cũ definito secũdum prędicationem: non qa defiõ, ꝙ est forma, est ipsm definitũ, qđ est habens formã. Idẽ supra cõ. 21. 34. & 36.

A materiã bis, necesse est enim vt definitio congregati componatur ex duabus definitionibus duarum partium, ex quo sequitur materiam dici bis, vt declaratum est in principio istius tractatus.

In tota vero substantia, vt naso simo, aut Callia, inest ẽt materia. Et quod qd erat esse & vnũ quodq; in quibusdam quidem idẽ est, vt in primis substantijs: vt puta curuitas & curuitati eẽ, si prima est. dico aũt primam, q̃ non dr̃, eò ꝙ aliud in alio sit, &
B subiecto, vt materia. Quæcũq; vero vt materia, vel vt simul cũ materia sumpta sunt, non idem: nec ꝙ fm accidens vnum, vt Socrates & musicum. hæc. n. fm accidens eadem sunt.

In substantia vero congregata, vt naso simo, aut Callia, non est materia. Et quod illud, quod est per essentiam, & simplicia in quibusdam sunt rebus, quæ sunt eædẽ, sicut sunt in prima substantia, vt
C *reflexio & essentia reflexionis, si fuerit primum. & dico primum illud, per quod non dicitur aliud esse in alio, vt in subiecto. Omnia uero, quæ sunt sicut materia, aut sicut congregata ex materia, non sunt idem, neq; sunt vnum per accidẽs, vt Socrates, & musicus. quoniam omnia ista sunt per accidens.*

41 Dicit, composita vero ex materia & forma in actu, vt congregatũ ex naso & cõcauitate, qđ dr̃ simitas, substantia, quæ est ex eis tanquam forma, non prædicatur de materia D fm modũ fm quem quiditas rei est ipsa res in prædicatione, & sunt res existentes per se. D. exposuit hoc, & d. & simplicia in quibusdam rebus, &c.i. & res determinatæ in quibusdam vero quiditates sunt ipsæ. i. quiditates earum declarant suas essentias secũdũ quid: & sunt illa, de quibus dr̃, ꝙ prædicatum est substantia subiecti, vt inuenitur in primis substantijs: v.g. reflexio, & quiditas reflexionis. sed quia reflexio non est prima substantia in rei veritate, qa est in alio, sed tñ qñ intellectus abstrahit eam à subiecto, tunc ita ha- E bet se ad quiditatẽ, sicut primę substantiæ ad suas quiditates, d. si fuerit primum. D exposuit primum, & d. & dico primum, &c.i. & intelligo ꝑ primam substantiam illud, qđ non dr̃ in subiecto: & ista sunt vniuersalia substantiarum, vt dictum est in Prædicamentis. D.d. Omnia vero, quæ sunt sicut materia, &c.i. composita vero ex materia & forma ẽt sunt illa, quæ inueniuntur in alijs essentialiter: licet quiditates eorũ non declarent essentias eorum, fm ꝙ quiditates primarum substãtiarum declarant essentias earum: qm̃ cõgre- F gatum ex duabus partibus in eis nõ est vnum per accidẽs, sicut est dispositio in rebus, quæ sunt vnum ꝑ accidens. ver. g. homo musicus, & homo albus. Et intendit, ꝙ differentia inter hominem & musicum & nasum cõcauum, quod dr̃ simitas, est, quia nasus simus est vnum essentialiter, & concauitas est inseparabilis ab eo. homo autem albus non est ita: quoniam albedo non est inseparabilis ab eo. & ideo homo alb⁹ est vnum per accidens. Et intendit, ꝙ

G nasus diuidit in concauũ, & non cõcauum, fm ꝙ genus diuidit in suas dñias essentiales: & hõ non diuidit album & non albũ, nisi p accñs. albedo.n. inuenit in pluribus spẽb⁹ alijs ab hoĩe & dñiæ nasorum, in quibus differunt, non inueniũtur nisi in figuris & ideo non est remotũ, vt aliquid in prædicamento qualitatis accipiat in definitione eius, quod est in prædicamento substãtiæ. & Aris. perſcrutabit de hoc i tract. sequẽti.

Non ẽ remotũ vt aliquid in ꝑdicamẽto qualitatis accipiatur in definitiõe eius, qđ ẽ in ꝑdicamẽto substãtiæ. vide idẽ 8. Met. t. c. 5. & 4. cœl. 6. & 26. & 8. ph. 32. & 1 de Aia. 2. & 5. Phys. com. 10.

Quo pacto ex definitionis partibus vnum fiat. Vbi de definitionibus secundũ diuisionem multa. Cap. 14.

H Vnc autem primo dicamus quatenus in Analyticis de definitione non est dictum. dubitatio nanq; q̃ in illis dicta est, proderit sermonibus de substantia. Dico autẽ hanc dubitationem, quare vnũ est definitum, cuius rõnem definitionem esse dicimus. vt hoĩs aĩal bipes (sit nanq; eius rõ) cur igitur hoc vnum est, non autem multa, animal & bipes? Homo enim & album multa quidem sunt, cùm non insit alterũ alteri.

I vnum vero cùm insit, & subiectum, vt homo, aliquid passum fuerit. tunc. n. albus homo vnũ fit, & est. hic vero non est alterũ alterius particeps. gen⁹ etenim non vĩ particeps esse differẽtiarum. simul nanq; contrariorum idẽ participaret. differentiæ nãque contrariæ, quibus gen⁹ differt. Quòd si ẽt participat, eadẽ rõ est, si dñiæ quidẽ plures sunt: vt pedestre, bipes, ĩplume. Cur enim vnum, sed nõ multa sunt hæc? non. n. quia insunt: sic. n. ex omnibus erit vnũ. oportet autẽ vnum esse, quæcunq; in definitione sunt. definitio nanq; ratio quædam vna, & substantia est. quare vnius cuiuspiam oportet ipsam esse rationem. etenim substantia vnũ quiddam & quod quid, vt dicimus, significat.

Genus nõ vt ꝑticeps ẽ dñiarũ.

Dicamus igitur nunc primo de definitione, cùm non sit dictum in analyticis. quæstio enĩ difficilis dicta in illis præcedit sermonem de substantia. Et dico hanc quæstionem, qua de causa est vnum illud, de quo dicimus quòd sermo eius est definitio. vt sermo hominis animal bipes (& sit hic sermo eius) quare est vnum, & nõ multa, scilicet animal, & bipes. In homine vero & albo est multum. quoniam alterũ non est reliquum. vnum vero cum inest, & cùm subiectum fuerit homo. tunc. n. fit vnum, & est album homo. hic autem alteram non est in reliquo. genus. n. nõ existimatur congregare differentias. & si non, tunc idem congregaret contraria insimul, differentiæ enim, in quibus genus diuiditur, sunt cõtrariæ. Et ẽt, si vnus sermo congregat differentias, & differentiæ sunt multæ, v. g. ambulans, bipes, nõ pennatum, quo ista sunt vnum, & non plura? Non. n. sunt vnum, quia sũt in vno. quoniam secũdum hoc erit

vnum ex omnibus rebus. & oportet vt sint vnum omnia, quæ sunt vnum numero. quoniam definitio est vnus sermo de substantia: ergo debet esse sermo vnus. substantia enim est vna, & significat rem, sicut diximus.

42 Dicit: Dicamus igitur nũc de definitione, quare significat vnum, & hẽt partes. hoc. n. nõ fuit dictũ i Posteriorib⁹ analyticis. qm̃ illic posuit hanc positionem, & non dedit cãm. Considerare enim de definitionibus est commune Logico & Philosopho: sed duobus modis diuersis. Logicus. n. considerat de definitionibus, fm ꝙ est instrumentum, qđ inducit intellm ad intelligere quiditates rerum: Philosophus autem, secundum ꝙ significat naturas rerũ. & ideo dare causas de hoc magis est proprium huic scientiæ. causa enim in hoc est, qm̃ vltima differentia data in definitionibus est differentiæ, q̃ continet formam, per quã ens est vnum in actu, & ens in actu. differẽtiæ. n. quæ sunt ante vltimam differentiam, sunt existentes in definito potentia. & ideo definitum nõ multiplicatur ꝑ multiplicationẽ partiũ definitionis. Et cùm dixit, ꝙ intentio eius nunc est loqui de definitione, & dicere qõnem, quam dimisit in Analyticis, dixit: quæstio. n. difficilis, &c. i. ista enim quæstio debet precedere sermonem de substantia. ista. n. quæstio est de quæstionibus, super quas fundatur scientia de quiditate substantiæ. D. induxit quæstionem, & dixit: Et dico hanc quæstionem, &c. i. & quæstio est, quare dicimus vnum in re, de qua dicim⁹, ꝙ sermo, qui significat illam, est definitio. v. g. cùm dicim⁹ ꝙ homo est animal bipes. D. d. & sit hic sermo ei⁹. i. & cum definitio hominis, v. g. est animal bipes, sit quæstio, quomodo dicimus ꝙ homo est vnũ, & non plura, cùm accepimus in definitione plura, s. animal & bipes. D. d. In homine vero & albo, &c. i. dicere vero homo albus non significat vnũ: qm̃ alterum istorũ non est reliquũ essentialiter. & ideo homo & albedo non sunt idem nisi per accidens. D. d. & cum subiectũ fuerit homo, &c. i. & homo albus est vnum: quia subiectũ albedinis accidit ei ꝙ fuit vnum. & ideo est vnum per accñs. D. d. hic aũt, &c. i. & intendit, ꝙ bipes non est in aĩali, sicut album in hoĩe: nec dẽfinitio dr̃ esse vna hoc modo. D. d. cãm in hoc & d. genus enim non existimat, &c. i. vna. n. species, aut genus non existimat ꝙ i eo inueniant dñiæ contrariæ, sicut inueniuntur albedo & nigredo in hoĩe. Deinde d. Et etiã, si vnus sermo cõgregat differentias, &c. i. & etiã q̃ret aliquis, & dicet, si vnus sermo, q̃ est definitio, quæ congregat multas differentias, v. g. animatum, ambulans, bipes, quæ existunt in definitione hominis, q̃o igit̃ dr̃ in istis, ꝙ sunt vnum, & non multa? D. d. Non enĩ sunt vnum, quia sunt in vno. i. istæ enim differentiæ non dr̃ per accñs esse vnum, s. quia sunt in vno, sed essentialiter. qm̃, si concesserimus, ꝙ omnia, quę sunt in vno, sunt vnum essentialiter, contingeret, quòd tot⁹ mundus esset vnum essentialiter. omnia enim sunt in cœlo, quod est vnum. Deinde dicit: & oportet vt sint vnum, & cętera, ideſt & oportet vt illa, q̃ sunt vnum ꝑ definitionẽ,

Si oña, q̃ sũt in vno, sũt vnũ essentialiter, totus mũdus esset vnũ essentialiter

G sint vnū numero: quia definitio est sermo vnus, qui signat substam vnā. oē.n qđ signat definitio, est vna substantia: ergo necesse est vt definitio sit sermo vnius, quia signat īre vnā substam. Et d. hoc, quia iā p̄dixit quō definitio est multa, & est vnius: & ipse d. econtrario, s. q̄ vna est res, qa hēt vnā definitionem, ad declarandum ex hoc, q̄ definitio est vna.

Oportet autem primo consyderare de his, q̄ fm diuisiones sunt, definitionibus. Nihil.n. aliud in definitione est, nisi quod
H primū dr̄, genus, dr̄iq̄, cætera vero genera sunt, & ipsum primū, & post hoc, q̄ comprehendunt dr̄iæ. vtputa ipsum primū, est aīal: consequēs vero, aīal bipes, & rursus aīal bipes implume. Si mil̄r ēt si per plura dicatur. & oī no nihil differt per multa, an p pauca dicat. neq; vtiq; per pauciora q̄ duo. duorum vero hoc quidem genus, hoc vero differē tia. vtputa huius aīal bipes, animal quidem genus, differentia vero alterum. Si igit genus simpliciter non est præter eas, quæ
I vt generis species sunt, aut si est quidem, sed tanquā materia est (vox nāq; genus & materia, differentiæ autem spēs & elemēta quoq; ex hac faciunt) manifestū est q̄ definitio est ex differētiis ratio. At vero oportet etiam diuidi differentia differentiam. vt puta aīalis dr̄ia est pedes habere, rursus aīalis pedes habentis dr̄iam scire oportet, aput pedes hēt. quare non est dicēdū pedes habentis aliud plumiferū, aliud K implume, si bene dicat (verū qa non pōt, faciet hoc) sed si aliud fissos, aliud nō fissos pedes hūs, hæ.n. pedis dr̄iæ sunt. fissio nanque pedū aliqua peditas est. & sic sp procedi vult, donec ad indifferentia deueniat. tum āt tot pedis spēs erunt, quot differentiæ, & pedes habentia aīalia æq̄lia differentiis. Si igit hęc ita se habeant, manifestum est q̄ vltima dr̄ia, rei substantia erit, & definitio. siquidem nō oportet cre
bro eadem in definitionib⁹ dice L re: superfluum nāq; est. Accidit aūt hoc. cum.n. aīal pedes hūs, bipes dicat, nihil aliud dixit, ni si aīal pedes habens, duos pedes habēs, & si hoc propria diuisione diuidat, crebro & æqualiter, ac dr̄ias dicet. Si igit dr̄iæ differentia fiat, vna, q̄ vltima est, erit spēs & substantia. Si aūt fm accidens, vt si diuidat habētis pedes, aliud album, aliud nigrum, tot quot sunt sectiones. Quare M manifestū est q̄ definitio est rō, q̄ ex differētiis est, & ex harum vltima secundū rectū. Patet aūt hoc, siquis transponat tales diffinitiones, vtputa hoīs, dicēs aīal bipes, habens pedes. superfluū enim est habens pedes, dicto bipede. ordo vero nō est in substātia. quo nanq; modo intelligere oportet, hoc quidē prius, illud vero posterius: De his igit diffinitionibus, quæ fm diuisiones fiunt, quales quędam sunt, hactenus dicta sint.

Sed

A Sed per scrutādum primo de definitionibus, quæ sunt secundum diuisionem. Nihil enim est aliud in definitiōe p̄ter genus, quod dicitur primum & differentia. alia vero sunt genera, vt primum, & differentiæ, q̄ existunt cum eo. vt primum animal, quod recipit animal bipes, & etiam animal bipes, non pennatum. Et similiter etiam est, si dicitur per plura. & vniuersaliter non est diuersitas, siue dicatur
B per multa, siue per pauca. ergo non est diuersitas inter illa, quæ dicuntur per pauca, aut illa, quæ dicuntur per duo, cum dicuntur per duo. genus vero sicut est illud, quod est animal, & animal est genus, & illud differentia albedo & nigredo. Aut non erit genus modo simplici aliud à forma, quæ est sicut forma generis, aut æris, hoc ē sicut
C materia. sonus aūt est genus et materia, differentiæ autē faciunt sormas & literas ex sono. manifestū est igitur, quòd definitio est sermo ex differentijs. Sed oportet diuidere differentias differentiæ. & oportet diuidere animal habens pedes secundum quòd est bipes, & non oportet dicere quòd bipes quoddā est pennatum, & quoddam non pennatum, si intendit bonus sermo (quoniam hæc non sunt nisi in non posse diuisionis) & oportet vt diuisio bipedis sit talis, bipedis, aliud D est scissorum pedum, & aliud nō scissorum. istæ.n. sunt differentiæ pedum. quoniam scissura pedū est aliqua dispositio propria. & sic procedatur semper, donec perueniatur ad diuersa. tunc igitur erit diuisio pedis secundum differentiarū numerum, & erunt animalia bipedia æqualia numero differentijs. Ergo manifestum est, quòd ultima differentia erit substantia solius rei. & nō oportet dicere hos sermones in definitionibus multotiens: E quoniam hoc est superfluum ī operatione. Et hoc accidit. quoniā cum dicitur, animal bipes, de quo prædicātur duo pedes, nullus dicitur animal præter animal habēs duos pedes. & si diuisit diuisione propria, tunc dicet multotiens secundū numerum differentiarum. Et, si fuerit differentia differentiæ, tunc vltimum additū erit forma, & substantia. Et, si diuiserit per accidēs, verbi gratia, si bipes quoddam ē F album, & quoddam nigrum, tūc erit secundum numerum diuisionum. Cum ergo declaratum est, quòd definitio est sermo, qui est ex differentijs, & ex suis partibus etiam, tunc erit manifestum quòd si aliquis mutauerit definitiones tales, vt est definitio hominis, & dixerit ipsum esse animal bipes, de quo prædicātur duo pedes, quòd hoc verbum, de quo prædicantur

G *duo pedes, est superfluum. cum enim dicetur bipes, non erit ordo in substantia. quoniam, quomodo est intelligendum, quòd quædam est ante, & quædam postè iste igitur sermo primus est in definitionibus, quæ sunt secūdum diuisionē.*

43 Cùm quæsiuit quomodo definitio est vna & habet multas partes, & quomodo definitum est vnum, & definitio hēt multas partes, vult ponere principium perscrutationis de hoc a definitionibus, quæ sunt sm
H diuisionem, vt ei appareat solutio quæstionis. Et d. Sed perscrutandū primo, &c.i sed primo perscrutandum est de definitionibus, quæ fiūt per veram diuisionem. Apparet. n. ex definitionibus, quæ sunt per veram diuisionem, q̄ non continent nisi duo, s. genus propinquū, & differentiam essentialem illi generi. & vocat gen⁹ propinquum primum: quia in definitione ponitur primū. Deinde d. alia vero, &c i. illa autem quæ sunt post primum genus, s. genera, & differentiæ illorum generum, sunt in suo esse de natura ei⁹,
I quod significat primum genus præter differentiam æqualem definito.

Deinde dicit: vt primum animal, quod recipit, &c.i. vt animal, quod primo diuiditur in animal bipes & multipes: deinde bipes diuiditur in pennatum & non pennatum. omnia enim ista sunt tanquam genus. Deinde d. Et similiter etiam est, si dicitur per plura. i. & similiter contingit in definitionibus, quæ continent differentias multas, quoniam non est differentia inter multitudinem differentiarum in hoc, & paucitatem in hoc, quòd sunt quasi genus. & hoc intendebat, cùm d. & vtique non est diuersitas, &c. i. & diuersitas non est inter definitiones in hoc, q̄ sunt quasi primum genus. & secundum hoc definitiones erunt compositæ necessario ex duab⁹ naturis, s. ex genere & differentia: siue sint in ea multæ differentiæ, siue genus & differentia tātum. quoniam illa, quæ sunt inter primum genus & vltimam differentiam, sunt quasi genus. & hoc intēdebat cùm dixit, aut per illa, quæ dicuntur per duo. i. & per genus & differentiam tantum. Deinde d. genus vero, &c. i. sumitur igitur, q̄ omnes definitiones componuntur ex duabus naturis, s. genere & differentia. Deinde d. post: Aut non erit genus modo simplici, &c. i. & cum sit declaratum, q̄ omnis definitio componitur ex genere & differentia, & genus cōponitur ex forma & materia, aut genus, quod dicitur simpliciter, non sit aliud à forma subiecti, formæ autem erit forma & subiectum, & quomodocunque fuerit erit simile materiæ. Et
M forte intelligit p̄ gen⁹, quod est vnū ex materia & forma. aut habet hoc nomē ex parte formæ, aut materiæ, & quomodocunq; fuerit, simile est materiæ. Et intendebat per hoc, q̄ genus in re non existit in actu sicut materia, & q̄ illud, quod est in actu, est vltima differentia: quia genera *diuersantur. quædam enim magis assimilantur formæ, & quædā magis materiæ. Deinde dedit exemplum, & d. sonus autem est genus, & materia. i. & genus, quod quodammodo est genus, & quodammodo est materia, est sonus. sonus enim quodammodo assimilatur materiæ quia

A quia est propinquius materiæ literarum: & quodammodo assimilat formæ, quæ prædicatur de literis secundum quid. * Et materia non prædicatur de re nomine principali. Deinde d. differentiæ autem, &c. i. potest intelligi, differentiæ aūt percussionum faciunt formam literarum ex sono. videtur. n. q̄ intendit hic per formas literarum syllabas p̄ latas: & per literas elementa. Et forte intendit, differentiæ autem acceptæ in definitionibus literarū, sunt illa, quæ faciunt formas literarum, & literas esse ex sono, i. faciūt eas esse ex natura soni. Et intendebat declarare modum, sm quem gen⁹ hoc est materia. Et forte differentia inter sonum in hoc, q̄ est materia literarum, & inter cuprū in hoc, q̄ est materia idoli est, quia sonus nō denudatur à forma & percutiente, s. ex aliquo simili syllabæ lōgæ & brevis. & cuprum denudatur à forma & figura omnino. & ideo cuprū est materia pura, & sonus non est materia pura literarū: sed est similis materiæ, sm q̄ recipit literas: & est sicut
C genus, sm q̄ non est extra modos sonorum. Et cùm compleuit hoc, & d. manifestum est igitur, q̄ definitio est sermo ex differentijs. i. &, cū declaratum est ex quib⁹ componūtur definitiones, manifestum est, q̄ definitio est sermo compositus ex differentijs. & non dixit, ex differentijs & genere: quia genus apud ipm est forma vniuersalis: & differentia est particularis. Et, cùm narrauit ea ex quibus componuntur definitiones, īcœpit declarare, q̄ diuisio est, quæ largit⁹ tales sermones, & d. Sed oportet diuidere dīas dfię, &c. i. sed oportet ponere diuisionē essen-

* Nō non sūdicat de re nōie principali. Vide idem supra c. 23 & q̄ ibi.

tialem, & primā generis diuisionē, s. D qua primo diuidat genus in primā dīam, & suam oppositam, deinde illam differētiā in suam primā differentiam, non vt primo dividat genus in differentiam suæ differentię, v.g. animal habēs pedes. q̄m primo debet diuidi in suas primas differentias, v.g in bipes & multipes. deinde bipes diuidatur per differentias essentiales ei, per quas diuidit⁹ prima diuisione: sicut genus diuiditur in suas primas differentias. & sic fiat sē per, donec perueniat⁹ ad illud cōgregatum ex differentijs æquale definito. D. d. & oportet, &c. i & ideo oportet vt animal habens pedes diuidat⁹ E sm q̄ est bipes, & non diuidatur in pennatum & non pennatum. & hoc intendebat, cùm d. non oportet dicere, q̄ quoddam bipes est pēnatum, & quoddam non pennatum. qui. n. hoc facit, non bene potest diuidere, sed intendit bonam diuisionem essentialē, q̄ largit⁹ definitionē essentialiter. D. narrauit q̄ diuisionū est essentialis isti differētię, & d. & oportet vt diuisio bipedis, &c. i. & intendit per scissum pede hominē: & intē dit per propriam dispositionem formam propriā. pedississum. n. est vnū F eorū, p q̄ pficit⁹ actio pedis in q̄busdam aīalibus. D d. & sic procedatur sem p. i. diuidens semp debet tenere istū modū in diuisione dīarū, donec pueniat ad illa, q̄ sūt diuersa sm individuum, s. vltimas species. Deinde dicit: tūc igitur erit diuisio pedis, &c. i. & talis diuisio est, ī qua numerus specierū bipedis est secundū numerum vltimarum differentiarum, ad quas pueniit diuidens. Deinde dicit: Ergo manifestum est, &c. i. &, cùm diuisio peruenit ad dīas,

G quarum numerus est ſm numerū ſpecierum bipedis, manifeſtum eſt, ꝙ vltima differentia eſt ex ſpecie, ꝙ eſt ſubſtantia illius ſpeciei ſolius, & ſola definitio eius & quod illud, quod eſt ante, non eſt ſubſtantia ꝓpria ei, neq; aliquid exiſtens extra animam in actu. Quoniam, cum illud, per quod inuenitur ſpecies in actu, ſit vnum, manifeſtum eſt, ꝙ illud, quod ſignificat definitio, eſt vnum, & ꝙ definitio eſt vna. quoniā in ea nō eſt aliquid in actu niſi vnū & multitudo, quę eſt in ea, eſt in potentia & cùm ita ſit, diſſoluetur quę

H ſtio. Et cùm d. ꝙ, qui diuidit hac diuiſione non dimiſit aliquid de ſubſtātia definiti, & d. ꝙ qui obuiat iſti modo non intelligit ſubſtantiā definiti, d. etiam ꝙ, ſi iterauerit eandē differentiam, errabit, ac ſi diminuerit, & d. & non oportet dicere iſtos ſermones, &c. i. & hoc eſt præceptū definitionis. Deinde induxit exemplum, in quo accidit hoc in ſuo idiomate, & dixit: Et hoc accidit, &c. i. quoniam, cum dixerimus in definitione hominis, ꝙ eſt animal bipes, de quo prædicantur duo pedes, tūc ſignificatio huiꝰ nominis bipes eſt

I ſicut ſignificatio iſtorum aliorum vocabulorum, de quo prædicantur duo pedes. & ideo d. non dicit aliud animal præter animal habens duos pedes, i. ꝙ nihil aliud d. niſi ꝙ ē animal habens duos pedes: quod eſt negatio. Deinde dicit: & ſi diuiſit diuiſione propria, &c. i. &, cùm diuidens diuiſerit rem per ſuas differentias proprias, & vſus fuerit hac additione, tunc numerus iterationis rei eiuſdem erit ſecundum numerum differentiarum, quas induxit in illa definitione. ſed taliꝫ iteratio nō vſitatur in idiomate noſtro Deinde d. K Et ſi fuerit differentia differentiæ, &c. i. neceſſe eſt, ſi diuiſerit differentiam per differentiam eſſentialem, & illam per aliam, & non iterauerit neq; diminuerit, tunc vltima differentia erit forma, & ſubſtantia illiꝰ ſpeciei definitæ, & erit vnum neceſſario. Deinde d. Et ſi diuiſerit ꝑ accidens, &c. i. & ſi diuiſerit differentiā diuiſione accidentali, v. g. bipes in album & nigrum, & iſtas differentias accidentales, & illas accidentales in accidentales, tunc iſtæ differentię eruntinfinitæ. & infinitum non latgitur ſcientiam. Deinde d. Cùm ergo declaratum eſt, &c. i. declaratum eſt ergo, ꝙ definitio eſt ſermo compoſitus ex differentijs, & ꝙ definitū eſt ens per differentiam vltimā: & hoc manifeſtum eſt vtēdo vera definitione. & hoc poſito erit manifeſtum ꝙ, ſi aliquis addiderit in definitionibus aliquam differentiā iteratam per aliam dictionem, ꝙ nugabitur: vt dicat in definitione hoīs ꝙ eſt animal bipes, de quo prædicatur duo pedes. iſta enim differentia eſt ſuperflua. Deinde dedit cauſam in hoc, & d cùm enim dicitur bipes, M &c. i. & cauſa in hoc errore eſt, quia poſuimus, ꝙ bipes nō ſignificat ſubſtantiam ſimilem ſubſtātiæ, quam ſignificat illud, de quo prædicantur duo pedes, ita ꝙ quoddam ponatur ordinatum ante quoddam: ſicut debēt poni partes definitionum, cùm iſti duo ſermones ſignificent idem. Deinde dicit: Iſte igitur ſermo primus, &c. i. hic igitur eſt primum eorum, quæ debent dici in definitionibus, quas largitur diuiſio & ſciendo naturam iſtarum diuiſionū diſſoluetur quæſtio prædicta.

Vniuer-

A *Vniuerſalia ſubſtantiæ non eſſe. Ad hoc autem dubitationem ſequi, nullius rei eſſe definitionem. Ca. 15.*

CVm autem de ſubſtantia conſyderatio ſit, rurſus reꝺeamus. Dicitur autem, ſi cuti ſubiectum ſubſtātia eſſe, & quod quid erat eſſe, & quod ex his, & vſe. De duobus itaq; dictum eſt. etenim de ipſo qd erat eſſe, & de ſubiecto, ꝙ dupliciter ſubiicitur, aut quod quid exiſtens, vt animal paſſionibꝰ: aut,

B vt materia actui.

Et cùm perſcrutatio ſit de ſubſtantia, reuertamur etiam. Quoniam quemadmodum ſubiectum dicitur eſſe ſubſtantia, & quid eſt per eſſentiam, ita & iſtud, quod ē ex eis, & totum. Et dictum eſt de duobus, dictum eſt enim, quod eſt per eſſentiam, & dictū eſt de ſubiecto. quoniam eſt ſubiectum duobus modis: aut ē hoc, ſicut animal eſt ſubiectum paſſionum: aut ſicut materia.

C 44 Cùm in hac perſcrutatione quęrat de principijs primarum ſubſtātiarum, quæ non ſunt in ſubiecto, neq; de ſubiecto, ſed compoſitarum ex materia & forma, & eſt manifeſtum materiam eſſe ſubſtantiam, incipit perſcrutari de forma, vtrū ſit ſubſtantia, aut non. & poſuit principium perſcrutationis de hoc de eis, quæ ſignificant definitiones. Cum igitur declarauit, ꝙ illa, quæ ſignificant definitiones, ſunt ſubſtantiæ rerum, & definitiones componuntur ex vltimis, ꝙ ꝓdicant de particularibus, incipit pſcrutari de vltimis, vtrū ſint ſubſtantiæ rerū aut non, ſed tm̄ ſunt ſubſtantiæ particularia, de quibus ꝓdicant illa vltia. & hoc eſt neceſſarium in declarando * ꝙ formæ in diuiduorum ſubſtātiæ ſunt ſubſtātiæ: & ꝙ in indiuiduo non eſt ſubſtantia, niſi materia & forma particularis, ex quibus componitur. Et d. Et, cùm pſcrutatio ſit de ſubſtantia, &c. i. & cùm pſcrutatio ſit de formis ſubſtantiarum, vtrum ſint ſubſtantiæ, aut non: & iā prædiximus, ꝙ ſubſtātia dꝭ famoſe quatuor modis: dꝭ. n. de ſubiecto, ꝙ eſt duobus modis, quorum vnus eſt materia, & alius congregatum ex materia & forma, & de eis, q̄ ſignificant definitiones, quæ dant quiditates rerum, & de toto. &, cùm eſt manifeſtum, ꝙ ſubiectum eſt ſubſtantia, & fuit declaratum, ꝙ quiditates rerū ſunt ſubſtantiæ aut non, dicēdum eſt de vniuerſalibus, vtrum ſint ſubſtātię, aut non. Et d. hoc, quia poſt perſcrutationem de iſtis rebus declarabit, ꝙ ſubſtantia, quam ſignificat definitio, eſt forma rerū particulariū. D. d. Et dictum eſt de duobus. & d. hoc quia in hoc tractatu eſt dictum de ſubſtantia, q̄ eſt q̄ditas, & ēt dictū ē ſubiectū eſſe ſubſtantiam. & intendit ꝙ ſubiectū paſſionū indiuiduū ſubſtantiæ, & per paſſiones accītia.

Videtur aſit etiam vſe cauſa quibuſdam eſſe maxime, ac eſſe principium ipſum vſe. quare de hoc etiam tractemus. Videt nāque impoſſe ſubſtantiam ēe qd. cunq; eorum, q̄ vſr dicuntur. Prima nanq; ſubſtantia vniuſcuiuſq;, quæ propria cuiuſq; eſt q̄ alīj nō ineſt. vſe vero cōe. hoc enim

D *In indiui duo non eſt ſubſtā, niſi mā & forma particularis, ex quibꝰ cōponit. Opoſi. 5. me. com. 9. Vide com. Zim.*

E

F

Vſe ē qd pluribꝰ natura aptū ē eſſe. idē infra te. c. 57.

G enim dr̄ vlt̄,quod pluribus natura aptum est in esse. Cui⁹ igit̄ hoc erit subst̄ãria?aut.n. oīum, aut nullius: oīum vero nō ē possibile.vni⁹ aūt si erit,cætera q̄ꝓ hoc erunt.quorum enim substã tia vna,& q̄ quid erat eē vnū, ipsa quoq; vnum sunt.

Et existimatur etiam, quòd vniuersale est causa etiam rerum, & quòd magis, quoniam vniuersalia sunt primæ causæ magis rerum.reuertamur igitur ad hoc dicẽdum.

H *Videtur.n.quòd est impossibile vt substantia alicuius sit, quæ dicuntur vniuersalia. Substantia enim prima,quæ est cuiuslibet, est propria cuiuslibet,& nõ est alterius. vniuersale autem est commune.nõ enim dicitur vniuersale,nisi illud, quod vniuersaliter est plurium rerum.Quorum igitur erit ista substantia? quoniam aut erit omnium rerum:aut si fuerit vnius rei, erũt alia illius res.illa enim,quorũ substantia est vna,* I *& quid est per essentiam,erit eus vnum,cum sit vnum per substantiam.*

45 Dixit: Et existimatur etiam, ꝓ vlt̄, &c. i. quia existimatur ꝓ vlt̄ ē causa rerum magis q̄ causæ particulares,& est prima causa causarũ particularium:& causæ substantiarum existimantur esse substantiæ:pscrutandum est,vtrum vlt̄ possit eē substantia,aut non. Et d. reuertamur igit̄,qm̄ locutus fuit in hoc,ꝓ vlia non sunt causæ agẽtes particularia, sed hic q̄rit vtrũ sint causæ formales. K D.d.Videt.n.ꝓ est impossi, &c.i.dicamusigit̄ ꝓ impossi est vt aliquid eorum,q̄ dr̄ vniuersalia, sit substãtia alicuius rei,& si declararent substantias rerum. D.d.rationem sup hoc, ꝓ vlt̄ non est pars substantiæ alicuius entium,& dixit: Substãtia enim prima,&c.i.& vniuersale non est pars substantiæ alicuius eorum, quæ sunt substantiæ existentes per se:quia substantia cuiuslibet rei demonstratæ est ei propria: vniuersale autem est cõe pluribus:ergo vniuersale non est substantia propria. D.d. Quorum igitur est ista substã tia? &c.i. & si fuerit substantia omnium rerum, erit substantia vnicuique eorum.ergo si fuerit substãtia vni.& cuiliber. D.d. causam in hoc, & dixit:illa enim,quorum substantia est vna.i. & cum oĩa indiuidua conueniunt in vna substantia numero,ergo sunt vnum numero. Et forte intendit,ꝓ oĩa erunt vnũ specie, si dixerimus hoc esse aliquem sermonem vlem continentem ipsa, quæ sit substantia eorum, v g. ens, qm̄ tunc omnia erunt vnum fm definitionem:& q̄ sunt vnum fm definitionem,sunt vnum fm speciem. M Et forte intendit vtrunq;.

Item substantia dr̄, quod nõ de subiecto. vlt̄ vero de subiecto aliquo dr̄ semper. Sed vtrũ ita quidem nõ contingit, vt q̄d quid erat esse:in ipso autem inest,vt puta aīal in hoīe,& equo. patet igitur ꝓ erit aliqua ei⁹ ratio,differt autem nihil,si nõ omnium ratio est eorũ,q̄ in substãtia sunt.etenim nihil minus hoc erit substantia alicui⁹,vt homo homi-

A hominis,i quo existit,quare iterum idem accidit.erit.n.substãtia illius substantia, vt animal speciei,in q̄ vt propriũ existit.

Et substantia non dicitur de aliquo subiecto. vniuersale autem dicitur de aliquo subiecto.Et si ita sit impossibile est, vt non sit sicut illud,quod est per essentiam, sed est in hoc ut animal in equo,& homine. ergo declaratũ est, quòd habet aliquem sermonem. & in hoc non

B *est diuersitas. & si non fuerit sermo omnium eorũ,quæ sunt in substantia etiam.& si nõ fuerit, hæc est aliqua substantia nõ minus. vt homo hominis,in quo est. ergo accidit hoc idem, vt animal,in quo est dispositio,quasi proprium.*

45 Idest, vlt̄ autem substantiale est illud, quod prædicat̄ de aliquo fm quid,& substãtia in rei veritate est illud,q̄d non prædicatur de aliquo oĩno. & cùm ita sit,tunc vlt̄ non significat substãtiam,nisi substantiã, quam significat pars,sicut animal si C gnificat de substantia equi & hoīs, i.naturam cõem,& non propriam. D.d.ergo declaratum est,ꝓ hẽt aliquem,&c.i.ergo declaratum est, ꝓ substantia,quam significat vniuersale,habet aliquam definitionẽ: ergo definitiones,quæ componuntur ex vniuersalibus,nõ sunt partes substantiarum sensibilium. Quoniam substantiæ sensibiles non diuersantur in suis substantijs,qñ definiunt̄, & qñ non definiunt̄.s.qñ sunt substantiæ,licet non definiant̄, et minus q̄ qñ definiũtur.sicut est dispositio in visibilibus. qm̄ ipsa nõ sunt minus visibilia,quando videntur, q̄ quando non videntur. D.d. ergo accidit hoc idem, &c.i. ergo definitiones vniuersalium habebunt aliquam dispositionem substantiarũ existentium extra animam,& qualitatem accidentem eis.vt aīal,quod est vlt̄ animali proprio,s.demõstrato in vnoquoque animali.

Item impossibile, ac inconu c niens est ipsum quid & substantiam esse,si ex aliquibus non ex substantijs,nec ex ipso quid,sed ex quali. Prius nanq; non substantia,& quale erit, q̄ substantia,& quod quid:quod impossibile est.nec ratione enim, nec tẽpore, nec generatione possibile est passiones priores substantia esse.essent nanq; separabiles.

Et etiam ex rebus,quæ sunt,impossibile,& non bonum vt sit substantia,& si est ex rebus, vt non sit ex substantijs, neq; ex isto,quod F *est hoc demonstratum,sed ex qualitate.Erit.n.ex non substantia substantia,& qualitas ante substantiam:quod est impossibile.impossibile.n.est,neq; secundum definitionem,neq; secundum tempus,neque secundum generationem passiones esse ante substantiam.*

Idest,& cùm sit declaratũ, ꝓ vniuersalia intellecta sunt dispositio dispositionum substantiarũ, impossibile est vt ista sint partes substantiarum existentes per se impossibile.n. est,& turpe,si posuerimus substãtiã compo-

D Visibilia nõ sũt minus visibilia,qñ videntur, q̄ qñ non videntur. Vlia hint aliquã dispõnem dispõnũ substantiaru existentiũ extra aīa; & qualitatẽ accidentem eis.

E

Impossẽ ẽ qualitate, præcedere substãj, neq; secũdũ definitionẽ neq; secũdũ tps, neq; secũdũ generationẽ. conferre supra t. c. 4. &c.1. pla.

47 14. Vide quo hoc sit intelligendũ ꝓ nõ ex substantia orbis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G compositam, vt non sit composita ex substãtijs, sed ex qualitatibus. D. d. impossibile, quod sequit' ex hoc, & dixit: Erit.n. ex nõ substãtia, &c. i. contingunt.n. huic positioni multa impossibilia, s. ꝙ substantia sit ex non substantia: & vt qualitas præcedat substantiam: quod est impossibile. impossibile.n. est qualitatem p̃cedere substantiam, neq; sm definitionem, neq; sm tẽpus, neq; sm generationem: & vniuersaliter impossibile est vt passiones existentes in substantia precedant substantiã.

H Item Socrati substãtiæ inerit substãtia: quare duobus erit substantia. Et omnino, si homo, & quęcunq; ita dicunt, substantia est, accidit nihil eorũ, quę in ratione sunt, alicuius substãtia eẽ, nec sine ipsis existere, nec ĩ alio. dico aũt vt puta nõ esse aliquid animal p̃ter aliqua, nec vllum aliud eorũ, quę in rõne sunt. Ex his itaq; cõsyderantibus patet nihil eorum, quæ vlr existunt, substantia esse. nihilq; eorũ, quę cõiter predicant, qđ quid, sed tale significare. Quòd si nõ, & alia I multa accidũt, ac tertius homo.

Et etiam in Socrate est substantia, cùm sit substantia. ergo erit substantia duobus. Et vniuersaliter accidit, si homo est substantia, & oĩa, quæ dicuntur hoc modo, vt nullum eorum sit aliquid separatum. v.g. vt nõ sit animal aliquod aliud a particularibus, neq; aliud aliorum. quæ sunt ex vniuersalibus oĩno. Ex istis igitur declarabitur consyderanti, quòd nullum K *eorum, quæ sunt vniuersalia, est substantia: & quòd nullum eorum, quæ prædicantur cõiter, significat hoc, sed tale. Et si non, accidunt plura alia, et tertius homo.*

Ideſt, ſi vſe eſt ſubſtantia exiſtẽs 48
in indiuiduo demõſtrato, & eſt ſubſtantia addita ſubſtantię, per quam indiuiduum demonſtratũ eſt indiuiduũ ſubſtantię: & ſic erunt in indiuiduo duæ ſubſtantiæ. & qũo erit hoc. D.d. Et vſr accidit, ſi homo eſt ſubſtantia, &c. Forte intelligit. qm̃ ſubſtantiæ, q̃ ſunt exiſtentes per ſe: & vſe eſt in capitulo ad aliquid: ergo vſe non eſt ſubſtantia ſeparata omnino. ſeparata.n. ſunt de genere rerum exiſtentium per ſe, & nõ de genere relatiuorum. & ſm hoc non erit hæc ſubſtantia niſi ſubſtantia particularis exiſtens p ſe, aut in materia, aut non in materia. D.d. neq; aliud aliorũ, quæ ſunt ĩ vlr̃bus, &c. i. neq; vſe, ꝙ eſt vlr̃ius eorum, quæ ſunt rerũ ſenſibilium, neq; aliud genus collocatorũ ſub hoc vniuerſali, quorum proportio ad illud eſt ſicut proportio particulariũ ad vſe, M
qđ eſt magis particulare eorum, q̃ inueniũtur in eodem genere. D.d. Ex iſtis igitur declarabit, &c. ideſt, qm̃ nullum vlr̃ium p̃dicabilium ſm quid de re. demõſtrata ſignificat ea ſm ꝙ eſt demonſtrata & indiuidua, ſed ſm ꝙ in ea eſt natura ſimilis naturæ, q̃ eſt in quolibet indiuiduorũ illius vlr̃s, ſ. natura cõis præter naturam propriam vnicuiq; eorũ. D.d. accidunt n. &c. i. cõtingunt. n. huic ſermoni multa impoſſibilia alia à ptædictis. Cõtingit. n. vt ſit hic homo

A mo tertius: qm̃, ſi ex homine intellecto, & ex homine ſenſibili ſit vnũ congregatum, continget vt congregatum ſit homo tertius: & vſr omnis natura cõgregata ex duabus naturis conuenientibus, neceſſe eſt vt ſit de natura componentium.

Vſr oīs nã cõgregata ex duabus naturis cõ uenientibꝰ neceſſe eſt vt ſit d nã cõponentium.

Item ſic quoq; patet. Impoſſibile.n. eſt ſubſtãtiam ex ſubſtantijs eſſe, quæ ſic inſunt, vt actu. quæ enim duo ſic actu ſunt, nũquam vnum actu ſunt, ſed ſi potentia duo ſunt, erunt vnum: vt duplum ex duobus dimidijs potentia. actus nanq; ſeparat. Quare, ſi ſubſtantia vnum, non erit ex ſubſtantijs inexiſtentibus, & ſm hunc modum, quẽ recte Democritus dicit, impoſſibile. n. ait eſſe ex duobus vnum, aut ex vno duo fieri. magnitudines nãque indiuiſibiles ſubſtantias facit. Patet igitur ꝙ ſimiliter et de numero ſe habebit, ſi numerus quidem compoſitio vnitatũ ẽ, vt à quibſdã dicitur. aut enim non eſt vnum dualitas, aut non ineſt in ea vnitas actu.

B Actꝰ ſeparatꝰ.

C *Et etiam hoc eſt manifeſtum hoc modo. Impoſſibile enim eſt vt ſubſtantia ſit ex ſubſtantijs, cùm ſint vnum, ſicut illa, quæ ſunt in actu. duo enim, quæ ſunt in actu ſecundum hunc modum, non erunt in aliqua hora vnum in actu, ſed ſi fuerint duo in potentia, erunt vnum, ſicut eſt duplex ex duobus in potentia. actus.n. diuidit. Ergo ſubſtantia non eſt vnum ex ſubſtã-*
tijs, quæ ſunt idem in actu. Et ſe- D
cundum hunc modũ dixit Demõcritus ſermonem verum, dixit.n. quòd impoſſibile eſt vnum eſſe ex duobus, & duo eſſe ex vno. tunc enim eſſent ſubſtantiæ magnitudinum indiuiſibilium. Et eſt manifeſtũ, quòd ſimiliter erit ĩ numero ẽt. et ſi iſta ſunt vnitates, ſicut quidam dicunt duo, aut illa, in quibus non eſt vnitas in actu.

Ideſt, Et manifeſtũ eſt alio mo- 49
do declarationis, ꝙ impoſſibile eſt E
vt vna ſubſtantia actu ſit ex duabus ſubſtantijs in actu. & intendebat, ꝙ hoc ſequit', ſi vſe eſt pars ſubſtantiæ indiuidui demonſtrati prẽter ſubſtantiã ei propriã. D.d. duo enim, quæ ſunt in actu, &c. i. & cauſa in hoc eſt, quia impoſſibile eſt, ꝙ duo ĩ actu ſint, ex quibus in aliqua hora fiat vnum in actu exiſtẽtibus eiſdẽ duobus in actu in eo. D.d. ſed, ſi fuerint duo potentia, &c. i. illud, qđ eſt poſſibile, ſ. vt vnum in actu ſit compoſitum ex duobus exiſtentibus in ipſo in potentia: vt linea, quæ eſt vna in actu, & duplex duabus medietatibus, quę eſt in potẽtia medietas non in actu. D.d actus.n. diuidit, &c. i. & cauſa in hoc eſt, qꝛ actus facit additum eſſe diuiſum, & duo. & ideo impoſſibile eſt vt vnũ ſit ex duobus in actu. vnum enim eſt continuum, & actus eſt diſcretũ. D.d. Ergo ſubſtantia, &c. i. igit' declaratum eſt ꝙ ſubſtantia eius non eſt vnum, cùm eſt cõpoſita ex duabus ſubſtantijs exiſtentibus in actu. D. induxit Democritum teſtem, & d. Et ſm hunc modum d. Democri-
tus,

G tus,&c.i.& intendit, ꝙ Democritus concedebat impossibile esse vnam substantiam cõponi ex duabus substantijs. D.d. causam in hoc, ꝙ sermo eius in hoc est verus, & est quia ipse opinabatur, ꝙ entia composita sunt composita ex corporibus indiuisibilibus, & nõ dicebat mixtionẽ, per quam dicimus possibile esse vt ex pluribus substantijs fiat vna substantia, & opinabatur in substãtijs naturalibus esse eas vnum in genere, non in actu, & negabat naturam continui. Et, quia similiter contingit hoc eis, qui componũt entia ex
H numeris, d. Et est manifestũ, ꝙ similiter est in numero, &c.i.& est similiter manifestũ, ꝙ similiter contingit dicentibus ꝙ substantiæ demõstratæ sunt compositę ex numeris, s. quæ sunt vnum fm continuationem. Et, cũ dixit: & si ista sunt vnitates, innuit entia i. si ista entia, sicut quidam dicunt, sunt composita ex vnitatibus. D induxit illud, ex quo fingunt entia componi, & d. sicut quidam dicunt, &c.i. sicut fingunt quidam, ꝙ numerus eorum, ex quibus componitur natura entiũ, in quibus nõ est vnitas in actu,
I est duo. Et innuebat per hoc, ꝙ contingit etiam istis hominibus, aut dicere ꝙ entia, quæ sunt fm genus, nõ sunt vnũ in actu: aut dicere, ꝙ vnitates, ex quibus componuntur, non sunt vnitates in actu: & sic contingit eis vt numeri admisceantur: & tunc generabitur ex eis vnum in actu: quod est impossibile.

Haber autem qđ accidit dubitationem. Si enim nec ex vniuersalibus possibile est vllã substantiam esse, ppea quod tale, et non quod quid significant, nec K ex substantijs actu contingit vllam substãtiam esse compositã, quicquã incompositũ erit profecto oĩs substãtia. quare neq; rõ vllius substãtię erit. At cunctis vr, et iã dictũ est, aut solius substãtiæ, aut maxime definitionẽ esse: nunc vero nec huius: nullius igit definitio erit. An quodã mõ quidẽ erit, quodã mõ vero nõ. manifestum autem quod dr magis erit ex posterioribus.

Et in hoc, quod accidit ex hoc, ẽ L
error. Quoniã, si est impossibile, vt sit substatia oĩno de substantijs in actu, ergo nulla compositio est alicuius substãtiæ. Sed oẽs existimãt ex prædictis, quoniã definitio, aut est substantia tantum, aut est ex magis: sed secundum illud, quod est nunc, definitio non est substantiæ, nec alterius rei omnino. Nisi dicatur, quòd quodam modo est definitio, & quodam modo non. & iste sermo erit de definitionibus dictis post. M

Dixit: Sed accidit qõ in eo, qđ dictum fuit, s. ꝙ impossibile est, ꝙ vna substantia sit ex pluribus substãtijs in actu. qm̃, si ita sit, existimatur ꝙ omnes substantiæ essent simplices, & ꝙ nulla substantia sit composita. D.d. Sed omnes existimant, etcæt. i. sed omnes existimant, quòd substantiæ sint compositæ, ex hoc, quòd concedunt quòd definitiones significant compositum, & ꝙ definitiones aut sunt substãtiarum tantum, aut magis. Deinde dicit: sed

A sed fm illud, quod dictũ est nũc, &c. ideſt & fm ꝙ sequitur ex primo sermone, s. qm̃ substantiæ non componuntur, nulla substantia habebit definitionem, nisi dicatur ꝙ quodam modo compositionis erunt definitionis, & quodam modo nõ. D.d. & iste sermo, &c.i. & post declarabit cuius modi compositorum sunt definitiones. & cuius modi nõ. Et intendit ꝙ definitiones significãt plures substantias in potentia, & vnam in actu. & hoc iã declarauit. sed vult cõplere perscrutationẽ de illo post, & sunt composita ex partibus, quæ
B sunt secundum quantitatem.

Supra text. com. 41.

Quæ sequuntur incommoda aduersus asserentes ideas substantias esse, & separatas, & ipsas ex genere & differentijs constare. Cap. 16.

EX his autem ipsis id etiam patet, quod accidit illis, q ideas pariter substãtias, & separatas esse dicũt: & pariter ex genere & differentijs faciunt formam. Si enim formæ & animal in hoĩe sunt, & equo, aut vnum & idẽ numero sunt, aut alterũ.
C eandẽ enim exhibebit rationẽ, qui dicit in vtroq;. Si itaq; aliqs homo est ipsum per se quod qđ, & separatum, necesse est, vt etiã illa, ex quibus (sicuti animal, & bipes) quòd quid significent, & separata, ac substantiæ sint: quare & ipsum animal. Si idem igitur, & vnum quiddam etiam in equo, sicuti tu tibi ipsi, quomodo in separatim existẽtibus vnũ erit? & cur non eriam absque ipso erit animal hoc?

Et ex hoc apparet quid accidit D
dicentibus formas, s. ideas esse substantias. & separatas, & dicentibus cum hoc, quòd forma est ex genere, & differentijs. Quoniã, si forma & animal est in hoĩe & equo, tunc aut sunt vnũ numero, aut diuersa: & est manifestũ, quòd ambo sunt vnum per definitionem. Si igitur aliquid fuerit homo, & est per se hoc, & est separatũ etiã necesse est illa, ex quibus est animal, vt significent hoc, & vt separatum sit R
per substantiam. Ergo & animal etiã, si est idem in equo ẽt sicut non est idem quodam modo, quomodo possunt ponere ipsum esse separatum, & vt sit vnum? & quare nõ est separatũ ab eo ipsum animal?

Ideſt, Et ex ꝓdictis, & ex eis, quæ 51
modo dicã, apparet quid accidit dẽ impossibili dicẽtibus spẽs esse ideas, & substantias separatas, qui dicunt, ꝙ species generant ex generibus & differentijs. D.d. illud impossibile, F
& d. Qm̃, si forma, & animal, &c. qm̃, si forma, quæ est genus in speciebus, est sicut aãl in hoĩe, & equo, tunc aut animalitas, quæ est in eis, est vna numero, aut ea, quæ est in hoĩe simpliciter: & vtrunq; est impossẽ: ergo sequitur vt sit in eis vna fm dẽ finitionẽ & quiditatem. D.d. Si igitur aliquid fuerit homo, &c.i. si igitur fuerit hic homo separatus vnus in numero, & demonstratus, qui est exemplar hoĩs generabilis & corruptibilis, necesse ẽ vt ps hoĩs separati,

quæ

G quę est exemplar animalis, quod est hic, aut sit prædicatiuū de animali, cuius est exemplar, aut q̄ sit ēt separatum per substantiam ab eo, cuius est exemplar & vnū numero. D.d. Ergo & animal, &c. 1. & cūm fuerit concessum, q̄ animal est in hoīe, & equo quodammodo vnum, s. vnū fm genus, & non est in eis vnū alio modo, s. fm numerum, qūo possunt ponere illud, quod est fm gen⁹ vnū separatum, & vnum in numero? & quare nō est animal separatū, quod est exemplar idē cū animali, quod est in sensato? & sic non erit exēplar

H ei, sed formæ q̄ sunt in sensibilibus, sunt separatæ. Et dixit hoc, qa iste sermo potest magis existimari, s. q̄ formæ, quarū actiones apparent in materijs, sunt separatæ. & ipse pcrutabit de hoc in alia scia, & maxime in anima, & in anima intellectus.

5. de Aīa tex. cō. 4. & infra.

Deinde si participabit quidē bipede & multipede, impossibile quiddā accidit. cōtraria nāq; simul inerunt ipsi vni, & huic quidē enti. sin minus, quis modus est, cū aliquis dicat animal,

I & bipes, aut pedestre esse? Sed fortassis componunt, & tangūt, aut miscentur. At cuncta inconuenientia sunt. Sed diuersum in vnoquoq; est. Infinita igitur, vt ita dicam, erunt, quorū substantia animal est. non enim fm accidens ex animali homo est. Item multa erit ipsum animal. nā & substantia animal est, quod in vnoquoq; est. nō enim fm aliud dicitur. Quòd si non, ex illo erit hō, & genus eius illud. Ac item oīa, ex quibus homo, ideæ, non igit alterius quidem idea erit, al K terius vero substantia. impossē nāq; est. ipsum ergo animal erit vnūquodq; eorum, quæ in animalib⁹ sunt. Item ex aliquo hoc ipso erit: & qūo est ex ipso animali? aut qūo est possibile esse animal, quod hoc ipsum substātia est, præter ipsum animal? Idē in sensibilibus & hæc accidunt, & his absurdiora. Quòd si impossē est ita se habere, patet q̄ nō est eorū idea ita, vt quidā aiunt.

Et etiam, si per cōicationē sunt L *bipes et multipes etiā, necesse est, vt in eis sint contraria insimul in eodem cū hoc etiam. & si non, qūo igitur dixit aliquis, quòd animal est ambulans, aut bipes? Et rectū est, vt sint composita, aut contacta aut mixta. sed omnia sunt indiuidua, quæ nō separantur, sed vnum quodq; eorū habet aliud vnū. Ergo erit sicut sermo dicentis, quòd illa, quorū substantia est animal, sunt infinita. homo enim est ex animali* M *non per accidens, & etiam ipsum animal erit plura. substantia enim est animal, quod est in quolibet, et non dicitur ad aliud. Si non, erit homo ex illo, & hoc est genus eius. Et etiā omnia, ex quibus est homo, sunt exemplaria. ergo non erit exēplar dictū de alio, & de alia substantia. hoc enim est impossibile: ergo erit illud, quod est aīal, vnūquodq; eorum, quæ sunt animalia.*

Et

A *Et etiam ex quo erit ex hoc: & quomodo ex illo, quod est animal, aut quomodo possibile est vt aīal, quod est substātia, sit aliud ab eo, quod est animal? Et quædam ista sunt impossibilia in sensibilibus, et magis inopinabilia. Et si est impossibile vt sint huiusmodi, manifestum est, quòd nō sunt exemplaria secundū modū quē dicunt quidam.*

52 Idest, Et ēt, si cōicent in vno numero, & est aīal bipes & multipes, &

B oēs spēs diuidunt per dēias pedis, necesse est vt in illo vno congregent contraria insimul. D.d.&, si non, qūo ergo, &c.i & si nō proprie, qūo potest aliquis existimare vt vnum numero, v.g. aīal, inueniatur in eo spēs aīalis ambulantis per duos pedes, & ambulantis per plures pedes? D.d. Et rectum est, &c.i. sed rectum est, si existimantur plura esse ī vno fm numerum, qñ illud recipiēs fuerit diuisibile fm quantitatem, vt illa plura sint ex reb⁹ compositis ī vno,

C aut contacta aut mixta. sed cū hoc erunt non abinuicem distincta: & vnumquodq; eorum habebit naturam aliā à natura alterius. D.d. Ergo erit, sicut sermo dicentis, &c.i. ergo contingit ex hoc, vt animal separatum, qd est vnum, sit substātia rerum infinitarum, s. specierum cōstitutarum per ipsum. hō. n. & equ⁹, & aliæ species animalis, subsistunt p illud, non per accidens: & ipsum est simile materiæ. & ideo d. homo. n. est ex animali, non p accidens. D.d. & etiam erit homo, &c.i. & euā erit homo separatus ex illo animali separato, & illud separatum erit gen⁹ eius. & similiter contingit in alijs re D bus, ex quibus est homo, & nō sunt aliud q̄ genera, ex quibus constituitur. D.d. ergo non erit exēplar, &c. i. ergo animal & alia genera, ex quibus est homo, erit prædicatū de pluribus fm quid. & impossibile est in eo, quod est exemplar existens p se, s. vna substantia in numero, prædicari de pluribus. D.d. ergo erit illud quod est animal, &c.i. nisi aliquis reputet possibile, q̄ vnū numero, qd est aīal, congreget species animalis existentis in ipso, ita q̄ omnes sint vnum: quod est impossibile. D.d. Et ēt ex quo erit ex hoc, &c.i. & ea- E dem species ex quo erit ex animali demonstrato, quod est vnum numero & indiuisibile: & quomodo ē possibile vt illud, quod ē ex animali, sit ex substantia eiusdem speciei, alia à toto animali? i. q̄ animal nō potest diuidi fm quantitatem: sed, si diuidatur, tunc definitio totius & partis est eadem. D.d. Et quędam ista sunt impossibilia in sensibilibus, &c.i. qñ ponuntur cōuenire cum suis exemplaribus. D.d. Et si est impossibile &c.i. si est impossibile vt sensibilia sint fm hoc, s. composita ex substantijs distractis abinuicem existentib⁹ F in eadem substantia numero, manifestum est, q̄ non habent exemplaria fm modum, quem dicūt quidā hoīes. & intendit illum modū, quē dixit hic, s. vt sint hic exemplaria, & q̄ sic vniuersalia sint.

Singularium non esse definitiones, & propterea nec etiam Ideārū. Cap. 17.

CVm autem substantia altera sit ipsum scilicet totum, & rō. dico aūt q̄ illa quidem ita substantia est cum

G materia simul accepta ratio, hęc vero ratio simpliciter. Quæcunque igitur illo modo dñr, corũ quidem est corruptio: nã & generatio. rationis autem non est ita vt corrumpatur. nec. n. generatio est (non enim fit domui esse, sed huic domui) sed absq; generatione, & corruptione sunt, & nõ sunt. ostensum est. n. q; nullus hæc generat, neq; facit. Propterea etiam substantiarum sensibilium singularium neq; definitio, neq; demonstratio est, eò q; habet materiam, cuius natura talis est, vt esse & non esse cõtingat. quare corruptibilia sunt oĩa singularia earum. Si igit demonstratio, & definitio scientifica necessariorum est, & non cõtigit, sicuti neq; scĩam, qñq; sciẽtiam, qñq; ignorantiam esse, sed quod tale est opinio est, ita neq; demonstrationem, neq; definitionem, sed opinio est ei⁹, quod contingit & aliter se habere, patet q; neq; demonstratio, neque definitio eorum est, corruptibilia nanq; nõ sunt manifesta his, I qui scientiam habent, cùm à sensu abscesserint. & rationib⁹ eisdem in animo seruatis, non erit amplius neq; definitio, neq; demonstratio. Quare cùm quis eorũ, quæ ad definitionem quicquam singulariũ definiat, oportet non ignorare q; semper perimendum est. non. n. contingit definire. Nec vllam ideam est definire. singularium enim, vt aiunt, idea est, & separata.

Nõ fit domui eẽ, ſi huic domui.

Subarum ſenſibiliũ ſingularũ nõ ẽ definitio neq; demtratio

Et cum substantia totalis & definitio aliud, & aliud, s. quòd quædam substantiæ sunt hoc mõ, quòd definitio congregat materia, & q̃dam est unitas definitionis. Oĩa igit̃ur, q̃ dicuntur secundum hoc, habent generationem, & corruptionem et definitio autẽ, quæ est hoc modo, non habet corruptionẽ, quoniam non possibile est generari. essentia. n. domus non generatur, sed generatur essentia, cuius ẽ domus. & ista igitur sunt, & non sunt sine generatione & corruptione. & declaratum est, quòd ista neq; generant, neq; aliud faciunt. Et ideo neq; definitio, neq; demõstratio est substantiarum sensibilium particularium. habent enim materiã, quæ quidẽ habet naturã, q̃ põt esse & non esse. & ideo corrumpuntur omnia particularia. Et, si demonstratio est ex rebus necessarijs, & definitio est vera, quemadmodum est impossibile scire aut ignorare illud, quod potest non esse tale, sed est secundum existimationẽ, ita nõ erit demõstratio, nec definitio eius quod potest esse alio modo, sed est secundum existimationem. manifestum est igitur, quòd nõ habent definitionem, nec demonstrationem. quæ enim corrumpuntur, non sunt manifesta apud habentes cognitionem, quando recedunt à sensu, & erit sermo conseruatus in aĩa. K L M

Et

A *Et ideo oportet definientes scire, cũ aliquis definierit aliquod particularium, quod est vt remaneat istud semper. impossibile enim est vt definiatur, & non definiatur etiam, vt vnum exemplarium. Et quoniam non definitur etiam exẽplar. exemplar enim est ex particularibus, sicut dicunt, & est separatum.*

53 Et intendit per substantiam totalem illud, quod est totũ, s. cõgregatum ex materia & forma particulari, & est individuum demonstratũ. & intendit per definitionem substãtiam, quam significat definitio: & est forma. & quasi dicit, substantia, q̃ dicitur de demonstrato, est alia à substantia, q̃ dicitur de forma substantiæ demõstratæ. D. exponit hęc duo, & d. scilicet, q̃ q̃dam, &c. i. q̃ñ altera dicitur substantia, quæ est cõgregata ex forma & materia, s. ex materia & forma demonstrata, quę est in materia: altera autem est forma vniuersalis, quam significat definitio. D. d. Omnia igitur, quæ dicuntur, &c. i substantia igitur, quæ C dicitur de congregato ex materia & forma, habet generationem & corruptionem: substantia vero, quam significat definitio, non habet generationem neq; corruptionem. Deinde d. definitio autem, quæ est, &c. i. definitio autẽ, quæ significat hoc modo, s. quæ significat formam, nõ habet corruptionem, quia non habet generationem. Quiditas enim domus simplex non habet generationem, quia generatio non est nisi istius domus demonstratæ. D. d. & ista igit̃ sunt, & nõ sunt, &c. i. q̃ substantiæ particulares sunt existentes. D. D. d. & declaratum est, &c. & intendit vniuersalia. D. d. Et ideo neque definitio, &c. i. quia generant & corrumpuntur. D. d. cãm. pp quam accidit eis generatio & corruptio, s. in diuiduis, & d. hñt enim materiam, &c. i. & necesse est, vt res demonstratæ hic corrumpant̃ pp hoc, q̃ habẽt materiam, quæ põt recipere formã in aliqua hora, & amittere eã ĩ alia. D. d. Et, si demonstratio est, &c. i. &, si demonstratio est vera, definitio debet esse ex rebus necessarijs ętternis & perpetuis. quemadmodum. n. impossibile est vt scire & nescire sit B eius, quod non est necessarium, sed existimare, ita impossibile est vt sit scientia rerum, quæ possunt esse in aliqua dispositione, & in contraria dispositione. Et, cùm posuit, q̃ sciẽtiæ sunt in reb⁹ necessarijs, incœpit declarare, q̃ in rebus transmutabilibus non est scientia necessaria, & d. manifestum est igitur etiam, q̃ nõ habebunt, s. res transmutabiles generabiles & corruptibiles. D. d. quæ. n. corrũpunt̃, &c. i. particularia. n. non sciuntur, nisi dũ sunt in sensu: & cũ recedũt à sensu possunt corrũpi, & tunc non remanebit cognitio eorũ M apud sentientes, sed tñ remanebit existimatio. D. d. & erit sermo conseruatus in aĩa. & q̃ñ sensatũ recessẽrit a sensũ, remanebit sua ĩformatio in aĩa, nõ ita q̃ sit certus ipm eẽ, q̃ñ recedit à sensu: & ideo sensibilia nõ hñt definitionẽ, neq; demtionẽ, q̃a postq̃ recedũt, nõ hñt nisi existimationem. D. d. Et ideo oportet definientes, &c. i. & ideo oportet definiẽtes scire q̃ si definitio esset particularium, necesse esset vt particulare esset ꝑmanens. D. d. impossibile. n. est

Sensibilia nõ hñt definitionẽ, neque demtionẽ, q̃a postq̃ recedunt, nõ hñt nisi existimationem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G est vt definiatur, s. particulare fm ꝙ est particulare. & cùm non sit æternum, impossibile est definiri. D.d. Et qm̃ non definitur etiã, &c. i. qm̃ particularia, fm ꝙ sunt particularia non habeant definitiones: & exemplaria, quæ dicuntur esse, sunt particularia fm ꝙ sunt extra animã: necesse est vt non habeant definitiones. Et dixit hoc, quia definitiones rerum sunt permanentium, & particularia non sunt permanentia: ex quo sequitur vt sint hic res permanentes, & sunt exemplaria & formæ. & ideo vult declarare hoc eis, qa definitiones sunt rerum permanẽtiũ, fm ꝙ sunt vtes non particulares: & cùm posuerint vniuersalia esse separata, sequitur vt sint particularia. & sic nihil prosunt in definitione.

Definitiones sũt rerũ pmanẽtiũ, sed m ꝙ sũt vtes, non particulares.

H Necessarium autem ex nob⁹ rationem esse, nomen vero non faciet, qui definit. ignotũ enim erit, quæ vero posita sunt, omnibus communia sunt. necesse est igitur & alijs talia inesse. Et si qs te definiat, animal dicet gracile, aut albũ, aut aliquid aliud, quod & in alio sit. Quod si quis I dicat nihil prohibere separatim quidem omnia multis, simul vero huic soli inesse, primum quidem, ꝙ etiam ambobus, vt aĩal bipes animali & bipedi. & hoc in sempiternis quidem etiã necesse est eẽ, cùm priores existãt, & partes compositi. at vero etiã separabilia, si hoc quidẽ, quod homo, separabile. nam aut nullum, aut ambo. Si igitur nullũ, non erit genus præter species. ꝙ si erit, erit etiam differentia. deinde, qm̃ priora ipso esse, hæc K sanè non vicissim perimuntur.

Et necesse est vt sermo sit ex nominibus. & qui non definit, non ponit nomen, quoniam non erit notum si fecerit. nomina autem posita sunt communia omnibus rebus. ergo necesse est vt hoc sit aliud ẽt. Et si aliquis definierit aliquid, dicet ipsum esse animal, aut macrum, aut aliud quod est alterius etiam. Et, si aliquis dixerit, quod nihil prohibet vt omnia ista sint L *separata in rebus multis, & vt sint insimul istius solius, tunc primo vero erit duobus, vt animal bipes, animali, & bipedi. & hoc necesse est vt sit æternis, quæ sunt ante, & sunt partes compositi. & vt sint etiam separata, si homo est separatus, aut nullum erit, aut vtrunque. Si igitur nullum fuerit, non erit genus aliud à forma. & si fuerit, differentia erit etiam ante essentiam. & ista non destruunt* M *se adinuicem.*

Idest, & necesse est, vt definitiões sint eõpositæ ex nominibus. & qui nescit rẽ, non ponet ei nomen. nullus enim ponit nomen ei, quod nescit. Deinde d. nomina autem posita, &c. i. nomina autem accepta in definitionibus sunt nomina communia omnibus rebus definitis.

54 Nota hic mã. ẽm. qm̃ ignotũ. ignotũ. &c.

Deinde d. ergo necesse est, &c. i. & cùm fuerint hic nomina, quæ significant de entibus dispositiones communes, sed ex vna re, necesse est, vt ista

A ista res disponatur per aliam rem, & intendit, ꝙ ex hoc modo est possibile substantiam prædicari de substantia. Deinde d. Et, si aliquis definierit, &c. i. & ex hoc modo, si aliquis definierit aliquid, inducet ī definitionem eius dispositiones communes. v. g. vt dicat in definitione alicui⁹ ꝙ est album animal, aut macrũ, aut alia dispositio. & erit illud, quod cõgregatur ex illis dispositionibus cum dispositio idem ī specie, & eadem natura. & intendit ꝙ tale esse non inuenitur in exemplarib⁹. D.d. Et, si aliquis dixerit, ꝙ nihil ꝙ

B hiber, &c. i. si igitur aliquis dixerit, ꝙ non est possibile vt talia prædicabilia sint separata abinuicem, & diuersa in numero, & erũt omnia existentia in eodem numero. D. induxit ī possibile, quod sequitur ex hac positione, & d. tunc primo vero, &c ideſt & sequitur ex hac positione de impossibilibus primo, ꝙ quælibet duæ dispositiones, aut plures sunt duorum dispositorum, aut pluriũ, aut illa disposita sunt eiusdem dispositi numero. D.d. & hoc necesse est vt sit in æternis, & c. i. & ista positio

C in rebus insensibilib⁹ est necessaria in suis exemplaribus æternis, s. vt inueniantur ex eis in vno exemplari numero plus q̃ vnum exemplar: & in rebus, quæ sunt partes exemplaris. v. g. vt in homine separato sit animal separatum, & ambulans, & bipes, & vtr formæ, ex quibus componitur homo. & hoc intendebat, cùm d. & vt sint etiã separata, si est homo separatus. i. & continget ī his substantijs, quę sunt partes hominis separati, vt sint etiam separatæ. D. d. aut nullum erit, &c. i. aut illæ dispositiones, quibus disponitur vnũ dispositum, sint non diuersa aut diuersa. v. g qm̃ non definitur dispositio duobus, s. genere & differentia. Si igitur istæ duæ dispositiones fuerint adunatæ, tunc genus non erit aliud à differentia. &, si fuerint diuersæ, & non vnius rei, apparebit, ꝙ differentia præcedat genus in eẽ. D.d. & ista non destruunt se adinuicem. Et, si hic non fuerit error scriptoris, intendit, ꝙ istæ formæ, & dispositiones congregatæ in definitione, non sunt ex rebus, quæ differũt à se inuicem, s. quæ omnes sunt in actu, sed sunt ex dispositionib⁹, quarum quædam sunt ad perficiendũ E quasdam, & ideo possunt prædicari de se adinuicem: & ꝙ cõgregatum ex eis sit vnum. & hoc impossibile est in exemplarib⁹, & in rebus, quarum sunt exemplaria. & hoc est solummodo possibile in vniuersalib⁹ quæ non habent esse: sicut esse rerum, quæ sunt extra aĩam, neq; sunt etiam definientes. Sed videt mihi, ꝙ hic sit error in libro, in quo deberet scribi. & ista non declarant se adinuicẽ, i. & formæ diuersæ in esse in exẽplarib⁹ non declarant se adinuicem, s. ꝙ illa, q̃ est magis particularis, non declarat naturã vniuersalis, F sicut etiam est dispositio differẽtiæ cũ genere. qm̃, si ī hoīe separato est pars ex separatione animalitatis & rationalitatis, tunc rationalitas non distinguit animalitatem hominis ab animalitate simplici, sicut accidit hic in definito. Declarabit igit ex hoc, ꝙ vniuersalia impossẽ est vt sint substantiæ neq; exemplarium, neq; sensibiliũ: & ꝙ ẽt non sunt definientes oĩno: qm̃ tunc non eẽt sciẽtia: & etiam in rebus non inueniet identitas, & oppositio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Deinde, si ex ideis ideæ, minꝰ profecto compositæ sunt, ex quibus. Item de multis oportebit etiam illa prædicari, ex quibus idea, vt animal & bipes. Quòd si non, quo scietur erit nanq; aliqua idea, quã impossẽ est de pluribus prædicari q̃ de vno. non vr̃ autem, sed omnis idea videt̃ esse participabilis. Quemadmodum igit̃ dictum est, latet q̃ impossibile est in perpetuis definire, maxime vero quæcunq; vnica sunt, vt Sol, aut Luna. Non solum enim in hoc peccant, q̃ talia addunt, quibꝰ ablatis, adhuc erit Sol, vt puta, qđ circuit terram, aut quod nocte abscondit̃ (si enim steterit, aut apparuerit, non erit amplius Sol) sed inconueniens est, si non. Sol. n. substantiam quandam significat. Item quæcunq; in alio cõtingunt, veluti si alter fiat talis, patet q̃ erit Sol. communis ergo ratio. at Sol singulariũ erat, sicut Cleon, aut Socrates. Cæterum cur nemo eorum definitionẽ profert ideę? I fiet enim profecto manifestum tentantibus, verum esse quod nunc dictum est.

Et etiam exemplaria sunt ex exemplaribus. quæ autem sunt ex eis sunt maioris compositionis. Et etiam oportet prædicari per sermonem illa, ex quibus est exemplar etiam de pluribus, v.g. animal & bicubitum. Et si non, quo erit? & etiam scietur, sicut illud, quod impossibile est prædicari per sermonẽ K *de pluribus, sed de vno. & hoc non existimatur, sed existimatur, quod oẽ exẽplar est acquisitum. Quẽadmodũ igitur dictũ est, latet quòd ẽ impossibile vt definitio sit rerum æternarũ, & maxime illud, quod est æternum, vt Sol, & Luna. Peccant. n. nõ solum in hoc, sed quia nituntur in talia, quæ cum recedũt, erit Sol, vt quòd in nocte latet subterra. quoniã, si apparet, & si accedit, erit Sol. sed hoc non sentitur.* L *Sol. n. significat suam substantiã. Et ẽt oĩa, q̃ possunt esse ĩ alio, sicut erit si fuerit aliud tale. manifestũ est quòd erit Sol. ergo Sol est communis. sed iam fuit ex rebus particularibus, vt Socrates, & Plato. Et si non, quare non apparet alicuius exemplar. quoniam, si esset manifestum illud, quod dictũ est hic, esset ẽt verũ eis, qui hoc nituntur.*

Dixit: Et contingit istis, vt exem M plaria etiam sint composita ex exẽplarib⁹. qm̃, si fuerit hic homo separat⁹, erit etiam hoc aĩal separatum. D.d. quæ autẽ sunt ex eis sunt maioris compositionis, i. quæ autem cõponuntur ex aliquibus, sunt maioris compositionis, q̃ componentia. Et d. hoc, quia cum illud, quod est maioris compositionis, est separatũ, & exemplar quanto magis erit separatum, & exemplar illud, quod est minoris compositionis? D.d. Et etiã oportet prædicari, &c.i. & contingit dicentibus exemplaria esse dicere

A re, q̃ naturæ separatæ, ex quibus cõponuntur exemplaria, debent prædicari de pluribus, ita q̃ sint vniuersalia, q̃ non possunt esse in vno sm numerum. &, si non, qũo particulare posset sciri? D.d v.g. aĩal & bicubitum, i. v.g. aĩal, & bicubitum. qm̃ homo, si habuerit exemplar extra animam, & fuerit scitum, necesse est vt animal, quod est in illo exemplari, & bicubitum p̃dicetur de pluribus. vnum aũt numero non prædicatur de pluribus. D.d. & etiam scietur, &c.i. & contingit sciri per definitionem illud, quod nõ est intentio B vsis. D.d. & hoc non existimat̃, &c.i. nullus quærit definitionem, & exẽplar particularis, sed existimatur, q̃ ab omni exemplari acquiritur intẽtio cõis eius, cuius est exemplar. D.d. Quemadmodum igit̃ dictum est, &c.i. sed quidam nituntur dicere in definitionibus rerum particulariũ æternarum, ex quibus non inueniẽt nisi vnum indiuiduum, quia latet, esse impossibile vt fit definitio rerũ ex quibus nõ inuenitur nisi vnum tantum indiuiduum, vt Sol, & Luna. apparet. n. q̃ qui laborat in definiendo talia indiuidua, peccat. D.d. Peccant enim, &c.i. qui enim nituntur definire Solem, & Lunam esse, peccant: qm̃ definiunt Solem p res, quæ, cùm auferuntur, non aufertur Sol. dicebant enim Solem eẽ astrũ latens de nocte. & hoc intendebat, cùm d. qm̃, si apparet, &c. i. qm̃ qñ latet, & qñ apparet, est Sol. & hoc nomen Sol significat illud, quod significat substãtia. & ideo oportet et eos definire ipsum per definitionem cõuenientem nomini. D.d. Et etiam oĩa, quæ possunt esse, &c.i. & si haberet definitionem, esset ex definitionibus, quæ si essent in aliquo demõ D strato, illud aliud eẽt Sol. & sm hoc nomen Sol significaret plures Soles. & hoc nomẽ est rei particularis, v.g. Socrates, & Plato. D.d. Et si nõ, quare non apparet alicuius exemplar? i. &, si hoc nomen esset nomen speciei alicuius, tunc essent plura indiuidua similia. D.d. qm̃, si esset manifestum, &c.i. qm̃, si apparet aliud indiuiduum, tunc sermo eorum, q nituntẽ definire Solẽ, esset verus.

Plura, quæ videntur substantiæ, potẽtiæ & partes esse. Cap. 18.

MAnifestum autem est q̃ E etiam eorũ, q̃ videntur esse substantiæ, plures potentiæ & partes animalium sunt. nihil. n. eorum separatum est. cùm aũt separarentur, tũ ẽt vt materia omnia, terra, ignis, et aer. nihil enim eorum vnum est, sed quasi cũmul⁹, anteq̃ cõcoquantur, & ex eis vnum fiat. a L. ferũ ex Michaele Ephe.

Maxime autem aliquis animatorum partes putauerit, & animæ propinquas ambas fieri, vt sint & actu, & potẽtia, eò q̃ prĩcipia motus ab aliquo in flexibus habent. quare quædam animalia diuisa viuunt. sed tamen potentia omnia erũt, cùm vnũ & continuum fuerit natura, sed non vi, aut copulatione. tale nãque læsio est. F

Et est manifestum etiã, quòd plura, q̃ existimantur esse substantiæ, sunt potentiæ, & similiter partes animalis. quoniam ex eis non ẽ distinctũ vnũ, sed quasi generata

G *sunt, antequàm adiungantur, & fiat ex eis vnum. Et potest aliquis existimare, quòd partes rerũ animatarum, & partes animæ magis quam aliud appropinquant sibi adinuicem in esse in actu, & in potentia, habent enim principia motus ex aliquo in oppositis. & ideo quoddam animal, postquam diuiditur, viuit. sed tamen erit omnis potentia, cùm sit vnum & cõtinuum per naturam, non per glutinum, & applicationem. quod.n.*
H *est tale, est diminutio naturæ.*

56 Quia dicere exemplaria est propinquum ad dicere formas sensibilium esse separatas, vult in hoc cap. narrare, q̃ plura eorum, q̃ existimãtur esse substantiæ, vident non separatæ à materijs. D.d. Et est manifestum, &c.i. & est manifestũ, q̃ plura eorum, q̃ existimant esse substãtiæ, sunt existentes primo in potentia, & postea sunt in actu. & qd est tale, est in materia. D.d. & sint partes animalis, &c.i. & ideo partes ani-
I malis non habent vnum, per quod sunt substantiæ, cùm sint distinctæ ab animali, sed sunt apud diuisionẽ, sicut partes, quæ sunt in generatione, s. quarũ esse non p̃sistit, donec adiungantur adinuicem, & fiat ex eis vna substãtia, quã significat nomẽ & definitio. Et hoc, quod d. manifestum est. quoniam, cùm posuerim⁹ q̃ nomina, quæ sunt fm definitiones, significant substantias, & similiter definitiones, quæ sunt fm ista nomina, & posuerimus, q̃ partes aãlis diuisæ non signant à noĩbus, sicut significantur ab eis, qũ sunt con- K
tinuæ nisi æquiuoce, & manifestum est q̃ illa, quæ significant à noĩbus, & sunt continua, sunt substãtiæ materiales. D.d. Et potest aliquis existimare, &c.i. potest aliquis existimare, q̃ causa in hoc in illis aãlib⁹ est, q̃ partes suorum membrorum, & partes animæ appropinquãt sibi ad inuicem in potentia, & actu: sed q̃ quælibet pars recipit oẽs potentias animæ, & virtutes animæ nõ appropinquant alicui parti sine alia: ideo talia animalia, cùm diuiduntur possunt viuere, & apparent omnes vir- L
tutes in qualibet parte. & hoc, quod d. est manifestius in plantis. Et quã si intẽdebat, q̃ causa in hoc nõ est, quia non est in materia, sed causa in hoc est propinquitas virtutum aãlium adinuicem. Impoſſe.n. est vt anima, quæ est in hoc animali, sit nobilior anima, quæ est in aãli perfecto: ita q̃ existimatur q̃ ista aãa sit separata, & aãalis perfecti non separata. D. d habent.n. principia motus, &c.i. & virtutes animæ appropinquant sibi in hoc animali, quia habẽt partem paruam, i. debilem de principio, per quod animal mouetur motibus di- M
uersis contrarijs. D.d. sed tñ, &c.i. & signum, q̃ anima ei⁹ est in materia, est q̃ actio eius est perfectior, qñ est vnum naturaliter, non vnum violẽter, & fm applicationem, & vniuersaliter apparet q̃ hoc, quod accidit ei est, quia est de actionibus naturæ actio diminuta, s. ens diminutum.

Ens & vnũ, sive ipsum ens & ipsum vnũ non esse rerum substantias. Ca. 19.

CVm autem vnũ dicatur, sicuti & ens, & substãtia vnius vna, & quorũ vna numero

A numero vnum numero, manifestum q̃ neq; vnũ neq; ens contingit substantiam esse rerum, sicuti neq; elemento esse, aut principio. sed quærimus quid ergo principium, vt ad notiora referamus. Magis igit̃ his substãtia est ens & vnũ, q̃ principiũ, & elementum, & causa. sed necdũ ista, si nec aliud quidem cõe vllum substantia est. nulli.n. inest substantia nisi sibi ipsi, & habẽti eam, cuius substãtia est. Item ipsum vnum in plurib⁹ nõ erit
B simul: commune vero simul in pluribus est. Quare patet q̃ nihil vniuersalium separatim præter singularia est.

Et, cùm vnum dicitur sicut dicitur ens etiã, & substantia vnius est vnum, & substantia entis est vnum numero, manifestum est igitur, quòd impossibile est vt substãtia rerum sit vnum, aut ens, sicut est impossibile, vt principium sit essentia elemẽto. sed quæritur quid
C *est principium ad sciendum duo. Et substantia, quæ est istorum magis quam aliud, est ens, & vnum, & principium, & elementũ, & causa. sed non videtur ista esse substantia, cum nullum aliud commune omnino sit substantia. substantia enim non est alterius, nisi sui ipsius, & illius cuius est, & est substantia illius rei. Et etiam in pluribus non erit insimul. & commune insimul erit plurimum. Manifestum est igitur quòd nullum vni- D
uersalium est separatum à particularibus.*

Quia opinantes vniuersalia esse 57
substantias, dicunt q̃ illud, quod est magis vñe, est dignius hoc: & ideo plures opinabantur, q̃ principium omnium est vnum vñe: incœpit cõtradicere eis, & dicit: Cùm hoc nomen vnum dr̃ de omni, de quo dicitur hoc nomen ens, & hoc nomen ens videt̃ dici multipliter, ergo manifestum est, q̃ illud, quod significat vnum, impossibile est q̃ sit principium omnium entium, ita q̃ sit cõ- E
mune eis sicut ẽ impossibile vt hoc nomen principium sit vnum commune elementis oĩbus. Sed q̃trendũ est in entibus quid est dignius vnitate, & noñe principium: & illud ẽ, pp qđ inuenit̃ in alijs habentibus hæc noña. apparet.n. q̃ hęc noña dicantur fm prius & posterius, & hoc intendebat, cùm d. manifestum est igit̃, q̃ impossibile est, &c.i. & manifestum est igitur, q̃ impossibile est vt vnũ & ens sint substantia plurium. D.d. sicut est impossibile, &c.i. sicut est impossibile, vt principium dictum de elementis cõmunibus sit prima sub- F
stantia principiorum. D.d. Et substantia, quæ est, &c.i. & existimatur q̃ illud, quod est dignius hoc noñe substantia, inter ista concessa eẽ substantias, est illud, de quo simpl̃r dicitur hoc nomen ens, & hoc nomen vnum, & elementum, & principiũ, & causa. sed vniuersalia sunt, quæ significant hæc noña, s. quia existimatur, q̃ vniuersalia sint principia rerum, de quibus prædicantur, fm q̃ sunt vniuersalia. Deinde d. sed non videntur, &c.i. sed ista via impossibile

G bile est vt sint substantiæ istarũ rerum, quarũ sunt vniuersalia vniuersalia enim sunt cõia: & nullum cõe est substantia. D.d. substantia. n. nõ est alterius, &c. i. & nullum cõe est substantia, qm substantia non ẽ substantia piurium, sed est substantia aut suiipsius, aut illius cuius est substantia. & ẽt substantia non est ĩ pluribus insimul: vsẽ autẽ est commune: & commune est in pluribus insimul. D.d. Manifestum est igiť, &c. i. ex contingentibus impossibilibus, & ex hoc, qp * vsẽ & particulare sunt ad aliquid, & principium eiº est, cuius est principiũ, necesse est vt principium non indigeat in suo esse, cuius est principium.

Nullũ cõe ẽ suba. idẽ 1. me. c. 45. &. 10. Me. cõ. 6. &. 12 Met. 11. Si ponosi, vt dicere supra. c. 46. Vide con. zim.

* Vsẽ & particulare sẽ ad aliquid

H idẽ supra c. 48.

Sed qui formas dicunt, partĩ recte dicunt separãtes eas, si substantiæ quidem sunt: partim nõ recte, quoniam vnam in multis formam dicunt. Causa vero est, qp non habent reddere quę nam tales incorruptæ substantiæ, pter singulares & sensibiles, sint. Faciunt igitur eadem specie his quæ sunt corruptibiles (has enĩ

I cognoscimus) ipsum hominem & ipsum equum, addẽtes vocabulum, ipsum, sensibilibus. Attamen etiam si non videremus astra, nihil minº, vt puto, essent substantiæ perpetuæ præter eas quas nos sciremus. Quare nũc quoque, si non habeamus quænam sint, necesse tamen fortasis fuerit aliquas esse. Quòd igitur nec eorum quicquam, quæ vniuersalia dicuntur, substantia sit, nec vlla sit substantia ex substantijs, patet.

G materia est quibusdã fm q̃ est formatũ. vt aqua, q̃n non fit mã aceti, donec habeat formã vini. & q̃dã est mã, nõ fm q̃ est formatũ, vt prima mã cum formis cõtrarijs, sed fm q̃ ponit in formã, s. mediãte alia forma, vt aqua. & ideo, cũ aqua est vinũ in actu, est acetum in potẽtia: & non q̃n fuerit acetum in actu, est vinũ in potentia: neq; est in eodẽ termino vinum & acetũ in potentia. Acetũ.n. nõ reuertit in vinũ, donec resoluatur in elementa, econtrario generationi quatuor elemẽtorum adinuicem. Prima.n. materia est in potentia vtrunq; cõtrariorum eodem termino, s. q̃n alter ẽ fuerit in actu, erit reliquum in potentia. Et, cũ notificauit istos duos modos generationis, incœpit dare modũ, ex quo accidit q̃o in hoc, & d. Quæstio vero. & q̃stio est talis, q̃o ex vino fit acetum, & non ex aceto vinum: cũ habeant materiã communẽ, quę est vtrunq; in potentia eodẽ termino, & est aqua v.g. D.d. & vtrunq; viuum est in potẽtia, &c.i. & vtrunq; viuũ est in potentia & essentialiter mortuũ, aut mortuum nõ fit ex viuo, nisi accidentaliter nõ essentialiter: q̃n, si viuũ in potẽtia est mortuũ, & mortuũ in potẽtia est viuũ. & sic ex mortuo erit viuũ, sicut ex viuo erit mortuum. D.d. Materia vero animalis, &c.i. materia vero recipiens vitã habet in se potentiã ad mortem per accidẽs, s. quia in ea est potentia ad corruptionẽ vitæ: non quia recipit mortẽ, fm q̃ est viuũ. q̃n si ita esset, tunc mortuũ reciperet vitã, fm q̃ viuum. D.d. & similiter in aceto. i. & similiter acetum fit ex vino, & mortuum ex viuo, sicut nox ex die. i. post diẽ, nõ ex materia ista. D.d. & oĩa, quę transmutantur inuicem, &c. i. & oĩa, quę transmutantur ad inuicẽ hoc mõ transmutationis, generatio nõ reuertitur in eis reciproce sine medio, sed generatio reuertitur in eis prius q̃ vltimũ reuertit in primum: deinde primũ transfertur ad media, deinde media transferunt ad vltimũ. v g. q̃ ex viuo fiat mortuum, tunc ex mortuo non fiet viuũ, donec mortuum reuertatur in quatuor elementa: deinde formę, quę sunt inter quatuor elementa & vitam generabunt, & sic generabitur vita necessario.

Prima mã ẽ i potentia

H vtrũq; cõtrariorum eodem termino. Vide idem. 1. Ph. cõ. 56. & .82.

I

K

Dubitationis solutio, quæ causa est, vt definitiones et numeri vnum sint in rebus omnibus: et vnionis materiæ ac formæ. Ca. 8.

L

DE dubitatione autem dicta et circa definitiones, et circa numeros, quę cã est vt vnum sint. Omnium nãque, q̃cunq; plures partes hñt, & non est totũ quasi coacervatio, sed ipsum totũ est aliquid aliud præter partes, est aliqua causa. Nam & in corporibus q̃busdam tactus est cã, vt vnum sint: quibusdã vero viscositas, aut aliqua alia talis passio. definitio vero oratio est vna, nõ cõiunctiõe, vt Ilias, sed eò q̃ vni? est. Quid est igit q̃d hoĩem facit vnum, & cur vnũ & non multa sunt aĩal & bipes, præsertim si, quemadmodũ quidã dicũt, sit quid ipsum animal, et ipsum bipes? cur.n. nõ illa hõ est? et erũt fm participationẽ hoĩes nõ hominis vnius, sed duorum, aĩalis & bipedis. & omnino profecto hõ

M

A hõ non erit vnũ, sed plura, aĩal, & bipes. Manifestũ itaq; ẽ q̃ ita quidẽ tractantibus, vt solent definire & dicere, non est possibile reddere rationẽ, & soluere dubitationẽ. Q̃d si, quẽadmodum dicimus, hoc quidem materia, hoc vero forma est, & hoc quidẽ potentia, hoc vero actu, profecto non vr amplius dubitatio esse q̃d q̃rit. Etenim dubitatio est eadẽ, ac si definitio vestis esset æs rotundũ. esset etenim hoc nomẽ rõnis signũ. quare q̃d q̃rit est, q̃nã cã sit, vt rotundũ & æs vnũ sint. amplius vero non apparet dubitatio, q̃n hoc quidẽ materia, illud vero forma ẽ. Quę igit huius cã est, vt q̃d potentia est actu sit in quibuscunque generatio est, p̃ter illud, q̃d fecit? nulla.n. alia cã est, vt actu sphæra sit, quæ potentia sphęra erat: sed hoc erat ipsum q̃d erat esse vtriq;. Est aũt materia, quędam intelligibilis, quædã sensibilis. & semper rationis hoc q̃dẽ materia, hoc vero actus est.

B 7. de Ani. c. 7.

Me. 108. 19.

C Vt circulus figura plana.

In q̃stione vero dicatur de definitionibus & in numeris, quæ est cã in hoc, quòd sint vnũ. Omnia.n. quæ habent plures partes, quorũ vniuersum non est sicut cumulus, sed sicut aliquid, quod habet partes, habet causam. In corporibus enim ẽt quædã habent cãm, quorum essentia est tactus: & quædã viscositas, aut alia passio talis. de finitio vero est sermo vnius non secundum ligationem, vt liber Ilias, liber .s. Homeri primi, sed quia est vnius. Quid igitur facit hominem vnum, & quare est vnũ, & non plura, vt animal, & bipes, et etiam alio mõ si fuerit, sicut quidã dicũt, aliquid quod est animal, et bipes. & quare illa nõ sunt homo? & sicut hoĩes secundum modũ acquisitionis erunt non ex hoĩe vno, sed ex duobus, et similiter ex animali bipede. & vniuersaliter cũ homo non sit vnum, sed magis aĩal, & bipes. Manifestum est igitur quòd si aliquis iuerit hac via, sicut est cõsuetudo eorũ i definitionibus, quod impossibile est dissolvere hanc q̃nẽ difficilem. Si aũt fuerit, sicut dicitur quòd quædam est materia, & quædã forma, & q̃dã potentia, et quædã actus, rectũ est vt nõ existimetur error in q̃sto. Ista.n. q̃o erit eadẽ, et si definitio sphæræ esset cuprũ rotundũ. quoniã, cùm fuerit, erit signum definitionis hoc nomen. ergo esset quæsitum quid erit cã vt sit rotundum & cuprũ. quoniã tunc nõ apparebit q̃. alterũ. n. est materia, et reliquum est forma. Et cã illius vnitatis est, s. vt illud, quod est in potẽtia, in actu fiat ab agente in omnibus, in quibus est generatio. quoniã nõ est aliud causatũ, sed erit illud, quod est in potẽtia sphæra in actu

D

E

F

sphæra.

G *sphæra. sed hoc est illud, quod est per essentiam cuiuslibet, et est sicut circulus, qui est figura plana.*

15 Sermo vero de qõne dicta in definitionibus & numero, & ẽ qũo definitio signãt definitum et definitio hẽt plures partes, & q̃ est eã, pp quã est definitio vnũ. hoc.n. dictũ est in tractatu p̃cedẽti. D.d. Oĩa.n. quę habẽt plures partes, &c.i. & necesse est quærere eãm pp quã definitio est vna. qm̃ oĩa, q̃ habẽt plures partes, & sunt vnũ fm totum, non eo mõ, quo dicit cumulus esse vnus. in hoc H .n. est eã, per quã multitudo sit vnũ. Deinde dedit exemplũ in hoc, & d. In corporibus.n. &c.i. i corporibus ẽt cõpositus ex pluribus est eã, propter quã corpus cõpositũ est vnũ. v.g. qm̃ quædã sunt vnũ per contactum, & quædã per cõglutinationẽ, vt in rebus viscosis: aut per alia ligamenta, vt claui. & hoc intẽdebat, cùm d. quorum essentia est tactus, s. cp quædam sunt quorũ causa vnitatis, & essentiæ est contactus. D.d. definitio vero, &c.i. definitio vero est sermo vnius, & nõ per prępones copulãtes, sicut versus Homeri. qm̃ I illi versus sunt vnũ p copulã: sed definitio ẽ vna, quia est vnius, v.g. hominis. Et, cùm narrauit, cp hõ dẽt esse vnus, incœpit dubitare in hoc, & d. Quid igitur facit hoiem vnũ, &c.i. & si concesserimus ipsum esse vnũ, q̃rendũ est quid sit illud, qđ facit hoiem vnũ, & quare est vnũ & nõ est plura. s. quare dr̃, cp est vnus, cũ sit cõpositus ex pluribus vno. est .n. animal, & bipes. & hoc existimatur eẽ definitio hois. D.d. & ẽt alio mõ. i. & si ẽt fuerit, sicut q̃dã dicunt, cp hõ nihil aliud est q̃ congregatio aĩalis & bipedis, nihil erit hic ī quo K cõicent hęc duo, s. aĩal & multipes, ita cp hoc nomen hõ significet hoc cõe: sed hoc nomen hõ significat animal p se, & bipes p se: ergo quare hõ non erit duo hoes? D.d. & similiter ex animali & bipede, &c.i. & similiter contingit eis vt sint ex animali & bipede, & si nõ dicãt ipsum esse animal, siue nõ disponat̃ p hæc duo fm hoc verbũ esse, aut attribuãtur ei per hãc prępõnẽ ex & ideo dixit post: & vñr, &c.i. & vñr cõtingit huic, vt hõ nõ sit vnũ, sed plura vno s. animal & bipes. D.d. Manifestum est igitur cp, si aliquis iuerit hac via, L &c.i. manifestũ est igitur cp, si aligs processerit hac via in definitiõe, & concesserit ipsam esse cõpositã simpliciter ex pluribus, & non distinxerit pluralitatẽ, quę est in potẽtia ab ea, q̃ est in actu, impossibile est soluere hanc qõnẽ. D.d. Si aũt fuerit, sicut dr̃, &c.i. si autẽ distinxerimus dualitatẽ, quæ est in definitione, & dixerimus, cp hęc est materia, & hæc est forma, & hoc existit in potentia in cõposito, s. materia, & hoc existit in actu, s. forma, dissoluetur qõ. D. d. Ista.n. quęstio erit. id ẽ qm̃, si nõ cpcedat̃ hac via, ista qõ remanebit. M Deinde induxit exemplũ, & dixit: & si definitio sphæræ esset cuprum rotundũ, &c.i. v.g. qm̃, cũ posuerimus, cp definitio sphęrę est cuprum rotundũ, tũc hoc nomẽ esset æquale huic definitiõi. D.d. ergo esset q̃situm, &c.i. & cùm posuerimus, cp definitio sphæræ est cuprum rotundum, & quęsiuerimus in ea hoc, scilicet quomodo definitio est vna, & habet plures partes, tunc quæritur quomodo cuprum & rotundũ sunt vnum. D.d. qm̃ tunc non apparebit

A bit quæstio. i. &, cum definiuerimus sphęram, qm̃ est cuprum rotundũ, & intellexerimus per cuprum materiam, & p rotundum formã in hac materia, tunc non accidit quæstio. D.d. Et causa illius vnitatis est, &c. idest, & causa istius vnitatis ẽ vt trasmutetur quod est in potẽtia, donec fiat in actu ab agente, s. ab extrahente ipsum à potentia in actũ. Est igit̃ hic aliquid vnũ, quod primo est in potentia, & post transferẽ de potentia in actum. trãslatio enim eius nõ largit̃ ei multitudinẽ, sed perfectionem in esse, & in toto. hoc est vnum in actu & hoc intẽdebat, cùm d. qm̃ nõ est aliud causatũ, &c.i. nõ enim est hoc aliud causatũ ab agente ab eo, in qđ agit, sed illud idem, s. quod ẽ sphęra in potẽtia, fit sphęra actu, cũ agens extrahit ipsum de potentia in actũ. D.d. sed hoc est illud, qđ est p essentiã, &c.i. & hæc duo dant esse rei, quã significat definitio in oĩbus rebus habẽtibus materiã & formã. vt in definõne circuli dicimus, cp est figura plana. figura enim est quasi mã, & plana quasi forma. Et intendebat declarare p hoc exẽplum cp, C cùm dispõ fuerit talis in dispõnibus rerũ mathematicarũ, quanto magis vt sit in definõnibus rerũ nõ mathematicarũ: ne aliquis dicat, cp oẽs definitiones nõ componunt̃ ex mã & forma. mathematica enim nõ sunt in mã, sed declaratũ est prius, cp ista habent materiam non sensibilem.

Quæcunq; vero neq; intelligibilem, neq; sensibilẽ materiã habent, statim vnũ quiddã esse vnumquodq; est: quẽadmodũ ipsum ens hoc quiddam, hoc, quale, quantum. quare nõ inest in definõnibus nec ens, nec vnũ: D et ipsum qd erat esse statim vnũ quiddam est, quemadmodum & ens quiddam. Propterea non aliqua alia causa vlli istorũ, vt vnum sint, nec vt ens quiddam sint. statim etenim vnũquodq; est ens quiddã, & vnũ quiddã, nõ vt in genere in ente & vno, nec tanquã sint separata præter particularia. Ob hanc aũt dubitationẽ quidam participationẽ aiunt, & causam quandã participationis: & quidnam sit illud participare dubitant. Quidã eo E pulã animæ, sicuti Lycophron ait, scĩam esse ipsius scire & aĩæ. Quidam cõpositionẽ, aut coniunctionẽ animæ cũ corpore, ipsum viuere. Attamen eadem de oĩbus ratio erit. etenim ipsum sanũ esse, aut copula, aut cõpositio, aut coniunctio animæ & sanitatis erit. & æs esse triangulũ, cõpositio æris & triãguli. & album eẽ, cõpositio superficiei & albedinis. Causa vero est, qm̃ potentiæ & actus rationẽ quærunt vnientẽ, & dr̃iam. est autẽ, F vt dictũ est, vltima materia & forma idẽ: & hoc quidem potentia, hoc vero actu. Quare simile est quærere quidnã vnius causa sit, & vt vnũ sit. vnũ enim quiddam vnũquodq;. & quod potẽtia, & quod actu vnũ quodam modo ẽ. Quare nulla alia cã est, nisi fiquid fuit, tanquã ex potentia in actũ mouẽs. Quęcunq; vero nõ habent materiã, cũcta simpliciter entia sunt ipsum quid.

Omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *Omnia aũt, quæ non habẽt materiã, neq; intelligibilem, neq; sensibilem, vnumquodq; eorũ statim est vnum illud, quod est per essentiã, sicut illud, quod est aliquod ens. & ideo in definitionibus non est ens neq; vnũ: & illud, quod ẽ per essentiam, est vnũ, sicut aliquod ens ẽt. Et ideo non est alia causa, neq; alicuius istorũ, vt sit vnũ, neq; vt sit ens etiã. quoniã vnumquodq; eorũ statim est aliquod ens, & aliquod*

H *vnum, non quia sunt in ente & in vno, sicut illa, quæ sunt in genere, & non quasi separata, & alia à partibus. Et propter hanc difficultatem dixerũt quidã acquisitionẽ, & dubitauerunt in causa acquisitionis, & quid sit acquisitio. Et quidam dixerunt congregationẽ aiæ, vt aliquis dixit enim, quòd cognitio, quæ est per verã scientiam, est per animã etiã. Et quidã dixerunt compositionẽ, & ligamentũ corpo-*

I *ris & animæ esse per vitã. Sed sermo in omnibus istis est vnus. sanitas enim in oĩbus est vna, aut congregatio, aut ligamentũ, aut compositio animæ, & sanitatis. & etiã erit cuprum triangulare per cõpositionẽ cupri, & trium angulorũ. & essentia albi est cõpositio superficiei & albedinis. Et causa in hoc est, quia quærũt vnũ, quod est in potentia & in actu, quasi diuersum etiã. & est, sicut dictũ est, quemadmodum materia vltima, et forma* K *est idem, & vnũ. Ergo non habent aliquã causam omnino præter motorem quo de potentia in actum. Omnia vero, quæ non habent materiam, modo simplici, essentia eorum, per quam sunt entia, non fertur in quibusdam rebus.*

Ideſt, Omnia vero, q̃ carent mã intelligibili & ſenſibili, ſicut mã rerum mathematicarũ, vnũquodq; eorũ eſt idem cũ illo, quod dat ſuũ eſſe, ſ. ꝙ quiditas, & eſſentia ſunt in eis idẽ. D.d. ſicut illud, quod eſt aliquod ens, &c. i. vt dicim⁹ in aliquo, quod habet aliquã eſſentiã, ꝙ in eo non eſt aliquod additũ eſſentię. i. ꝙ ens non eſt genus illi & hoc intẽdebat cùm dixit aliquod. D.d. & ideo in definitionib⁹, &c. ideſt. Et dixit hoc, quia iſta genera altiſſima, ſunt ſimplicia, cùm nõ habeant genera, definitiones vero ſunt cõpoſitorũ. 16 Aſs intelligibile & ſenſibile materiam vocat materia.

D.d. & illud, qđ eſt p eſſentiã, &c. ideſt, & ſiſt illud, quod ſignificat definitio, ſ. forma, non habet definitionem: quẽadmodum aliquod habet ens, ſ. ꝙ ens non eſt genus ei. D.d. Et ideo non eſt aliqua cũ alia, &c. i. & ideo illa, q̃ non habent materiã, non habent cãm aliã à ſe in hoc, ꝙ ſunt vnũ, & in hoc ꝙ ſunt ens, econtrario eis, quę ſunt in materijs. p formas enim fiunt cõpoſita ex forma & mã vnũ, & aliquid ens. D.d. qñ vnũquodq; eorũ ſtatim, &c. i. qñ vnũquodq; eorũ ex ſe eſt aliquod vnũ, & aliquod ens, ſ. ꝙ non eſt vnũ ex alio, neq; ens ex altero. & hoc intendebat, cùm dixit, ſtatim, trãſumptiue. D.d. nõ quia ſunt in ente & in vno, ſicut illa, quę ſunt in genere. Met. 19. ideſt,

A inõ qa ſunt diſpoſita p vnitatẽ & eſſentiã, ita ꝙ vnitas & eſſentia ſit genus ei⁹, ſed eſſentia ẽ ipm. D.d. & nõ q̃ſi ſeparata. i. neq; eſſe illi⁹ ſorę ſim plicis ẽ ita, q̃ ī actu ſit aliud à rebus ꝑticularibus, quarũ ẽ ſoꝛa, ita ꝙ res ꝑticularis, & ſoꝛa ei⁹ ſunt duo diuerſa. & hoc intẽdebat, cum d. ſeparata. D.d. Et ꝓp hanc difficultatẽ, &c. i. & innuit qõnẽ ꝑdictã dicentẽ qũo eſt hõ vnus, & ẽ cõpoſitus ex aĩa & corpore, q̃ ſunt exiſtẽtia in actu. Oĩs. n. qui ponit ꝙ aĩa & corpus ſunt duo diuerſa, contingit ei dicere quid ſit cã ligamenti aĩæ cũ corpore. Qui ãt

B dicit, ꝙ aĩa eſt pfectio corporis, & ꝙ corpus non exiſtit ſine aĩa, nõ ſunt apud ipm duo diuerſa, nec accidit ei quæſtio hæc. Et intendit p acquiſitionem cõcationẽ. i. ꝙ ꝓp hãc qõnẽ dixerũt quidã, ꝙ ex aĩa & corpore fit vnũ p cõicationem, q̃ eſt inter illa: & iſti dubitauerunt in quo ſit cã cõicationis aĩæ, & corporis, q̃ ſit illa cõicatio. i. cuiuſmodi cõicatiõis ſit. D.d. Et quidã dixerunt cõgregationem aĩæ, &c. i. &, vt reputo, ꝙ qdã dixerunt, ꝙ cõicatio, quæ eſt inter aĩam & corpus, eſt, quia non per

C ficitur actio alteri⁹ eorũ, niſi cõgregatione, vt quidã Antiquorũ dicebant, ꝙ cognitio eſt p aĩam & corpus. ſed cã veritatis eſt aĩa, & ſalſitatis accidentis in ea eſt corpus. D.d. Et quidam dixerũt compoſitionẽ, &c. i. & quidã dixerunt, ꝙ iſta cõicatio eſt cõpoſitio aĩæ cum corpore, & ꝙ ligamẽtũ, p qđ fit compoſitio, eſt vita: & ideo, cum diſſoluit ligamentum, non erit vita. D.d. Sed ſermo in oĩbus iſtis, &c. i. ſed iſtæ cauſæ, quas induxerunt Antiqui in copulatione aĩæ cũ corpore, oĩs ſunt cuiuſdẽ modi. Quidã. n. opinabant, ꝙ ſanitas iſti⁹ copulationis erit per D iſtam congregationẽ, ſ. cõgregatiõnẽ aĩæ cũ corpore: & quidã opinabãtur, ꝙ eſt p ligamentũ: & quidã per cõpoſitionẽ aĩæ & corporis, cõpoſitione ſanitatis, non cõpoſitione corruptionis. D.d. & ẽt erit cuprum, &c. i. & non eſt dria inter compoſitionẽ aĩæ cum corpore, & cõpoſitionem cupri cũ tribus angulis, ſ. ꝙ dicere cuprũ habens tres angulos, eſt, ſicut dicere corpus aĩatum, & ſicut dicere ſu ꝑficiẽ albã. Et intendit, ꝙ ſermo de oĩbus qõnibus eſt vnus: & ſicut non accidit eis qõ in cõpoſitione figuræ cum cupro, oportebit vt non E accidat eis qõ in cõpoſitione aĩæ cũ corpore. aĩa. n. ita ſe hẽt ad corpus, ſicut figura ad cuprũ, & albedo ad ſu ꝑficiẽ: oĩa n. ſunt pfectiones & ſoꝛæ ſubiecti. D.d. Et cã in hoc eſt. i. & cã deceptionis eorũ eſt, quia ponunt idẽ qñ ẽ in potẽtia, & qñ eſt in actu eſſe diuerſum. & in rei veritate eſt vnũ illud. illud. n. qđ fuit in potentia, ẽ ī actu, & nõ ſunt hic duo diuerſa D.d. & ẽ ſicut dictũ ẽ, &c. i. & aĩa cũ corpe ſunt vnũ, ſicut dicimus, ꝙ ꝑria materia & ſoꝛa ſunt vnũ. D.d. F Ergo non hñt, &c. i. & cũ aĩa non eſt niſi eſſe eius, qđ ẽ in potẽtia aĩatũ eſ ſe aĩatũ ī actu, tũc exitus eius de potẽtia ī actu nõ hẽt cãm niſi motorẽ extrahentẽ ipm de potẽtia in actũ. D.d. Oĩa vero, q̃ nõ hñt materiam ſimplr, neq; ſenſibilẽ neq; intelligibilem, eſſentia eorum, per quã ſunt entia, non attribuitur in ſuo eſſe q- * intelligẽtiæ abſtractę attribuunt corpo tib⁹, ſcdm ꝙ aĩa attribuit corpo ti. Vide ꝓ hoc primũ & ſecũdũ ca. de ſubſtãtia orbis. busdam rebus, quæ non ſunt perfectio materiæ omnino, & attribuuntur quibuſdam.* Et intendebat per hoc intelligentias abſtractas, quę ar tribuuntur corporibus cœleſtibus, ſm ꝙ anima attribuitur corpori.

In rei veritate idẽ ẽ in potẽtia & in actu.

Idẽ ſupra com. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER NONVS,

Cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

In Prima igitur de Potentia.
In Secunda de Actu.

Summæ Primæ. Dicenda proponuntur. Cap. 1.

H DE primo itaq; ente, & ad quod cæteræ omnes entis prædicationes referũtur, hoc est de substantia, dictum est. nam fm substantiæ rationem cætera dicuñ entia, quãtum & quale, ac cætera, quæ ita dicuntur. cũcta etenim habebunt substantię rationem, vt in primis sermonibus differuim⁹. Cùm autẽ ens dicatur, hoc quidẽ quid, aut quantitas, aut qualitas, hoc vero secũdum potentiam & actum ac opus, de I terminemus etiam de potentia & actu. Et primo de potentia, ea quidem, quæ dicitur maxime proprie, nõ sanè est vtilis ad qđ nunc volumus. potentia nanq; & actus in plus est, q̃m illa, q̃ fm motum solum dũr. Sed, cùm de ea dixerimus in determinationibus de actu, declarabimus etiam de alijs.

Potẽtia & actus in plus ẽ, q̃ illa, q̃ fm motũ solũ dicunt

Dictum est de ente, cui attribuuntur alia prædicamenta entis, vbi dictum est de substantia. dicũtur enim entia multa secundum K *quòd habẽt definitionẽ substãtiæ, vt quantitas, & qualitas, & alia, q̃ dicuntur hoc modo. oĩa. n. habent definitionẽ substãtiæ sicut diximus in primis sermonibus. Et, cum ens dicitur, aut quia hoc est, aut quãtum, aut quale, aut quia est in potentia, & complemento & actu, etiam distinguemus & loquemur de potentia, & complemento. Et de potentia primo, quæ dicitur magis vere, non illud, quod non est vti* L *le in hoc, quod volumus nunc. potẽtia enim & actus dicuntur multipliciter magis quàm illa, quæ dicũtur secundum modum motus tãtũ. Sed, cum dixerimus de differẽtijs in actu, tunc declarabitur vltima.*

QVia ens, fm q̃ ens, diuidi I tur essentialiter in potẽtiam & actum. & ista ars habet cõsyderare de ente simplr, & de generibus & differẽtijs, in quas diuiditur essentialiter, incœpit hic loqui de speciebus potẽ M tiæ & actus, vt declaret substantias eorum, & contradicat dicẽtibus potentiam nõ esse in entibus. Et d. Dictum est, &c.i. dictum est igitur de prædicamento substantiæ, cui attribuuntur alia prædicamenta, fm q̃ sunt prædicamenta, & hoc Sexto & Septimo istius libri. D.d. vbi dictũ est de substantia. i. vbi locuti sumus de principijs substantiæ sensibilis. Deinde d. dicuntur enim entia multa secundum q̃ habent definitionẽ substantię, id est, q̃ in definitione eorum

A tum apparet substantia. D.d. Et, cũ eis dicitur, &c.i. & cùm declaratum sit q̃ ens diuiditur in substantiam & alia prædicamenta, & diuidi ẽt in potentiam & actum, q̃m ens qđdam est in potentia, & quoddam in actu & complemento, & iam locuti sumus de substantia, oportet etiam nos loqui de potentia & actu, cum in ista diuidatur ens fm q̃ est ens. Et primo incipiamus distinguere secundum quot modos distinguuntur potentia & actus, & declarare qs eorum dicitur vere, & quis trãsumptiue. D.d. causam in hoc, & d. potẽ B tia enim & actus, &c.i. hoc enim no men potentia dicitur pluribus modis eis, fm quos dicuntur potentia & actus in rebus transmutabilibus. D.d. Sed, cùm dixerimus, &c.i. & intentio nostra est in hoc. q̃m, cùm locuti fuerimus de differentijs rerum existẽtium in actu, & quomodo ordinãtur in hoc, declarabitur nobis natura vltimæ differentiæ, de qua intendimus perscrutari.

Diuiditur potentia in sua significata. Cap. 2.

QVòd igitur multipliciter potentia & posse dicatur, determinatum est à nobis in alijs. Harum vero quæ cunq; quidem æquiuoce dicuntur potentiæ, prætermittantur. Quædam etenim similitudine quadam dicuntur, vt in geometria & posſibilia ac imposſibilia dicimus, eò q̃ quodam modo sint aut non sint. Quæcunq; vero ad eãdem formam oẽs, aliqua principia sunt, & ad vnam primam dicuntur, quæ est principium trãsmutationis in alio, prout aliud est. Aliqua. n. est pa- D tiendi potentia, q̃ in ipso patiente principiũ est trãsmutationis passiuę ab alio, prout aliud ẽ: alia vero habit⁹ impoſitatis, q̃ in deterius ẽ, & corruptionis, q̃ est ab alio, prout aliud est, principio transmutatiuo. in his. n. oſb⁹ definitionibus ineſt primæ potentiæ ratio. Rursus aũt hæ potẽtię dũr, aut ipſius faciendi ſolũ, aut patiendi, aut ipſius bene. quare E in harũ quoq; rõnib⁹ quodam mõ insunt priorũ potentiarum rõnes. Manifestũ igitur ẽ q̃ quodã mõ quidẽ vna est ipſius facere & pati potentia (potẽs. n. est, & eo q̃ ipſum habeat patiẽdi potentiã, & eo q̃ aliud ab eo) quodã mõ vero alia. Hæc. n. in patiẽte est. ppea. n. qđ hẽt aliqđ principiũ, & qđ materia aliqđ principium est, patiẽ quod patiẽ, & aliud ab alio. pingue nanq; combuſtibile est. cedẽs vero sit preſſibile. & ſimiliter de cęteris. Hęc vero in faciente. vt puta calidũ, F & ædificatiua. hoc quidem in calefactiuo, hæc vero in ędificatiuo. Propter quod nullum, prout cõnaturale factum, ipſum à *a.l.cõnatum seipſo patitur. vnum etenim, & non aliud est. At impotentia quoque, & impotens, atq; quæ tali potentiæ cõtraria est, priuatio est. quare eiusdẽ & fm idem potentia, impotentiaq; omnis.

Quoniam autẽ potentia & agere per potentiã dicũtur multis modis, determinatum est i alijs locis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Et quæ istarum potentiarum dicitur æquiuoce, dimittatur. Quædā enim dicuntur per aliquam similitudinem, sicut dicitur ī Geometria potentia, & non potentia esse quoquo modo, aut aliqua attributione. Omnia aūt, quæ dicūtur per attributionem ad eandem formam, sunt aliqua principia, & attribuuntur potētia ad vnum principiū, & est illud, quod est principiū trasmutationis in aliud, secundū quòd

H est aliud. Potentia enim passionis est in ipso passiuo principium trasmutationis passiui ab alio, secūdū quòd est aliud. habitus vero est potentia, quæ non patitur ad illud, quod est peius, aut ad corruptionē ex alio, secundum quòd est aliud, ex primo transmutante. omnes.n. istæ definitiones habent definitionem primæ potentiæ. Et etiam dicuntur istæ potētiæ, aut quia agūt

I tantum, aut quia patiuntur, aut modo bonitatis: ita quòd in definitionibus istarum etiam sunt definitiones primarum potentiarum quoquo modo. Manifestum est igitur, quòd forte possibile ē vt actio & passio sint vna potentia. (dicitur n. quòd potentia est eius, cuius est potentia passionis, & alterius per illud) & forte erit sicut alia. Quædam.n. est ī passiuo. passiuū. n. patitur, quia habet aliquod principium, & quia materia est principium, & etiam illud habet aliud K ex alio. vnctuosum enim comburitur. obediēs enim quoquo modo dissolutur. & alia similiter. Et quædam sunt in agente, vt in carpentario, & ædificatore. quædam.n. sunt in carpentario, & alia in ædificatore. Et ideo sunt insimul, & nihil patitur per se, quia est vnū, & non est aliud. Illud enim quod non est potentia, & non habet potentiam, & quod est contrarium tali potentiæ, est priuatio. ergo po- L tentia est eiusdem, & idē nō pōt.

Dicit: Qm̄ vero ī aliquo esse potentia ad recipiendū aliquod, & in aliquo esse potentia ad agendū aliquid dr̄ multipliciter, declaratum est vbi distinxim⁹ fm quot modos dr̄ potentiæ passiuæ & actiuæ. s. in Quinto istius libri. D.d. Et q̄ istarū rerum, &c.i. & quæ istarum rerum dr̄ de eis hoc nomen potentia transumptiue, & de quibus dr̄ fm similitudinem, vt dr̄ in Geometria, q̄ talis linea potest ī talē superficiem. v. g. M q̄ diameter pōt duo quadrata duorum laterum. Et intendit p hoc, q̄ quadratum diametri valet duo quadrata. & hoc dictum est, non quia linea est quadratum, sed exitus eius de potentia ad actum, nō est p trāsmutationem. & hoc intendebat, cū d. esse quoquo modo. i. & dicit, q̄ lineæ, & superficies habent potentias aut non potentias, quia assimilātur potētijs quoquo modo, aut quia attribuuntur eis quoquo modo. Et, cum d. modum, fm quē dr̄ hoc nomen potentia trāsumptiue, induxit mo-

A modum, fm quē dr̄ in rei veritate, &d. Oīa aūt, &c.i. oīa vero, de quib⁹ dr̄ hoc nomē potētia, quia attribuūtur ei potentiæ, q̄ ē causa in alijs, istę potentiæ sunt principia entium generabilium, & corruptibiliū, & sūt attributæ eidem potentiæ, q̄ ē principium oīum entiū. Et, cùm distinxit potentiam, q̄ dr̄ vere ab ea, quæ dr̄ transumptiuę, descripsit potētiā actionis & passionis, & dixit: & est illud, quod est principium trāsmutationis, &c.i. potentia agens est illud, quod est principium transmutationis in aliud, fm q̄ est aliud, nō in se, B cùm sit manifestum, q̄ nihil agit in seipsum. D.d. Potentia.n. passionis, &c.i. & ideo potētia passiua ē illud, quod recipit trāsmutationē in se ex alio, fm q̄ est aliud, cum ēt sit manifestum q̄ nihil patitur à seipso. Et, cùm descripsit potentiam actiuam, quæ est ex forma, & potentiam passiuam, quæ est per materiam, dixit: habitus vero est potentia, &c. & intēdit p potentiam, formā. i. q̄ forma C non patit fm q̄ est forma à primo transmutante essentialiter, sed patitur p accidens. & ideo transmutatio eius non est prima trāsmutatio, fm q̄ est forma ī passiuo, s. in materia. & ideo formæ, q̄ non sunt ī materia non patiuntur essentialiter, aut accidentaliter. Et d. ad peius, aut ad corruptionem, quia omne, quod patitur, aut patitur ad peius, aut ad corruptionem. & d. ex alio, quia nihil patitur ex se. D.d. omnes.n. istæ definitiones, &c.i. istæ potentiæ non dr̄ equiuoce, quia oēs habent definitionem primæ potentiæ. Et intēdit q̄, cùm cōsyderatum fuerit de istis potentijs in vtroque genere, videntur attribui primæ potentiæ. * in definitione enim omnis potentiæ passiuę D accipitur potentia primæ materiæ: & similiter in definitione oīs potentiæ actiuæ accipit̄ definitio actiōis primæ formæ, q̄ est definitio prīæ formæ, q̄ est absoluta à materia. Et, quia definiuit potentias actiuas & passiuas, dixit: Et ēt dr̄ istæ potentiæ, &c.i.d. hoc nomen potentia dr̄ de potentijs actiuis & de potentijs passiuis. & dr̄ de actiuis, quæ sunt bonæ actionis, & de passiuis, quæ sunt bonæ passiōis. D.d. Manifestū ē igitur, q̄ forte, &c.i. & forte est possibile, vt potentię actiuæ & passiuę ab eis sunt in eodem. existimat̄ enim, q̄ potentia, q̄ est alterius, s. potentia, quæ est in agente, est eius, cuius est potentia passionis. v. g. illud, qđ mouetur in loco per se. alteratio autem & generatio existimatur esse vere, vt principium actionis sit in eisin subiecto aliquo alio à subiecto potētiæ passiuæ. D. d. & forte erit sicut alia, &c i. & forte potentia agentis erit in alio ab eo, in quo est potētia passionis. in quibusdam enim reb⁹ potentia actiua erit in ipso passiuo, & in quibusdam in alio. D.d. passiuum enim patit̄, &c i. passiuum.n. F patit̄, fm q̄ habet principium, quod differt ab ipso, quod extrahit ipm de potentia ad actum. Et intendit, q̄ non est necesse vt hoc principiū sit in subiecto diuerso à subiecto, in quo est potentia passionis in loco. D.d. & quia materia, &c i. &, q̄ a materia est etiam principium passionis est necesse vt aliquid sit ab aliquo: vt generatio ignis ab oleo, & rebus vnctuosis est dissolutio partium rei obedientis in illa, in qua dissoluit̄. Deinde d. Et quædam sunt in agente, &c.i. & potentia actiua alia est in

D potentiæ passiuæ accipit̄ potētia primæ materię: & definitione oīs potētiæ actiuæ accipit̄ definitio actiōis primę formæ q̄ ē absoluta a mā. Vide cùm istius 11. Met. c. 18. in fi. &c.

E

G ipso patiente, & alia in agẽte, vt carpentaria in carpentario, & ędificatoria in ędificatore. D.d. q̃dam.n. sunt in carpẽtario, &c.i. actio.n. artis carpentariæ est in carpentario, & actio artis ædificatoriæ est ĩ ædificando.

D.d. Et ideo sunt insimul. &, quia quædam potentiarum actiuarũ sũt in agente, ideo necesse est vt agens nihil agat, donec sit ĩsimul cum patiente, i. eodem loco. D.d & nihil patitur per se, &c.i. & nihil patitur per se, fm q̃ est vnũ, & nõ est illic aliud, ex quo transmutat. quia, si esset, tũc

H aliquid esset in potentia fm q̃ est in actu. & intendebat declarare, q̃ in simplici non est potentia oĩno, & q̃ illud, in quo est potẽtia, est compositum. D.d. Illud n. quod non est potentia, &c.i. dicere enim, q̃ non habere potentiam non est simpliciter. qm̃ dicere non potẽtia, est alicuius, quod caret illa potentia. & hoc, qđ est contrarium potentiæ, est priuatio. D.d. ergo potentia est eiusdem, &c.i. ergo potentia, & non potentia sunt alicuius compositi.

In simplici nõ é potẽtia oĩno & illud, in quo é potẽtia, est cõpositum.

Priuatio autem multifariam

I dicitur. etenim quod nõ habet, & quod natura aptum est si nõ habet, aut omnino, aut cùm natura aptum sit, aut sic, vt puta oĩno, aut quomodocunq; in qbus dã aũt si natura apta habere, vi non habeãt, priuari ea dicimus.

Distinguuntur potentiæ per earum subiecta. Cap. 3.

Vid Auer. I Epi. Tr. 5 Vide contra. Zim.

CVm autem quædam in animatis talia principia insint, quędam vero ĩ animatis, & in anima, & in animæ ea parte, quæ rationem hẽt, patet q̃ potẽtiarum quoq; q̃dam irrationales, quædã cũ ratione erunt. Quare omnes artes & factiuæ scientiæ potẽtiæ sunt. prĩcipia enim transmutatiua ĩ alio, prout aliud est. Et quæ quidem cum ratione omnes, eædem contrariorum sunt: irrationales vero, vna vnius. vt calidũ, ipsi⁹ calefaciendi solius: medicandi vero potentia, infirmitatis & sanitatis. Causa vero est, quia scientia ratio est, ratio autem eadem manifestat & rem, & priuationem, nisi q̃ non similiter. & quo

K dam modo quidem amborum

L est, quodam modo vero ei⁹ magis, quod exiſtit. Quare necesse est tales etiã scientias esse quidẽ contrariorũ: esse vero hui⁹ quidem per se ipsas, illius vero non per seipsas. etenĩ ratio hui⁹ quidẽ fm seipsam, huius vero quodam modo fm accidẽs. negatione enim & sublatiõe manifestat contrarium. prima nanq; priuatio contrarium est: hæc autẽ alterius demptio est.

Priuatio autem dicitur multipliciter. dicitur enim illius, quod non habet, & istius, quod hẽt naturam habendi, aut uniuersaliter, aut in tempore, in quo habet, & secũdum quod oportet, vt illud quod non est omnino, aut erit quoquo modo: in quibusdam vero rebus, quæ habent naturam habendi, si nõ habent, dicemus, quod ista carent violente. Sed, cum quæda istorũ principiorum sint in carẽtibus anima,

M

& quæda in aĩatis, & anima est in habente rationem animæ, manifestum est igitur, quòd quæda potentiæ non habent definitionem, et quædam sunt cum definitione. Et ideo omnia artificia, & scientiæ sunt potentiæ, quia sunt principia transmutantia in aliud, secundum quod est aliud. Et oĩa, q̃ sunt cũ definitione, sunt contrariorum, sed nõ sicut vnum vnius. vt calidum calefacere, medicatiua vero est sanitatis & infirmitatis. Et causa in hoc est, quia habet rationem scientia. ratio vero eadem significat rem, & suam priuationem, sed non eodem modo. & forte erit possibile vt sit duorum, & forte erit illius, quod est magis. Ergo necesse est vt sint illa, quæ sunt talia, contrariorum, & vt sint quorundam per se, & quorundam non per se. ratio. n. est quorundam per se, & quorundam quoquo modo. per accidẽs igi-

C *tur significat contrarium, per negationem & per remotionem: nãque prima priuatio est cõtrarium. & hæc est remotio alterius. contraria enim non appropinquant eidem ex eodem.*

3 Quia dicere in potentia significat aliquem modũ priuationis, & dicere et aliquid habere potẽtiam ad hoc ẽ fm q̃ caret illo, ad quod põt, & primus Philosophus habet considerare de modis priuationis, & est proprium loqui de priuatione, vbi

fit sermo de potentia, incœpit declarare modos priuationis, & d. Priuatio aũt, &c.i. ista. n est prima diuisio secundum quam diuidit priuatio. omne. n. quod caret aliquo, aut caret illo, qđ nõ innatum est habere, aut caret illo, quod innatũ est habere. & hoc intendebat, cùm d. illius, qđ non hẽt, &c. D.d. aut vlr, aut in tpe, in quo hẽt. i. & illud, qđ caret illo, quod naturaliter debet habere. aut caret illo, quod innatum est habere simpliciter, aut illo, quod innatum est habere aliquo tempore, vt barbam in tpe, ĩ quo debet eã habere. D.d & fm q̃ oportet, &c.i & priuatio, q̃ est fm q̃ oportet, s. quæ dicitur principaliter, est carere illo, qđ non habet oĩno: aut illo, quod hẽt raro, & hoc intendebat, cùm dixit: aut erunt quoquo modo. Et hoc inuenitur sic in alia trãslatione, & priuatio dicitur multipliciter: dicitur enim illud, quod non habet, & illud quod ĩnatum est habere etiam, aut vniuersaliter, aut in aliquo tempore, & sic sicut illud, quod non est oĩno, aut in pauciotibus: & si innatũ est habere, cum non habet, dẽ carere violente. i. & cũ aliquid caret illo, qđ innatũ est habere in tpe, in quo

F innatum est habere, dẽ q̃ illud est priuatio violenta. D.d. Sed, cùm q̃dam istorum prĩcipiorũ, &c.i. & intendit p̃ principia potentias agẽtes. istarum. n. potẽtiatũ sunt q̃dam in habente aĩam, & q̃dam, sicut dixit, in non habente animam. vt calefacere in corpore calido, & infrigidare in corpore frigido. D.d. & aĩa est in habente rationem aĩæ. i. & anima exiſtit ĩ eo, quod habet definitionẽ animæ, s. ratiocinari & comprehendere. D.d. manifestũ ẽ igitur, &c.i.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G &,cum sit manifestum,q̃ q̃dam potentiæ actiuæ sunt potentiæ in reb⁹ non aĩatis,& quædã sunt potẽtiæ in rebus aĩatis,s.in habẽtibus comprehẽsionem & rõnem, manifestũ est, q̃ potentiarum q̃dam sunt cũ definitione & ratione,& q̃dã sine definitione & ratione. D.d. Et ideo oĩa artificia,&c.i.&, quia potentiæ actiuæ sunt rationales, ideo oĩa artificia & scientiæ non sunt potẽtię,quia agũt in alia,fm q̃ sunt alia. Et d.hoc, q̃ hæc est definitio potentiarum actiuarum fmplr. D.d. Et oĩa,quæ sunt cum definitione,&c.i.& oẽs potẽtię

H q̃ sunt cum ratione,agunt duo contraria. D.d.sed non sicut vnũ vnius, &c.i.& istæ potẽtiæ, q̃ hñt rationẽ, non agunt alterum contrariorum tm̃,sicut est dispositio in potẽtijs carentibus ratione.calidũ.n. agit calorem,& non agit alterum contrariũ,

Potẽtię rõ na lesagũt duo cõtraria ſſimul Idẽ ſſra te. c.10. &.te. com.4.

s.frigus.Potentiæ.n.rationales agũt duo contraria insimul,v.g. ars Medicinæ,q̃ agit sanitatem, & infirmitatem. D.d. Et causã in hoc est, &c.

I i.& causã in hoc est, quia istæ potentiæ agunt p scĩam , & scĩa est duorũ contrariorum fm imaginationẽ & definitionem,& definitio alteri⁹ cõtrariorũ intelligit in respectu reliq contrarij.sed hoc non habet eodem mõ. D.d.& forte erit possibile, &c.i. qm̃ forte est possibile vt potentiæ agant duo contraria, & forte agunt alterum contrarium in maiori parte. D.d.ergo necesse est,&c.i. qm̃,cũ istæ potentiæ agunt ab intellectu & scĩa:& scĩa est cõtrariorũ: ergo sciet duo contraria insimul: ergo necesse est vt agat cõtraria. D.d.& vt sint quorundam per se,&c i. & vt agere contraria sit quorundã p se,& quorundam p accidens,& quorundam alterum contrariorum erit essentialiter,& altertũ p accidens. D.d. p accidẽs igit̃,&c.i &,cùm aliquis artifex non intellexerit de priuatione nisi negationẽ tm̃,tunc nõ intelliget alterum contrariorũ nisi p accidens. & ideo qui talem hẽt dispositionẽ, non intelliget naturã contrarij.verum.n.contrarium est priuatio. & hoc intendebat,cùm dixit: priuatio enim prima est contrarium. K

Sed , qm̃ contraria non fiunt in eodem,scĩa vero potentia, eò q̃ habet rationẽ, aĩa quoq; motus principium habet (salubre L quidem sanitatẽ solum facit, & calefactiuum caliditatem, & frigefactiuum frigiditatẽ,scĩẽs autem ambo.ratio.n. amborũ quidem est,non tm̃ ſſir,& in aĩa, quę mot⁹ principium habet) ambo profecto ex eodẽ mouebit principio,ad idem cõiungens. Quare q̃ fm rationem potentia sunt contraria his faciunt,quæ absq; rõne potentia sunt. vnum nãq; principium cõtinet̃ rationẽ. Manifestum aũt est q̃ & ipsius bene potentiam sequit̃ solius facẽ M di aut patiendi potentia: hãc vero illa nõ semper. qui.n. bene facit,necesse est vt etiam faciat : q̃ vero solum facit,non necessario & bene facit.

Et scientia est potentia, secundum quòd habet rationem.& anima habet principium motus etiã, quoniam anima sanans facit sanitatem,& calefaciens calorem, et infrigidans frigus.scientia uero sacit

A *cit vtrunq;,quia vtrunq; habet definitionem,sed non eodem modo. et habet in anima etiam principium motus, ergo mouebit vtrunq; ex vno principio,& congregabit ea in idem. Agit enim contraria,quãdo agit possibilia sine definitione possibilia per definitionem. est. n. proprium per vnum principiũ, per definitionem. Et hoc etiam est manifestum, quòd sequitur bonitatis potentiam,quæ est actionis tantum aut passionis:illa aũt non sequitur*

B *istam in omni tempore. necesse est n.vt illud,quod est bonæ actionis, sit agens etiam : agens vero tantum, non de necessitate erit bonæ actionis.*

4 Et scientia est potẽtia actiua,fm q̃ habet rationẽ,i. fm q̃ habet formã. D.d.& anima habet principiũ motus,&c.i.& in aĩa etiam sunt ptĩcipia motuum ſter motum à scientia.& illud principium non agit nisi alterum cõtrariorũ tm̃. v.g.q̃ potentia sanans animata solummodo

C agit sanitatem,vt calor calorem , & frigus frigus. D.d.scĩa vero,&c.scĩẽs aũt agit duo contraria, qm̃ contraria apud ipsum sunt intentiones intellectæ : & ideo non inuenit̃ in aĩa principium motus, qñ mouet ab intellectu ĩ actu, aut mouet à ratione eodem modo. Et intendit qm̃, qñ mouetur à ratione,agit duo contraria:& qñ mouetur non à potentia, agit alterum contrariorũ tm̃.&hoc est manifestius in alia translatione, in qua d & non eodem modo inuenitur in eis motus. D.d.ergo mouebit vtrunq;,&c.i ergo anima,quando mouet contraria duo à ratione, mouet vtrũq; ab eodem principio, cum congregat duo contraria in intellectu in eodem,s. q̃ scientia eorũ est eadem. Et in alia trãslatione est: & ideo mouet,& congregat ad ipm vtrunq; ex eodem principio. D.d. Agit enim contraria, &c.i. & sciens agit contraria,quia agit illa, q̃ sunt possibilia sine ratione,& etiam possibilia cum ratione. v.g.qm̃ facit sanitatem,quę est possibilis à natura, possibilem à ratione, & fm artẽ Medicinæ. D.d.est enim proprium per vnum principium, p definitionem E .i sciens enim mouet contrariũ, qđ vult facere , p principium propriũ , & est definitio propria. D.d. Et hoc est etiam manifestũ, q̃ sequit̃, &c.i. & est manifestum, q̃ actionẽ & passionem sequitur bonitas actionis & passionis, s. q̃ omne bonæ actionis est agens, & omne bonæ passionis ẽ patiens:& non conuertitur, s. q̃ omne agens sit bonæ actionis, & omne patiens sit bonæ passionis.& hoc intẽdebat cùm d necesse est.n. vt illud quod est bonę actionis,&c. D

Contra negantes potentiam, nisi cùm res F *sit in actu. Cap. 4.*

SVnt autem quidam, vt Megarici, qui dicunt tunc solum posse,cùm agat:cũ vero non agat, non posse. vtputa eum,qui non ædificat, ædificare non posse,sed ędificantẽ,cùm ædificat.similiter quoq; &de cęteris. Quibus quæ inconuenientia accidunt,non est difficile videre.Patet nanque, q̃ nec ædificator erit,si non ædificat. ædificatori

Vtũ Auer. 1 Epi. Tr. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G eatori enim esse ipsum posse ędificare est. sisr autem & de alijs artibus. Si igitur impossibile ē huiusce modi artes habere, nisi qñque discat, & accipiat, & non habere, nisi amittat aliqñ (aut enī oblitione, aut quadam passione, aut tempore. non. n. re corrupta. semper nanq; est) cùm cessauerit, non habebit artem. rursus autem statim ędificabit, qño accipiens? Et inanimata eriā sisr. nec enim frigidum, neq; calidū, neq; dulce, nec omnino vllum sensibile erit non sentientibus.

H quare Protagoræ opinionē accider eis dicere. Atqui nec sensum āliquid habebit, si non sentiat, aut operetur. si igitur ęcum ē, q̄ non habet visum, natura tamen aptum, & quando aptum, & item prout natura aptum est habere, ēdem sæpius in eodem die ęci, & surdi erunt.

Et quidam, ut Megarici, dicūt quòd potentia est apud actionē tantum. Vt ædificator cùm non ædificat non habet potentiam ædificato

I *riæ, sed qui ædificat, quando ædificat. & similiter in alys rebus. Et non est difficile scire quid accidit istis de impoßibili. Manifestū est enim quòd non erit ædificator, quā do non erit ædificas. essentia enim ædificatoriæ est essentia impoßibilitatis ædificatoriæ. & similiter in alys artificys. Quoniam, si impoßibile est vt ista artificia sint in aliquo tempore in eo, qui non ignorat in aliquo tempore, aut per* K *oblitionem, aut per actionem, aut per tempus, non recedet artificiū, quando destruitur apud finem rei, sed est semper. & , si accipiatur in eo aliquo modo, quomodo ē statim? Et erit simile huic sermoni in rebus inanimatis. non enim est calidum, aut frigidum, aut dulce, aut sensibile sine habentibus sensus. accidet enim eis dicere sermonē Protagoræ. Et etiam nihil habebit sensum omnino, nisi sentiat, aut intel-* L *ligat. si igitur cæcū est illud, quod non habet visum in tempore, i quo debet habere visum, & habet ēt naturam & esse, tunc illi ipsi erūt cæci multotiens in vna die, & surdi etiam.*

Cùm d. secundum quot modos dīr potentiæ, s. de actiua & passiua, & descripsit & numerauit ea. & dedit differentias inter rationalem earum, & irrationalē, vult loqui nunc cum negātibus potētias esse, & sunt illi, qui negant posse esse. Primus. n. Philosophus debet loqui de hoc cū istis, cùm ista opinio sit sophistica. Et d. Et quidam, vt Megarici, &c. i. & quidam negant potentiam præcedere secundum tempus illud, ad quod potest, dicendo, q̄ potentia, & illud, ad quod potest, sunt insimul, ex quo contingit nullam potētiam esse. potētia enim opponitur actui, & impossibile est vt existant insimul. & iste sermo existimat nunc à quibusdam loquentium. & est sermo contrarius naturæ hominis. Deinde dedit exemplum de hoc, & d. vt

A dicit, vt ædificator. i. opinatur, q̄ potentia ad ædificare est cū ædificare: & q̄ ædificator, qñ non ædificat, nō habet potentiam ad ædificare, quia non habet potētiam ædificandi, dū nondum ædificat. D. d. & similiter in alijs reb⁹. i. & similiter dicebat in alijs potentijs, s. qñ non præcedunt illa, in quæ possunt secundū tēpus. Deinde incœpit dicere impossibilia contingentia eis, & d. Manifestū est enim, &c. i. contingit enim eis q̄ ędificator non vere dicitur ædificator, nisi quando ędificat. & hoc est quasi impossibile. D. d. essentia enim, &c.

B idest, & cùm ædificator, qñ non ędificat, non habet posse ædificādi, tūc forma ædificatoriæ, quæ est ars ędificatoriæ, non est posse ædificare, s. qñ contingit, q̄ ædificator non dicitur ędificator qñ non ędificat, nisi per istud, quod est in eo de nō posse ædificatorię. & sic non est dīa inter istud, quod habet artem ædificatoriæ, qñ non ædificat, & inter illud, quod nō habet. D. d. & sisr in alijs artificijs. i. & similiter contingit in alijs artificijs, vt substantia artificij sit non posse suæ actionis: quod est

C valde impose. D. declarauit hoc & dicit. Qm, si impose est, &c. i. qñ, si ista ars non existit in eis, qui habent industrias, qñ non agunt, absq; eo q̄ accidit eis aliquid, quod corrumpat artem, aut oblivio, aut longa ęgritudo, continget necessario vt corrūpatur, qñ actio finitur. & est manifestum, q̄ ars non destruitur, neq; corrumpitur, quando perficitur ædificatum. sed ipse Arist. dimisit consequens, & destruxit ipsum. D. d. Et erit sisr huic sermoni, &c. i. & sisr cō tingit in rebus inanimatis, cū posuerimus, q̄ nō est in eis potētia anteq̄ agant, s. qñ cōtingit, vt non sit hoc D frigidū, aut calidū, & vlr tangibile anteq̄ tangat, neq; dulce, neq; amarū anteq̄ gustetur, & vlr nullū sensibile anteq̄ sentiat. & sic nullum istorum inueniē, nisi aīal inueniat, neq; in potentia, neq; in actu. & sic accidet eis opinari opinionē Protagoræ Sophistæ. D. induxit illud impossibile, & d. Et ēt nihil habebit sensum oīno, &c. & d. hoc, qa sentiēs, qñ nō sentit, est sentiens in potentia. &, si potētia non fuerit, sequit vt aīal nō sit aīal, nisi qñ sentit. D. d. si igitur cęcum, &c. i. si igit cęcum est illud, quod non habet visum in tēpore, in E quo naturaliter debet habere, & qui non inspicit aliquid non habet visum in tpe, in quo naturaliter debet habere, s. quia caret illo, quod innatum est habere in illo tpe, tunc hō erit cęcus, qñ non inspicit aliquid: & sic homo potest esse cęcus & vidēs multotiens in vna die. D. d. & habet etiam naturam & esse. i. & qui non videt apud eos caret illo, quod naturaliter debet habere in tempore, in quo non videt, & illa priuatio est in eo, sicut dispositio est in cęco: quia caret illo, quod naturaliter debet habere in tempore, in quo innatū est F habere. Sed est differentia inter cęcum & videns, quando non videt: quia cæcus non habet potentiam videndi, & clausi oculi habent potentiam videndi. & ideo, cùm auferim⁹ potentiam ab illo, qui non videt, in tempore, in quo non videt, contingit q̄ in illa dispositione sit cęcus.

Dīa ē inter cęcū & videns, qñ nō videt.

Itē, si impossibile id est, quod priuatur potētia, quod non fit, impose est fieri. qđ vero impossibile est fieri, qui dicit esse aut fu

turū

M Pōm⁹ hīc philosophū debere disputare circa negantes potentiā.

Potētia opponitur actui. Vide 1. de Aīa com. 6.

G turum esse, mentiet. impossibile enim hoc significabat. Vnde illę orationes & motū, & generationem perimunt. semp etenim & quod stat stabit, & quod sedet sedebit. si enim sedet, nō surget. impossē nanq; erit surgere, quod non est possibile surgere. Quod, si nō est possibile ista dicere, manifestum est q; potētia & actus aliud & aliud est, illæ vero orationes idem faciunt potentiam & actum. propter quod non parum quiddā quærūt perimere.

H *Et etiam, si illud, quod caret potentia, non habet potentiam, illud, quod non erit, non habet potētiam vt sit. & qui dicit, quòd illud, quod non habet potentiā vt sit aut erit, mentitur. quoniā non habere potentiam significat hoc. isti igitur sermones negant motū et iam, & generari. & stans erit semper stans, & sedens semper erit sedens. quoniam, si fuerit sedens non surget, quia non habet potentiā vt moueatur. Si igitur impossibile est dicere hos sermones, manifestū est potentiam esse aliud ab actu. isti vero sermones faciunt potentiam & actum esse idem, & sic volunt aliquid negare non paruum.*

I 6 Ideſt, si igit illud, quod caret potentia, non habet potentiā, manifestum est etiā, q illud, quod erit, non habet potentiā: & illud, quod non erit, manifestum est etiā, q non habebit potentiā: ex quo sequitur, q illud, quod erit, non erit. D.d. & K qui. &c.i. & qui d. q illud, quod non habet potentiā, non sic est aut erit, fallit necessario. cùm enim dicimus aliquid non habere potentiā, intendimus in hoc, s. nō habere potentiā ad esse. D.d. Isti igit sermones negant motū, &c. ideſt, & d. hoc, quia motus est perfectio eius, quod est in potentia: &, cùm non fuerit potentia, nō erit motus. Deinde dicit: & stans erit semper stās, &c. & hoc est intellectum per se. qm illud, quod non habet potentiā ad aliquid, nunquam ex illo erit illud, dum non habet potentiam. Deinde posuit omnia ista impossibilia quasi antecedens, & positionē quasi consequēs, & d. Si igitur impossibile est, &c. i. si igit est impossibile, vt omnia ista impossibilia sint, quæ cōtingunt negantibus potētiam præcedere actū, manifestum est, q potētia est aliud ab actu, & ante actū. Deinde dicit: Isti vero sermones, &c. & d. hoc, q, quando aliquid exit in actum, iam fuit in potentia, antequam exisset in actum. cùm igitur aliquis negauerit potentiā prędcedere secundum tempus, & est impossē vt sit in actu, cùm potentia & actus sint contraria, continget eis facere potentiam & actum idem. Et hoc est, quod d. q potentia est cum actu, est sermo quasi nihil. & d. & sic volunt negare aliquid non paruum. quia hoc esse, quod est in potētia, est quasi in medio entis simpliciter: & qui negant potentiam, negant primam materiam, & oēs motus, & generationē, & corruptionē, & omnes artes, quæ agunt per cogitationem, & voluntatem ad expellendum nocumentū, & ducendum iuuamentum.

Idē q̄ pōt. & actū.

L

Potēia & aliud ab actu & actum.

M

Qui negāt potētiā, negāt primā mām, & oēs motū, & oēs artes q̄ agūt p cogitationem.

Quare

A Quare contingit posse quidē esse aliquid, non esse aūt: & possibile non esse, esse vero. sīlr aūt in cæteris quoq; prædicamētis, quicquam posse ambulare, non aūt ambulare: & possibile non ambulare, ambulare. Hoc autē possibile ē, cui si illius insit actus, cuius potentiā habere dicitur, nihil impossē erit. dico aūt, vt si possibile sedere est, vt sedere cōtingit, huic si extiterit ipsum sedere, nil impossē erit. etsi moueri quicquā, aut mouere, aut stare, B aut sisti, aut esse, aut fieri, aut nō esse, aut nō fieri, sīlr. Nomen vero actus, qui ad perfectionē annectitur, aduenit ēt in alijs, maxime ex motibus. vr etenim maxime motus actus esse. Quare nō entibus nō attribuūt ipsum moueri, sed alias quasdam prædicationes, vt puta intelligibilia, & desyderabilia esse ipsa nō entia, nō aūt mota. hoc aūt, quia cùm nō sint actu, erūt actu. nō entiū enim quædā potētia sunt, nō autem sunt, qm actu non sunt.

C *Ergo possibile est, vt aliquid habeat potentiā ad esse, sed non est: et vt non sit illud, quod non habet potentiā. & similiter in alijs prædicamentis illud, quod non habet potentiā ad ambulare, non ambulabit, & illud, quod ambulat habet potentiā ad ambulationē. Potens enim est illud, quod, cùm habet illud, agit in quod dicitur posse: & nihil erit quod non habet potētiā. Verbi gratia si potest sedere cum* D *venit ad hoc sedere, nihil erit ad quod nō potest. & si moueatur aut mouebit, aut erigatur, aut erigat, aliud aūt est, aut erit, aut non est, aut non erit, similiter etiā magis. Et hoc nomen actio non venit, nisi illius, quod cū potentiæ cōplemēto, & cum alys ēt magis ex motibus. existimatur enī magis quòd actio ē motus. Et similiter nō attribuūt motum eis, quæ non sunt, sed attribuunt illud prædicamentis alijs, vt* E *dicuntur quæ non sunt esse cogitabilia, aut appetibilia, mobilia vero non. & illud est, ne sint in actu, cùm non sint in actu. quædā enim non sunt in potentia, & non sunt, quia non sunt in complemento.*

Ideſt, sequit igitur ex hoc, q posse 7 sibile est vt aliquid habeat potentiā, vt sit ens demonstratū, sed in rpe, in quo habet potentiam, est non ens.

D.d. & vt non sit illud, quod nō habet potentiam, &c.i. & vt non fiat illud, quod nō habet potentiā. Et in F alia translatione: Ergo posse est vt aliquid sit, cùm non sit ens, & impossibile est vt non sit & sit. i. ergo posse est in re, q non est, vt sit, cùm fuerit nō ens, sed est posse vt non sit, & erit post. D.d. & sīlr in alijs p̄dicamentis, &c.i. & sīlr est in vnoquoq; prædicamentorū, s. q illud, quod nō habet potentiā ad aliquod eorū, nō dis ponitur p illud, ad quod non pōt. v.g. in prædicamento actionis: qm quod non pōt ambulare, impossē est vt in aliqua hora ambulet. D.d. & illud,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G illud, qđ ambulat, habet potentiam ad ambulationē. i. & oē, qđ est ad aliquid, habet potentiā ad illud. D.d. nihil erit, qđ non habet potentiā, i. manifestū est igitur, ꝙ nulla actio prouenit ab aliquo, qđ non habet potentiā ad illam actionē. D.d exēplum, & d. v. g &c. i. v.g. qꝫ, si aliquis habet potētiā ad sedendū, illud est possibile vt sedeat. & hoc, qñ sedet, non agit actionē, ad quam nō habebat potentiā, sed agit illud, ad qd habebat potentiā. Et intendit, ꝙ querendū est à negantibus potentiam p̄cedere actionem, s. ꝙ, qñ aliqs agit

H aliquam actionem, vtrū agat illud, ad qđ habebat potentiā ante actionem, aut ad qđ non habebat potentiam: si ad qđ nō habebat potentiā, ergo agit impossibile sibi, & illud, ad qđ potest: ergo concedunt potē tiam præcedere actionē. Moderni aūt ponunt vnum agēs oīa entia sine medio, s. Deum & cōungit istis, vt nullum ens habeat actionē propriam naturaliter. &, cū entia nō habuerint actiones proprias, non habebunt essentias proprias. actiones en. non diuersāt nisi per essentias diuersas. Et ista opinio est valde extranea à natura hominis: &, qui recipiunt hmōi, non habent cerebrū habilitatum naturaliter ad bonū. D.d. Et si moueatur, &c. i. &, si quicquid mouetur, aut mouet, aut eleuet, aut eleuetur, aut est, aut erit, nō disponit per aliqđ istorū, nisi illud, qđ habet potentiā ad illud, s. qđ nō dicitur aliquid moueri, nisi qñ habet potentiam ad illud: & similiter non dicitur eleuare aut eleuari, nisi illud, qđ potest fieri: & similiter non dicit esse, aut fore, nisi illud, qđ potest eē, aut fore. D.d. aut nō erit, &c. i. & similiter cùm dr aliquid nō esse, K aut nō facere aliquid, dicitur ꝙ nō habet potentiam ad illud. D.d. Et hoc nomen actio, &c. i. & illa, quæ sunt composita ex complemēto, ex potentia, non dicuntur esse actio, qñ mouentur. Existimatur. n. ꝙ illud, qđ est in actu, est mobile, & ꝙ motus est actio. illa aūt, quę nō mouentur, nō dicunt esse actus: vt intelligibilia, & voluntabilia. non n. dicunt esse simpliciter, sed esse in anima, & in cognitione. Et hoc intendebat, cùm d. Et similiter non attribuūt, &c. i. v.g. ꝙ entia, quę nō sunt extra animā, non dicuntur esse simpliciter, sed dicuntur esse in anima cogitatiua, aut aīa appetitiua: sed non dicunt entia, sicut dicuntur res mobiles. D.d. & illud est, ne sint in actu, &c. i. & illud, qđ est in potētia, nō dr esse, quia entia in aspectu primo sunt illa, quæ mouent in actu. Et induxit hoc ad declarandū causam latentiæ, propter quam hoc nomen ens non dicit simpliciter apud vulgus de eo, quod est in potentia, & sit in anima in actu.

Ens dr sūme entia, non dicit ea

L pōt, si dicit ea i aīa cogitatiua, aut appetitiua vel.3. Me. c.11. & 12. de aīa. c.

Digressio contra loquentes in sua lege.

Si entia nō habuerint actiōes p̄prias, nō habebūt eēntias ꝓprias actiōes. n. nō diuersāt, nisi p diuersas essentias. Vide. 1. Cœli. 8.


I

Contra ponentes oīa possibilia. Cat. 5.

M SI autem possibile est quod dictum est, quatenus sequitur, manifestum, est ꝙ non potest verum esse dicere, ꝙ possibile quidē est hoc, non tñ erit. alioq quænā impossibilia sint, hoc modo fugiunt nos. dico autem, vt si quis dicat posse diametrum commensurari, non tamen commensurabitur, non cogitās quidnam impossibile sit: quia nihil prohibet aliqđ, possibile existens aut esse aut fieri, non

A non esse nec futurum esse. Attamen ex his, ꝙ posita sunt, illud necessario sequitur. quia, si supponamus esse, aut factum esse, quod non quidem est, possibile autē est, nihil impossibile erit. at accidet quidem. commensurari enim impossibile est. Enim uero non est idem falsum, & impotē. te nanq; nunc stare falsum quidem, sed nō impossibile est.

Si igitur hoc, quod dictum est,
B *sit possibile, aut necessarium, manifestum est, quòd impossibile, est vt sit verus sermo, dicens hoc esse possibile vt sit, sed nō erit, ita quòd sequitur ex hoc sermōe vt sint res, quæ ĩpossibile est vt sint. v.g. si alꝰ quis dixerit, quòd diameter mensura, quòd ipossibile est mēsurare. non n. cogitat hoc esse impossibile. nihil n. prohibet, cū fuerit aliquid, quod possibile est vt sit, aut vt generetur, vt non sit, neq; generetur. Sed hoc est necessarium ex positis, si fuerit, et posuerimus ipsum esse, aut fuisse illud, quod nō est, sed impossibile est vt sit: et accidit, quòd aliquid, quod non habet potentiā, ex dicere, quòd non habet potentiam secundum mensuram. Nam falsum, & non habere potentiam* E *est idem. sermo enim dicentis te esse modo surgentē, est falsus, sed nō habet ĩpotentiā, cū sit possibile.*



G 8 Si igitur illud, quod dictū est, sit possibile, aut necessarium, ſ. q̄ potē tia & posse precedunt actionem, manifestum est, q̄m impossibile est. vt aliqd possibile nunq̄ exeat in actū. D.d. ita q̄ sequitur ex hoc sermone, i. q̄m, cùm fuerit positum, q̄ aliqd possibile non erit, & est opinio* Platonis, sequitur impossibile ex positione istorum, ſ. vt sit illud, qđ impossibile est vt sit. D.d. v.g. si aliqs posuerit q̄ diameter impossibile ē vt sit symeter costę, & q̄ est symeter ei. D.d. non.n. cogitat, &c.i. istæ.n. duæ opiniones non congregantur H in vna cogitatione. qui.n. opinant, q̄ diameter impossibile est vt sit symeter, non cogitat de demonstratione super hoc, q̄ sit symeter. D.d. nihil.n. prohibet. &c.i. &, cùm aliquid fuerit possibile vt sit, forte erit, & forte nō erit. D.d. Sed hoc est necessarium expositis, i. & cùm sit impossibile illud, qđ pōt esse non esse, continget huic positioni, q̄ aliquid fuerit, qđ ante fuit impossibile vt esset. Et intendebat notificare, q̄ ista consecutio, quę est necessario vera, est econtrario ei, qđ ponunt negantes naturam esse potestate. cōtingit I .n. ponentibus aliquid esse, qđ ante nō fuit possibile, hoc. ſ. q̄ illud, qđ est possibile, nō erit omnino. D.d & accidit, q̄ aliqd, qđ non habet potentiam, &c.i. & sequitur hanc positionem, vt illud, qđ non habet potentiā, v.g. larus, quod nō habet potentiam ad mēsuram vt sit. D.d. Nam falsum, &c.i. & cōtingit dicentibus, q̄ erit illud, quod est impossibile vt sit hoc, q̄ falsum possibile, & falsum impossibile sint idem. Nulla.n. est differentia inter hæc duo falsa, nisi hoc, q̄ alterum p̄t recipere verum, & reliquum non pōt. &, cùm non K fuerit illic posse, qđ præcedat eē tei, tūc ponere ipsum esse, anteq̄ sit, est falsum impossibile, nō falsum possibile. D.d. exemplū, & d. sermo.n. dicentis, &c.i. & differentia inter hæc duo falsa, ſ. impossibile & nō ipossibile, est quia non impotē habet potentiā ad verum, impossibile autē non habet potentiam ad illud. v.g. quoniam dicere te esse surgentem, dum sedes, est dicere falsum, sed potest tamen esse verum in aliquo tēpore. dicere vero, quòd diameter est symeter costæ est dicere falsum, L quod nunquàm erit verum.

*a. l. Philonis.

Quę ēdēm inter falsū; potē, & inter falsum impotē.

Simul autem manifestum est q̄, si A existente, necesse est B eē, ita etiam A existēte possibile eē, necesse est B quoq̄ possibile eē. Nam, si nō necesse est possibile esse, nihil prohibet non esse possibile esse. sit itaq̄ A possibile. cū igitur A possibile fuerit eē, si ponetur ipsum A, nihil impossibile esse accidit. at tū ipsum B necesse ē esse. attū impotē erat. Sit igit impotē. q̄ si impotē, necesse est A eē, necesse ē et B eē. sed erat M A potē, ergo ēt B. Si igitur A potē sit, B ēt potē erit: si ita quidē se habebant, vt A exīte, necesse sit ēt B eē. Si itaq̄ sic se habēt ib⁹ A B, nō ita potē sit B, nec ipsū A B se habebunt, vt positū est. et si A potē exīte, necesse ē B potē eē, si A est, necesse est B ēt esse. possibile nanq̄ esse necessario B esse, si A potē, hoc significat, si A sit, & qū, & sicuti erat possibile esse, illud quoq̄ tūc, et ita necesse eē.

Et

A *Et cum hoc manifestū est quòd si A fuerit, necesse erit B. & similiter, si possibile fuerit vt sit A, necesse est vt B sit etiam possibile. Si igitur non fuerit possibile, nihil prohibet vt non sit possibile. si igitur A est possibile, cum igitur fuerit possibile A, si fuerit positū, accidet ut sit alicuius impossibilis. & si A fuerit positum necessario erit B. sed non est possibile. Cum igitur fuerit A, & B erit possibile, cum fuerint in hac dispositione; ita quòd sicut A, necesse est vt sit B. Si autem A, & B fuerint in hac dispositione, & si non fuerit B possibile in hac dispositione, neque A, & B erunt, sicut est positum. & si A fuerit possibile, necesse ē vt sit B possibile. & si A fuerit, etiam necessario erit B. quoniam possibilitas essendi B est necessaria esse, cū sit impossibile aliquid loco istum, si A fuerit. &, cū fue-* C *rit illud quod est impossibile vt nō sit, ergo & illa necesse ē vt sint cū fuerint, & vt sint in hac dispōne.*

9 Quia dicentibus, q̄ aliquid erit, quod est ipossibile vt sit, & sunt negantes, potēriam præcedere actum, contingit q̄ illud, quod est possibile vt sit, non erit omnino, incœpit destruere hoc ad destruendum potentiam eorum, ſ. dicentem aliquid eē possibile, quod nūquā exit in actū. & incœpit in hoc capſo præponere ad destruendum hanc positionē illa, quæ debent præponi, ſ. q̄ falsum D impossibile nō sequitur ex falso possibili. Alio modo vero vtimur hac propositione, quam intendit in hoc capſo declarare. i hoc, q̄ nihil habet potentiam ad corruptionem quin corrumpatur, aut ad generationē quin generetur, & q̄ nihil quod nō habet potentiam ad generationem generabitur, aut quod nō habet potentiam ad corruptionem corrūpitur. Sic declarabit, ponendo, q̄ in A est potentia ad corruptionem, & nū q̄ corrumpetur: deinde ponatur, q̄ A corrumpit: & ista positio erit falsum possibile, non impossibile. qđ E eoim habet potentiam ad aliquid, si fuerit positum f actu erit falsum, sed non impossibile. falsum. n. impossibile est illud, in quo non ē potentia. Cùm enī posuerimus A corrumpi & nō corrumpi, sequitur in tertia figura. q̄ quiddam, quod nō corrumpitur, corrumpitur. Et, cùm fuerit positū, q̄ hoc falsum impossibile non sequit ex propositione possibili, erit scitū, q̄ propositio, ex qua sequitur impossibile, est dicens, q̄ illud, in quo est potētia ad corruptionem, non corrumpitur. & proponit ad declarandum hoc, q̄ ex possibili M non sequitur impossibile. & hoc fecit in Prioribus analyticis, & in Cœlo, & mundo Et d. Et cum hoc, &c. Expō text. i. & est manifestum q̄, cùm fuerint duo, quorum alterū sequit reliquū, v.g. q̄ A sequitur B, si A fuerit necessarium, B erit necessarium: & si possibile, possibile: & si A fuerit, B erit. Et, quia syllogismus & conclusio sunt consequētia, est necessariū q̄, cùm syllogismus fuerit ex propositionibus necessarijs, conclusio erit necessaria: &, si ex possibilib⁹, possi

G bilis. D.incœpit dicere hoc, & d.Si igitur non fuerit posse, &c.i. si ergo conclusio,quæ est B,non fuerit possibilis,& est cõclusio syllogismi possibilis,s. A,ponatur ꝙ B sit non possibile,s. falsum impossibile. D.d.si igitur A est possibile.i ponatur igitur,ꝙ A est possibile, & B impossibile. D.d.cùm igitur fuerit possibile, &c.i.si A fuerit possibile,&fuerit positum esse in actu,continget vt conclusio,quæ sequitur ex ipso, sit impossibilis:ergo A est impossibile nõ possibile:sed positum fuit A eẽ possibile.& hoc est incõueniens. qm B,
H cùm non fuerit,non erit A.qm positum fuit ꝙ,cũ A fuerit, erit B. D.d. Cùm igitur fuerit A,& B, &c. i. necesse est igitur,si A fuerit possibile, vt B sit possibile,cum fuerint in hac dispositione,s.ꝙ B sequit ex A, erũt A & B possibilia,s.syllogismus & cõclusio, cùm fuerint posita in hac dispositione,s.ꝙ B sequat ex A. D. d. Si autem A,& B fuerint I hac dispositione,&c.i.si autem A,& B fuerint sm ꝙ positum est de consecutione, & B nõ fuerit posse, A ẽt non erit, sicut est positum.i.non erit possibile.
I D d.& si A fuerit possibile, &c.i.manifestum est igit ex hoc ꝙ, cùm A fuerit possibile, B necessario erit possibile.&,cùm A fuerit, B necessario erit.D.d.qm possibilitas essendi B, &c i.qm possibilitas essendi B est necessaria p possibilitatem essendi A. D.d.cùm sit impossibile, &c.i. cùm sit impossibile aliquid in loco isti⁹, s.cum A fuerit vt sit B: & similiter si A fuerit in alia dispositione, B impossibile est vt sit,nisi in illa dispositione. D.d. ergo necesse est vt sit B, cum fuerit A,& vt sit in illa dispositione essendi,in qua est A.

Quæ potentiæ præcedente opere in vestigium K
significantur, quæ vero non, & quo pacto potentiæ ad actum deducantur. Cap. 6.

CVm autem oĩum potẽtiarum q̃dam natura nobis insitæ sint,vt sensuum:q̃dam consuetudine, vt tibijs canendi:q̃dam doctrina vt artiũ, has quidem necesse est eos, qui primo operati sunt,habere, quę cunq;.s. consuetudine & ratione. q̃cunq; vero nõ tales,& q̃ patiendi potentiæ sunt,non est necesse. Q̃ũ vero qd̃ põt, aliquid L
põt,& aliq̃n,& aliquo modo,et q̃cunq; alia necesse est adesse in definitione:& q̃dam quidẽ rõne possunt mouere,& potentiæ eorum cum rõne,q̃dam vero irrationalia,& potẽtiæ irrõnales, &illas quidem necesse est in aĩato esse,has vero in ambob⁹:huiusce modi quidem potẽtias necesse est,vt cum quoad possint actiuum & passiuum approximent,hoc quidẽ faciat,illud vero patiat̃,illas vero nõ est necesse.hæc.n.oẽs,vna vnius factiua, M
illæ vero contrariorum. Quarẽ, simul ne faciat cõtraria? hoc vero impossi est. Necesse est igitur aliud quiddam esse,quod dñet. dico autem,siue appetitum, siue electionẽ.quodcunq;.n.appetat, principaliter hoc faciet, est quoad possit,proximet passiuo. Quare oẽ sm rõnem potens necesse est vt,cùm appetat id,cui⁹ potentiam hẽt,& vti hẽt,hoc faciat,hẽt aũt passiuo præsente,et sic

A sic se habente,facere.sin minus, facere nõ poterit.nullo.n.intrinsecus prohibente,separationem faciendo,nihilo op⁹ amplius ẽ: potentiam.n.hẽt, vt eius q̃d est potestate faciendi. at non q̃ũcunq;,sed aliquo modo se habẽtibus,à quibus separabunt etiã extrinsecus prohibentia. removentur.n.hæc eorum quædã, q̃ in definitione assunt. Quare nec si simul velit aut desyderet duo, aut cõtraria facere,faciet. nõ. n.
B ita potẽtiam eorum simul hẽt, nec est potentia simul faciendi, at quorum est,ita faciet.

Et,cùm fuerint oẽs potentiæ,et C
q̃dam habent vnum genus, vt sensus: & q̃dam per additamentum, vt musica: & quædam per doctrinam: vt artificiorum: ergo necesse est vt quædam sint in eis, quorum actio præcedit,et sunt omnia, quæ sunt per consuetudinem,& locationem.quæ autem non sunt talia,sũt ista,quæ sunt per passionem,& nõ est necesse vt sint sic.Et,cum possibile est aliquid,possibile est in aliquo tempore,& quodammodo,& per omnia,q̃ debent distingui necessario:& illa,quæ possunt ad motum,sunt secundum rationẽ,& potentiæ eorum ẽt sunt cum ratione etiã:ergo q̃ non habent rationẽ potentiæ, eorum non habent rationẽ etiam. & est necesse illa esse ĩ animato,ista vero in vtroq;. potentiæ

aũt,q̃ sunt tales, quando appropin D
quantur,secundum quòd est possibile eis,de actiuo & passiuo, necesse est vt q̃dam agant,& quædam patiantur,aliæ vero non est necesse. vnaquæque enim omnium ista-rum agit aliam, illa vero agunt contraria. Ergo agit contraria insimul: quod est impossibile. Ergo necesse est, vt dominus dicens sit aliud. & hoc est appetitus, & voluntas. quoniam non aget nisi illud,quod appetit in rei veritate, cùm fuerit secũdũ suam E
potentiam, & fuerit propinquum passiuo.Ergo oẽ,quod habet potentiam secundum rõnem, necesse est cum fuerit appetens illud,quod habet potentiam,vt agat illud,& secundũ quòd habet de appetitu etiã semper erit, cum passiuum fuerit propinquum, & habuerit potentiam actionis in hac dispositione. & si actio potest ad hoc, & non indigetur addere in sermone, nisi fuerit aliquod extrinsecum, quia F
potentia est in eo, & quasi hoc in potentia actionis est additamentum.& hoc non est omni modo,nisi in eis,quæ sunt quodam modo: et in hoc erit diuisio, & additio, & per res extrinsecas prohibentes, & quia ista diminuunt quædam in diuisione. Et ideo, si voluerit & appetierit agere contraria insimul, non aget: quia non habet

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *potentiam ad illa secundum hanc dispositionem, & etiam non habet aliquam potentiã, qua agat cũ illo, quod potest agere hoc modo.*

10 Idest. Et cùm potentiæ modi sint diuersi, quædam existunt p naturã, & collocantur sub vno genere, s. natura, s. q conueniunt in hoc, q existunt per naturam, v. g. sensus: & q̃dam existunt per assuetudinem, & q̃dam p disciplinam, v. g. vt plures artes agentes, v. g. vt ars Medicinæ, & aliæ artes operatiuæ, q̃ vtunt rõne. Et d. hoc, quia artes operatiuę, q̃dam acquirunt p assuetudinem, & quædam p rationem, & quædã per rationem & assuetudinem. Et, cum narrauit modos potentiarũ, d. ergo necesse est, &c. i. ergo necesse est, vt potentiæ & habitus præcedant actiones illarum potentiarũ & habitum. qui. n. tangit citharam, non acquireret habitum tangendi citharam, do nec tangat illam. D. d. quæ autẽ nõ sunt &c. i. potentiæ autem naturales præcedunt suas actiones in esse. qui enim hẽt potentiam visibilem, non est necessarium in hoc q acquirat I hanc potentiã hoc, s. q ante videat. D. d. Et cum posse est, &c. i. &, cùm posse est aliquid, ẽ posse in aliquo tpe & in aliquo mõ possitatis, & vlt. oẽs dispositiones, q̃ debẽt distingui necessario in quolibet possibili. D. d. & illa, q̃ possunt ad motũ, &c. i. & cũ illa, q̃ possunt aliquam actionẽ, fuerint rationabilia, potẽtiæ eorũ agẽtes erunt coniunctæ cũ rõne. & intẽdit, q ratio est primus motor in eis. D. ergo quæ non habent rationem, &c. i. ergo omnis potẽtia, cui⁹ actio non prouenit à ratione, est absoluta à ratione. D. d. & est necesse, &c. i. & est necesse vt illa, quæ sunt cum ratione, sint in animato: & quæ non sunt cum ratione sint in vtroq;, s. in animato & in inanimato. D. d. potẽtiæ autem, quæ sunt tales, &c. i. potẽtiæ vero, quæ sunt sine ratione, q̃ agens appropinquat acto, & nõ est illic aliquod impediens extrinsecũ, necesse est vt agens agat, & patiatur patiens. v. g. q, quando ignis appropinquat alicui combustibili, & non fuerit illic aliquod impediens, necessario comburet. D. d. aliæ autem, &c. i. aliæ vero potentiæ, s. quæ sunt cum ratione, non est necesse, q̃ appropinquant suis agendis, vt agant. L q̃ vnaquæq; illarum agit alterum contrariorum tm̃, quæ autem sunt cum ratione, agunt duo contraria. scientia enim est scientia contrariorum. D. d. ergo agit contraria insimul: quod est impossibile. i. sed, si agit duo contraria per se & primo, continget ex hoc vt agat duo cõtraria insimul: quod est impossibile. D. d. Ergo necesse est, vt domin⁹ dicẽs sit aliud. i. ergo necesse est vt in istis sit principium prius potentijs mouentibus, quę sit causa in hoc, q agunt alterum contrariorum quãdoq;, & alterum q̃q;. & vniuersali M ter necesse est vt aliquid sit, quod faciat magis agere alterum contrariũ q̃ alterum: & hoc est verum principium. D. d. & hoc est appetitus, & voluntas. i. & hoc principium, quod facit magis agere alterum contrariorum, est appetitus, & voluntas, quæ est ab intellectu. appetitus. n. cũ fuerit alterius contrariorum, tũc actio agentis pendet ex illo contrario, & fit à voluntate. D. d. q̃m non agẽs, &c. i. & istæ potentiæ non agunt de contrarijs, nisi illud, quod magis appetunt

K

Abstinẽtia appetitus magis fugit & refugit vitium

Artes operatiuæ quot

H

modis acquirant.

Potẽtia agẽtis naturalis duo opposita nisi successiue non producit.

A petunt, aut appetitu intellectus, aut appetitu imaginatiõis. Et d. fm suã potentiam: quia q̃q; appetit, quod non põt acquiri. Et d. q̃n fuerint ꝓpinqua, quia propinquitas est necessaria, & est cõis duabus potentijs, s. rõnali & irrationali. D. d. Ergo omne, quod habet potentiam, &c. i. ergo necesse est, cùm ratiocinatus habuerit magnum appetitũ ad illud, quod potest agere, vt agat illud fm suum appetitum & suum posse: sed non agat, nisi q̃n patiens fuerit propinquum ei, & habuerit in tempore actionis istam dispositionẽ, quã dicimus, s. appetitum, & potentiam B ad agere. D. d. & si actio potest, &c. i. & non indigemus cum hoc, q potẽtia possit agere, & addere, nisi aliqd extrinsecum impediat. q̃n sufficit ī hoc, quod dicimus, q potentia possit agere: q̃n, cùm fuerit illic impediens, tunc potentia non poterit. & hoc intendebat, cùm d. quia potẽtia est in eo. & ideo impedimenta in q̃busdam virtutib⁹ sunt per accidẽs. D. d. & quasi hoc in potentia actionis est additamẽtum. i. & dicere hoc in potẽtia actionis est superfluum. D. d. & hoc nõ est omni modo, &c. C i. & non excipiunt impedimenta extrinseca in omni potentia, sed in ali quo modo possibili. & in istis, quãdo distinguit potentia actionis, dẽ q potẽtia ad actionem dominatur super agendum, & impedimenta extrinseca auferũtur. D. d. & quia ista diminuunt quædam in diuisione, i. q̃n in istis, q̃n non distinguit potẽtia agentis his duobus modis, tũc intellect⁹ erit diminut⁹. D. d. Et ideo, si voluerit, &c. i. & necesse est vt potentia agentis ad actionem sit cũ appetitu, & tunc inueniet actio. q̃n, si appetiuerit agere cõtraria insimul, D non potest, quia non habet potentiam ad illa insimul. D. d. & etiã nõ habet aliquam potentiam, &c. i. & ideo non habet aliquam potẽtiam, qua agat illud, quod potest agere sẽcundum hunc modum, s. agere duo contraria insimul.

SVMMA SECVNDA.
De Actu.

Quid, & quale sit id, quod actu dicitur.
Cap. 1.

VIA Auer. 1 Epi. Tr. 3. E

CVm autem de potentia, q̃ fm motum dr̃, dictum sit, de actu determinemus quidnã actus, & quale quid sit. etenim posse quoq; simul manifestũ erit si diuiserimus, q non solum hoc dicim⁹ posse, qđ natura aptũ sit aliud mouere, aut moueri ab alio, aut simpfr, aut q̃dã mõ, sed ẽ aliter. propter quod cùm inquiramus. de his etiam tractabimus. Est aũt actus, rem existere, nõ ita quemadmodum dicim⁹ potestate. Dicimus autem potestate, vt in ligno Mercuriũ, & in tota dimidiam, eò q auferri pos F sit. & scientem ẽt illum, qui non speculatur, modo speculari possit. est autem hoc actu. Manifestum aũt quod dicere volumus per inductionem ī singularib⁹. & non oportet omniũ definitionẽ quærere, sed ẽt quod proportionale est conspicere. q̃m vt q̃dificans ad q̃dificatiuum, & vigilans ad dormiens, & videns ad conniuens habens tm̃ visum, &

G segregatū à materia ad materiā, & elaboratū ad inelaboratū. huius aūt dr̄iæ alteri parti actꝰ applicatꝰ fit, alteri vero poſſe. Dr̄r aūt actu non oſa ſitr̄, ſed proportionalr̄. vt hoc ī hoc, aut ad hoc, ita illud ī illo, aut ad illud ī illo, aut ad illud. q̄dā. n. vt motus ad potentiā, q̄dā, vt ſiūba ad aliquā materiā. Alr̄ aūt infinitū & vacuū, & q̄cunq; huiuſcemodi, q̄ pleraq; entiū potentia & actu dr̄r, vt q̄ videns, ambulans, & visum. etenim hæc quidē cōtingunt, & ſimplr̄, & q̄ñq; vera eē. visum enim hoc quidem quoniam videtur, hoc vero quoniā videri poſsibile eſt. infinitum vero non ita potentia eſt, vt actu futurū ſeparatum, ſed cognitione. etenim potentia eſſe hunc actum attribuunt diuiſioni, ne deficiat, non autem vt ſeparet. H

Sequens textus, quamuis reperiatur in Græco exemplari, tñ a nullo vnq; ex Latinis fuit cōſyderatus, præterq; à Dño Chriſtoforo Strozza Florentino nobili & eruditiſsimo viro græcarum literarum peritiſsimo, qui, cum in Mſanio Gymnaſio græcas literas doceret, nō ſolum hoc animaduerſione dignum putauit, ſed & tranſtulit, verum etiam doctiſsime ipſum publice interpretatus eſt. I

Quoniam vero actionum, quarum eſt terminus, nulla finis eſt, ſed ex his, q̄ circa finē, vt extenuandi tenuitas ipſe eſt, ipſa aūt q̄ñ extenuauerit ſic ſunt in motu nō exiſtentia ea quorū cauſa eſt motus, non ſunt hæc actio, aut ſaltē non perfecta, non. n. finis, ſed illi ineſt finis & actio: vt videt. verum etiā ſapit & intelligit, & intellexit, ſed non diſcit, & didicit, nec conualeſcit & cōualuit, bene I viuit & bene vixit, ſed etiam fælicitate fruitur & fructus M eſt. ſin oportebat aliquādo ceſſare, vt q̄ñ extenuauerit, num autem non, ſed viuit & vixit, harum quidem alias motus dicere, alias autem operationes. Omnis motus imperfectus extenuatio, diſciplinatio, itio, ędificatio. Hæc enim ſunt motus & imperfecti profecto. nō. n. ſimul it, & iuit, nec ędificat & ædificauit, nec fit & factū eſt, aut mouetur & mouit, ſed diuerſum, & mouet & mouet. vidit aūt & videt ſimul idem, & intelligit, & itellexit: Huiuſmodi igitur appello operationē, illā autem motum.

Et

A *Et, cùm dictum eſt de potētia, quæ eſt ſecundum modum motus, diſtinguemus actū. & quæſtio eſt quid ſit actus, quoniā hæc diſtinctio manifeſtabit etiam poſsibile. nō. n. dicimus hic tantum eſſe poſsibile mouere aliud, aut moueri ab alio ſimpliciter, aut aliquo modo, ſed et ſecundum aliū modum ēt. & ideo apud noſtram quæſtionē dicemus iſta etiam. Quod eſt igitur in actu eſt vt ſit res non in diſpoſitione, in* B *quæ dicitur eſſe potentia. Et hoc, quod intendimus dicere, declarabitur per ſermonem & rationem ſequentem in rebus ſimplicibus. & non oportet quærere definitionem omni modo, ſed conſyderatio eſt de rebus, quæ dicuntur ſecundum conuenientiam. quoniam ſicut proportio ædificatoris ad ædificatum, & vigilantis ad dormientem, & videntis ad clauſum oculos quod habet viſum, & abſtracti à mate-*C *ria ad materiā, & artificiati ad artificem. ſint igitur alterius duarum partiū iſtius diſtinctionis actus per ſe, & alterius potentia. Et nō dicuntur de oibus, quæ dicuntur potentia eodē modo, ſed dicuntur aut ſecundum conuenientiam, ut ſit ad hoc, hoc et in hoc, aut ad hoc. quædam enim ſicut motus ad potentiam: & quædam ſicut ſubſtantia ad aliquam materiam. Et alio modo dicitur, quòd infinitum, & vacuum etiam, & omnia, quæ ſunt* D *talia in potentia & actu plurium prædicamentorum, vt dicitur in viſu, & ædificato & inſpecto. quoniam in iſtis poſsibile eſt vt actus ſit verus, & ſimpliciter etiam. illud autem, quod aſpicitur, quia videtur, & aliud, quod habet potentiam vt videatur. infinitum autē non eſt in potentia aliquo modo, ſicut illud, quod eſt ſeparatum in actu, ſed ſecundum cognitionem. neceſſe eſt enim vt iſte actus ſit* E *in potentia, ne diuiſio finiatur, et non vt ſit ſeparatum.*

Ideſt, & cùm omnia iſta diximꝰ 11 de potentia, quæ in mobilibꝰ, loquemur de diſtinctione illius, quod ſignificat hoc nomen actus. & q̄ſtio primo eſt quid ſit actus. D. d. & quę ſtio eſt, & c. i. & quæſtio, ī qua eſt error, eſt ſcire primo quid ſit actus, & quæ ſint differentiæ eius. quoniam diſtinguendo illum per definitionem, diſtinguetur poſſibile etiam ſecundum definitionem eius: cum poſſe ēt non intelligat, niſi in reſpe- F ctu actus. D. d. non. n. dicimus, & c. i. & cā, pp quam indigemus definire actum in ſciendo poſſe, eſt, q̄ñ, cum dicimus, q̄ aliquid pōt mouere aliquid, & moueri ab alique, non dicimus hoc ſimplr̄, ſed in reſpectu. q̄ñ vnaquæq; iſtarum potentiarū non intelligitur niſi in reſpectu actꝰ. D. incœpit deſcribere actū, & d. Quod eſt igitur in actu, & c. & iſte ſermo eſt intellectus per ſe. D. d. Et hoc, q̄d intendimus dicere, & c. i. & hoc, quod diximus in deſcriptione actꝰ,

Vnaquæque potentia non intelligit nisi in reſpectu actus. Idē infra te. c. 10.

GG iiij declā-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G declarabitur ex inductione. & hoc intendebat p sermonem sequentē, cùm dixit, q̄ ista descriptio apparebit, qñ consyderauerim⁹ quid significat actus in vnaquaq; rerum, quæ dr̄ esse in actu. nihil n. aliud intendimus q̄ hoc, s. quod est i dispositione, in qua non est, cum fuerit in potentia. & sic̄r aliquid esse in potentia significat, q̄ est in dispositione opposita dispositioni, in qua est in actu. &, quia actus & potentia sunt relatiua contraria: & vtrunq; relatiuorum accipitur in definitione alterius: & non accidit inde malum.

Actꝰ & potentia sūt relatiue contraria.

H Et d. & non oportet quærere definitionem omni modo, i. & non oportet quærere definitionem in omnibus rebus eodem modo. definitiones. n. rerum non relatiuarū debēt esse alio modo à definitionibus rerum relatiuarum. D.d. sed consyderatio est de rebus, quæ dr̄ fm conuenientiam. i. sed definitio, quā quærimus hic est alio modo: cùm consyderatio hic est in rebus, quæ dicunt̄ fm compatationē adinuicem, s. in rebꝰ relatiuis. D.d. exemplum, & d. qñ, sicut proportio, &c. i. qñ sicut

Relatiua seinuicem definiunt, & non accidit inde malū. Idē i porphyrio cap. de specie.

I ædificans dicitur in respectu ædificati, & ædificatum in respectu ædificātis: & dormiens in respectu vigilantis, & vigilans in respectu dormientis: & videns in respectu clausi oculorum, & econuerso: & forma in respectu materiæ, & econuerso: & artifex in respectu artificiati, & econuerso, & sic̄r est in suis definitionibꝰ, cū significatio definitionis debeat esse æqualis significationi nominum.

D.d. sint igitur alterius, &c. i. sint igitur hæ duæ definitiones actus vniuersalis. quod autem significat vtrūque istorum in vnaquaq; specie est diuersum; non consist. D.d. sed dr̄ K aut fm conuenientiam, &c. i. qñ q̄dam de quibusdam dr̄ fm conuenientiam & proportionalitatē, sicut dr̄ hoc nomen potentia de duobus fm proportionalitatem eorū. & hoc intēdebat, cùm d. vt sit. i. vt hoc nomen potentia dr̄ de duobus, quorū proportio alterius ad illud, ad quod comparatur, est sicut proportio reliqui ad illud: & hoc per hanc præpositionem ad, aut alias prępositiones. D.d. exemplum, & d. quędam enim sunt sicut motus ad potentiam, &c. i. v.g. in eis, quæ dicuntur fm ꝓportionalitatem, est dicere potentia ad L motum, & potētia, q̄ est in materia ad formam: proportio. n. potentiæ, q̄ est in moto ad motum, est ꝓportio potentiæ, q̄ est in materia ad formam. D.d. Et alio modo, &c. i. & potentia dicitur alio modo ab eo, qui dr̄ fm conuenientiam: v.g. dicere, q̄ infinitum est in potētia. & intēdit, q̄ non intelligitur hic p potentiam potentia, quæ dr̄ respectu actus, ista enim est finita, sed intelligit̄ cùm dicitur infinitum est in potentia, i. q̄ semper potentia associatur ei, vt dictum est in Physicis. D.d. & vacuū. M i. & sicut sermo dicentis, q̄ vacuum est in potentia in corporibus non actu, & sermo dicentis, q̄ in materia est potentia ad formas infinitas est de hoc genere. D.d. & omnia, q̄ sunt talia in potentia, &c. i. & omnia, quę dr̄ in potentia & actu fm conuenientiam, inueniuntur in pluribꝰ speciebus entium. vt dr̄, q̄ in visu & in ędificato, & inspecto. i. qñ dicitur q̄ visus quidam est in potentia, & quidā in actu. & sic̄r visum quoddam est in actu, & quoddam in potentia. & sic̄r de ædificante & ædificato Et, cū indu-

Proportio q̄ē in moto ad motū, est proportio potentiæ q̄ē in mā ad formam.

A induxit istos duos modos potentiæ, s. qui dicitur fm conuenientiam, & qui nō dr̄, incœpit distinguere eos, & d. qñ in istis possibile est vt actus sit verus, &c. i. potentiæ autem, quæ dr̄ in rei veritate, possunt exire in actum in aliquo tpe, ita q̄ in eis nō remaneat potentia aliquo modo: & tunc erit verum dicere eas exire in actum simplr̄, non in actum incōpletum. D. induxit exemplum prædictum, & d. illud autem, quod aspicitur, quia videt. i. illud autem, q̄d est visum in potentia, potest exire in actum, qñ in aliqua hora aspexerit aliquis ad ipsum, qñ in illa hora erit visum in actu. & similiter aspiciens illud in potentia potest aspicere illud in actu, quia habet potentiā ad hoc. D. induxit fm modum, & d. infinitum autem, &c. i. dicere autē, q̄ infinitum est in potentia, non intendimus potentiā, quę exit in actū, ita q̄ non remaneat in eo potētia oīno. & hoc dixit, q̄ declaratum est in Physicis, q̄ si ista potentia exiret in actum, tunc infinitum esset i actu: q̄d est impossibile. qñ signū istius potentiæ est non cessare, neq; separari ab illo, ad quod potest. & ipsum

B

C nō potest, nisi ad singulas partes eiꝰ, quod exit in actum rei, cuius exitus est infinitꝰ. Et de hoc genere est potentia accepta in definitione motꝰ, quoniam, si ista potentia exiret in actum, desttrueretur motus. Et d. q̄ ista potentia non potest esse separata, sed fm cognitionem: qñ illud, quod est separatum ab ea est illud, quod intellectus intelligit in actu. & iste modus potentię inuenitur in tēpore, & in motu, & in diuisione quātitatum, vt dictum est in Physicis.

Deinde d. necesse enim est, &c. i. & D necesse est vt ista potētia sit in istis rebus non separata definens, neque res ifinita reuertatur finita. v.g. qñ potentia, qua diuidit mensura, si finiretur, tūc finiretur diuisio: quod est impossibile.

Quidnam igitur, & quale q̄d sit, quod actu est, & his & huiusmodi manifestum nobis sit.

Quando aliquid dicendum est potentia esse, & quando non. Cap. 2.

Vīd Auer. i Epi. Tex. 3.

QVādo aūt potentia vnū quodq; est, & qñ nō, determinandū est. Nō enim qñcunq;, vtputa terra nō est potentia? An non, sed magis cùm iā fuerit semen. nec hoc adhuc fortasse. quēadmodum nec à Medicina quodcunq; vtique sanet̄, nec à fortuna: sed aliquid est, q̄d pōt̄ est, & hoc potē tia sanum. Definitio vero eius, q̄d à mente actu fit, ex potentia ente est, qñ q̄d vult fiat, nullo eorū q̄ extrinsecꝰ sunt, prohibēte. ibi. n. in eo qui sanat̄ est, cùm nihil eorū q̄ in eo sunt, prohibeat. sic̄r aūt potentia & domus; si nihil eorum, q̄ in ea re & in materia sunt, vt domꝰ fiat, ꝓhibeat, nec est, quod aut addat̄, aut tollat̄, aut mutet̄, hoc ē potentia domus. Similiter autem in cęteris, quorum extrinsecus generationis principiū, & quorū in habēte ipso, q̄cunq; nullo exteriori ꝓhibente p seipsa erunt: quale semen nondū est, oportet nāq; in alio esse, & transmutari. cùm autem iam p suum principium tale fuerit, hoc iam potentia est, illud,

E

F

G Iud vero altero principio ídiget. quemadmodũ terra nondũ est potentia statua: transmutata nã que æs erit. Vr aũt esse quod dicimus, non hoc, sed illiusmodi. vt arca non lignũ, sed lignea: neque lignum terra, sed terreũ. rursus terra, si sic non aliud, sed qđ illiusmodi, ipsum semp potẽtia simplr posterius est. vt arca, neque terrea, neq; terra, sed lignea. hoc.n. potentia arca, & materia arcæ hæc. simpliciter quidẽ eiꝰ, quod simpliciter est, huius autẽ hoc lignum. Quòd si est aliquid
H primũ, quod non secũdũ aliud dr illiusmodi, hoc prima materia. vtputa, si terra aerea, aer vero non ignis, sed igneꝰ, ignis prima materia est, tanq; quodquid & substãtia. hoc.n. vlẽ, & subiectũ differt, eò q̃ est qđ quid aut non est. vtputa quod subñcitur passionibus, homo, corpus, & aĩa: passio vero musicũ & albũ. dr aũt, musica adueniente illud nõ musica, sed musicũ: & hõ, nõ albedo, sed album: nec ambulatio, aut motus, sed ambulãs, aut
I motum, sicut ipsum illiusmodi. Quæcunq; igit ita vltimũ substantia est. quæcunq; aũt nõ ita, sed forma aliqua, & qđ quid est quod prædicat, vltimum materia & substantia materialis est. Et recte sanè accidit illiusmodi dici fm materiã, & passiões. ambo etenim indeterminata sunt.

Declaratũ ẽ igitur quid sit actus, & qualis ẽ, ex istis sermonibus, et similibus. Distinguemus igitur in K *vnoquoq; particulariũ, quãdo ẽ in potẽtia, & quãdo nõ. Quoniã, neq; erit semper, neq; simile. nõ.n. hõ est ĩ potẽtia illud, ex quo ẽ, sed sperma quãdo perficitur sua generatio, & quãdo nõ fuerit tale. & rectũ ẽ vt sit, sicut nõ sunt illa, q̃ sunt oĩum, q̃ sunt in Medicina, neq; casus etiã: sed aliquid est, quod habet potẽtiã, & hoc est virtus vel potentia sanans. Et definitio eius, quod est in actu, est secũdum perfectionem ex* L *illo, quod est in potentia, quãdo voluerit vt sit, & nullũ prohibet extrinsecum. illud vero in eo agit sanitatem, quando non prohibet aliquid in eo. & similiter etiã domus in potentia, si nõ prohibet aliquid, ex quibus est vt sit domus: illud.n. quod est possibile vt sit additio talis, & diminutio & transmutatio est in eo. hæc igitur est domus ĩ potentia. Et similiter in alijs rebus,* M *quarum principium generationis est ab extrinseco. & etiam omnia, quorum principium generationis est in illo, cuius est omnia, per quæ nullum erit eorum, qui sentiuntur ex extrinseco, ut sperma. quoniam, non quando fuerit in alio, transmutatur, sed quando fuerit sicut hoc per principium quod habet, tunc erit in potentia, illud autem indiget alio principio. Vt terra, quæ nõ adhuc est idolum in potentia: &*

si trans-

A *si transmutatur, erit cuprum. Et videtur vt sit illud, quod dicitur, non hoc, sed de quo. v.g. arca, quæ non est lignum, sed lignea: neq; lignum terra, sed terreum. & ẽt terra, si dicitur hoc modo, nõ alterius, sed de quo semper, & ẽ illud, quod est in potentia simpliciter, & est aliud. Vt arca, q̃ nõ terrea, neq; terra, sed lignea. et ideo hoc est in potẽtia arca, & est materia arcæ, simpliciter vero illud quod est simpli-*
B *citer, istius vero istud lignum. Et si aliquod primum non dicitur de alio solo, hæc est prima materia. v.g. si terra fuerit aerea, & aer non est ignis, sed igneus, ignis erit prima materia, cum non sit hoc. est enim differentia inter vniuersale et subiectum passionum. Vt homo, & corpus, & anima: & passio, vt musicus, & albus. illud autem, in quo est musica, non dicitur musica, sed musicus: neque homo dicitur albedo, sed albus, neq; ambulatio, neq; motus, sed ambulans & motum sic dicitur de quo. Omnia igitur, quæ sunt secundũ hunc modum vltimũ eorum est substantia. et oĩa, quæ non sunt talia, sed sunt alia forma, et hoc prædicabile, vltimũ eoris est materia, et substantia materialis. Et accidit. superfluum in hoc, quod dicitur de materia & de passionibus: quoniam vtunque est indefinitum.*

Declaratũ ẽ igitur, &c i. declaratum est igitur quid sit actus, & q̃ est dria eius, & quid sit potentia, & quæ est dria eiꝰ ex istis sermonibus ꝺdictis, & potest declarari ẽt per alia similia. D.d. Distinguemus igitur, &c i. dicamus igitur qñ erit vnumq̃q; particularium in potentia. & quando non, i. dicemus subiectum propinquũ, qđ põt esse: & describamus ipsum p descriptionẽ, qua distĩguamus ipsum ab alijs. D.d. qñ neque .n. erit, semper neq; simile. i. non.n. erit subiectũ in potentia semp, neq; simile recepto: sed hoc erit in aliqua hora, & alicuius subiecti, neq; in qualibet hora neq; in quolibet E subiecto. D.d. nõ.n. homo est in potẽtia, &c. i. hõ.n. nõ ẽ in potẽtia in illo, ex quo generatur, v.g. patre. aut quatuor elemẽtis, sed in sperm ate, q̃ perficietur eius generatio. D.d. qñ non fuerit tale. i. nõ fuerit in dispositiõe diminuta, sed in dispõne, per quã est generatũ. Et hoc est manifestius in alia translatione, in qua dr. & non qñ inuenitur hõ est homo in potentia, sed quando fuerit sperma proprie: & forte neq; tunc ẽt. D.d. & tectum est vt sit, sicut, &c. i. & forte quẽadmodũ casus non est agens oĩa existẽtia in arte medicandi, s. sanitatẽ, sed aliquid, qđ habet potentiã vt agat sanitatẽ essentialiter, & hęc est virtus sanans, ita est in oĩbus actis, s. q̃ agens illa nõ est casus, sed potẽtia aliqua, q̃ est ex eis, sicut potentia sanãs de arte Medicinæ. D.d. Et definitio eius, &c. i. & terminus sanitatis, * qui est per potentiã sanatiuã propinquã, est ex ratione in actu & complemẽto, i. ex forma sanitatis rationali ex illo, quod est in potentia, quando aliquis artifex

* a. l. quæ est pot.

voluerit

G voluerit vt sit, & nullum extrinsecũ impediet. & ista definitio, licet induxerit eam in sanitate, est vtis oĩbus rebus factis ab artifício. D.d. illud vero, &c.i. homo vero, qui recipit sanitatem, agit ĩ ipsum faciẽs, sanitatem, qñ nullum impediet extrinsecum, aut intrinsecum ad recipiendã sanitatem. D.d. & similiter dom° in potentia. i & similiter illa ẽt, ex quibus est domus, sunt domus in potẽtia, qñ artifex fuerit præsens, & voluerit facere domum, & non fuerit aliquod impediens. D.d. illud. n. qđ est possibile, &c. i. illud enim, quod

H est generatũ in potentia, recipit additionem, & diminutionem, & trãsmutationem. Et d. hoc quia generatio perficitur per hæc tria. necesse est enim, quando aliquid generatur, vt aliquid superfluum, quod non conuenit ad recipiendũ formam, diuidatur à sua materia: & necesse est etiam vt aliquid addatur ei, s. forma, per quam dicit generari: & additio & diminutio non erunt sine transmutatione. D.d. hęc igitur est domus in potentia, &c. i. & illud, quod est domus in potẽtia, est illud, in quo ponũt esse hæc tria.

I & hoc est in omnibus rebus, quarũ generatio extrinseca est. D.d. & enã omnia, quorum principium, &c. i. generabilia autem ex se illa eorum, quæ sunt in potentia, sunt omnia in quibus non est aliquid, quod idiget primo motore extrinseco, ita q̃ sit in potẽtia illud. D.d. vt sperma, &c. i. vt sperma. & qñ non qñ fuerit in alio, in quo indiget transmutante à quo transmutetur, & tunc erit sperma. qñ tunc non dr esse in potẽtia, v.g. qñ est sanguis io venis: sed cùm fuerit sperma ĩ actu, & habuerit virtutẽ, p quã est sperma. D.d. illud aũt K indiget. &c. i materia autem remota non est in potentia illud, cuius est materia: quia indiget ĩ hoc, q̃ exeat in actum alio motore ab eo, qđ generat illud, qđ est in potentia. v.g. qñ terra non est idolũ in potentia, sed est cuprũ potẽtia. qñ, cùm trãsmutat' à corpore cœlesti, erit cuprũ & cuprũ est idolũ in potentia: qñ ẽ illud, qđ ab vno motore fit idolum, s. à faciente idola. Et intendebat declarare hoc, q̃ materia, q̃ põt simplr non indiget in hoc, q̃ exeat ĩ actũ, nisi vno motore tñ. Materia aũt, q̃ non dr posse simpliciter, sed p potẽtiam remotam, exit in actum per plures vno motore fm remotionẽ, aut propinquitatem. D.d. Et videt vt sit illud, quod dicitur, nõ hoc, sed de quo. i. videtur q̃ illud, quod defert potentiam propinquam rei, est illud, per cuius nomẽ principale nõ disponitur illud, ad quod potest, sed per nomen denominatiuũ. v.g. qñ idolum nõ dicitur esse cuprum, sed cupreum: neque qñ demonstratur idolum, & cuprum dicitur hoc, sed hoc cum hoc & hoc est proprium idiomati Græcorum. D.d. exemplum, & d. ver gra. arca, &c. i. hoc, M quod d. manifestum est in nostris idiomatibus in reb° naturalibus, et in artificialibus noũ est manifestũ. Deinde d. & etiam terra, si dicitur, &c. i. & etiam terra, si habet materiam, de qua prædicatur, non dicitur q̃ est illud, quod est materia illius, sed illud, quo. D.d. & est illud, quod est in potentia simpliciter. i. & illud, à quo denominatur nomẽ generati, est illud, quod est in potentia illud, quod potest simpliciter. D.d. vt arca, quę non est terrea, &c. i. v.g. arca,

A arca, qñ materia ẽ remota, v.g. terra non dicit' principaliter de arca, neq; fm denominationẽ. non. n. dr q̃ arca ẽ terrea, aut terra, sed dr arca esse lignea, quia est potentialiter arca, & est materia arcæ. D.d. simpliciter vero, &c. i. & illud, qđ est in potẽtia simplr, est illud, qđ est materia simplr. & hęc ẽ materia propinqua. remota aũt non dr materia simpliciter, neq; in potentia simplr. D.d. Et si aliqđ primum, &c. i. & si fuerit hic aliqđ primũ subiectũ, qđ nõ p̃dicat' de alio, hoc solũ erit materia prĩa. D.d. v.g. si terra fuerit aerea,

B i. v.g. si terra non vere dicat' aer, sed aerea, tunc aer erit materia terræ. & similiter si aer non vere dicat' ignis, sed igneus, tunc ignis erit materia aeris. & si ignis nõ denominatur ab alio, tunc ignis erit prima materia. D.d. cũ non sit hoc. i. cũ non prædicatur de alio. D.d est. n. dria, &c. i. est. n. dria inter totale. qđ est cõgregatũ ex materia & forma, vt hõ, q̃ est cõgregatus ex anima & corpore: &

C inter animã & corpus, & inter subiectũ & passiões, vt albus & music°. non. n. dr q̃ homo est albedo, sed albus: neq; dr q̃ hõ ẽ musica, sed musicus: sicut est dispositio in oĩ re cũ sua materia, s. q̃ materia nõ prædicatur de illo noĩe principali, sed denominatiuo: vsę aũt prædicat' de re fm q̃ est, vt dr q̃ hõ est animal. D.d. Omnia igit̃, quæ sunt, &c. i. oĩa igit̃ illa, quę sunt composita ex accidentibus, vltimũ eorũ est substantia deferens illa. illa aũt, quæ sunt cõposita ex formis, vltimũ eorum est materia. D.d. Et accidit superfluum in hoc, &c. i. & accidit additio in definitionibus rerum, quę dũr fm nomina denominatiua, & nomina attributiua. neutrum. n. habet definitionem & in rei veritate, vt declaratum est in tractatu de substantia. D

Quãdo igitur dicendũ est potentia, & qñ non, dictum est.

Actum priorem esse potentia, generatione, & tempore. Cap. 3.

QVoniã autẽ quot modis dicat' prius determinatum est, manifestũ ẽ q̃ actus prius potẽtia est. Dico autẽ non solum illa potẽtia definita, quę dr principiũ transmutatoriũ in alio prout aliud est, E sed prorsus oĩ motiuo, et statorio principio. etenim natura in eodẽ fit. in eodẽ. n. genere cũ ipsa potẽtia. principiũ. n. motiuũ: non tñ in alio, sed in ipso, prout ipsum. Oĩ itaq̃ tali prior ẽ act?, & rõne, & substantia: tpe vero quodã modo quidẽ est, quodã modo vero nõ. Quòd aũt rõne prior, patet. potens. n. est, qđ primo põt, ppea q̃ contingit operari. vt puta ędificatiuũ, qđ põt ædificare: & visiuũ, qđ põt videre: et visibile, qđ põt videri. eadẽ aũt de cæteris quoq; ratio F est. quare necesse vt rõ p̃cedat, & notitia notitiã. Tẽpore autẽ prius sic. qđ idẽ specie agit pri°, numero vero nõ, dico aũt hoc, q̃ eo quidẽ hoĩe, qui actu iũ est, & frumẽto, & vidente prior tẽpore materia, & semẽ, & visiuũ est, q̃ potẽtia qdẽ hõ, & frumenti, et videns sunt, actu vero nõdũ: sed hic alię tpe priora actu exĩtia, è q̃bus hæc facta fuerũt,

semper

G semp etenim ex eo, quod potentia est, fit actu ens ab actu existēte: vt hō ex hoīe, musicus ex musico, semp aliquo primo mouente. mouens autē actu iam est.

Dictū est igitur, quādo oportet dicere potentiam, & quando non. Et, cùm distinctum sit secundum quot modos dicitur actus, manifestum est quòd actus est ante potentiam. Et dico potentiā non definitum, quod est principium transmu

H *tationis in aliud secundū quòd est aliud, sed vniuersaliter omne principiū habens motū, aut quietē. natura enim est in genere, quod est potentiæ, quia est principium habens motū: sed nō in alio, sed in se, secundum quòd est ipsum. Actus igitur est ante oīa, q̄ sunt talia secundum definitionē & substantiā: tempore vero forte est, & forte non. Manifestū est igitur, quòd est ante, sicut diximus. primū enim in potētia est*

I *illud, quod habet potentiā in potestate actus. v.g. ædificator, quoniā est illud, quod pōt ædificare: & visus est illud, quod hēt potentiā vt videat: & visum est illud, quod habet potentiā vt videatur. & iste sermo est de alys ēt. ergo necesse est vt in definitione sit ante non esse. Et vt sit ante tēpus tempore illud, quod agit rem, numero vero non. v.g. quoniam in homine, qui est in actu, & triticum, & videns, materia est ante secundū tempus, &* K *semen etiā, & visum, quod est in potentia homo, & triticum, & videns, in actu vero non est ante: sed quia est ante secūdum tempus per alium actum, & ex eo generatur ista. semper enim ex illo, quod est in potentia, erit istud, quod est in actu, vt homo ex hoīe, & musicus ex musico, semper ex alio primo motore. & motor est in actu ante.*

Idest, Declaratum igit̄ est qñ ali 15
quid erit in potentia, & qñ nō erit. L
Et, quia incœpit in hoc tractatu dicere fm quot modos dicitur potentia, & actus, deinde definiuit potentias actiuas & passiuas, & disputauit contra negantes potentiā præcedere actum fm tempus, deinde definiuit quid sit potētia & actus simpl̄r, vult quærere qđ eorū, s. potētiæ & actus, sit prior reliquo, & d. Et, cum distinctū sit actū sit, &c. i. &, cùm distinctū sit in Quinto fm quot modos dē prius & posterius, manifestū est, q̄ actus est M
ante potentiam fm substantiā, & definitionē. & quia potētiæ dicunt̄ de artificialibus & naturalib⁹, d. q̄ ista prioritas inuenit̄ in vtrisq;. Et d. & dico potentiā, &c. i. & nō intelligo hic per potentiā, potentiā, quā definiuimus in principio istius tractat⁹, in quo diximus, q̄ potentia actiua ē principiū trāsmutationis in aliud, fm q̄ est aliud, & passiua principiū transmutationis ex alio, fm q̄ est aliud nō ex se: sed intelligo hic p potentiā. oē, quod est principium motus omnis habentis motū, & principium quietis oīs habentis quietem.

C rememorationem istius quæstionis in tractatu primo, & dicit: Quoniã autem, &c. idest, iã prædiximus modum, secundum quem possibile est dicere potẽtiam priorem esse actu, & modum, secundum quem non. determinatum enim est in alijs, ꝙ potentia præcedit tempore indiuiduum generatum: actus autem præcedit simpliciter potẽtiam, cùm nihil exeat de potentia in actum, nisi per aliquid in actu. * Vnde proposi tio dicẽs ꝙ omne, quod est in actu, prius fuit in potentia, non est vera. nam si ita esset, tunc potentia præce D deret actum simpliciter. & si ita esset, tunc res mouerentur ex se sine motore. Et ideo dixit: Quoniã autẽ act' est prior, testatur Anaxagoras, idest, quoniam autem est prior potentia simpliciter, testatur omnis ponens causam mouentem. vt Anaxagoras ponens intellectum facientẽ generationem. & Empedocles faciens litem & amicitiam. & etiam testatur ponens motum semper æternum, quia ponit actionem æternã, vt Leucippus. Deinde dicit: Fouea autem & nox, &c. idest, &, cùm declaratum est, ꝙ actus præcedit po- E tentiam, si etiam fuerit ex nocte & fouea: fouea tamen & nox non dicuntur esse fixæ tempore infinito, sed necesse est ꝙ generatio & corruptio eorum sit reciproca: aut in toto, vt dicit Empedocles de toto mũdo, ꝙ quandoq; generat, quandoq; corrumpitur: aut secundum partes, sicut ẽ de generatione & corruptione elementorum. & hoc intẽdebat, cùm d. aut alio modo, Et ideo videtur ꝙ, si quædam fuerint permanentia in specie, & de eis alia permanentia in numero, quæ sunt causæ permanentiæ illorum in specie, necesse F est vt potentia præcedat indiuiduũ fm tempus, & ꝙ actus præcedat potentiam simplr: & ꝙ hoc conuertatur, s. ꝙ, si necesse fuerit vt actus præcedat potentiam simpliciter, & potentia generatum fm tempus, necesse erit vt entia sint duobus modis, modo remanẽte in numero, & modo remanente in specie.

Si vero semper idem circuitione, oportet vt aliquid semp similiter operando permaneat.

G *Si igitur idem est semper & circulariter, necesse est vt agat sic per se, & sic per alterum. cælum igitur primum æternum.*

33 Dixit Alexãder, ꝙ facit hic rememorationem breuiter de eo, quod dictũ est in libro de Genera. & corrup. ſ. ꝙ, ſi generatio est ſemper, neceſſe est aliquid generare ſemper, & est corpꝰ, quod circulariter mouet. &, ſi non erit generãs ſemper, impoſſibile est ꝙ generatio & corruptio ſint ſemp. & ſi non, conſumet materia, & tunc neceſſe est vt corrũpens

H ſemp ſit aliud à generãte ſemp, aut idẽ faciat duas diuerſitates duabꝰ diſpoſitionibꝰ diuerſis. immo neceſſe eſt aliquod æternũ vnũ eſſe, quod ſit cauſa actionis æternæ, quia non agit niſi vnã actionẽ, & aliquod ẽternum, quod agat actiões diuerſas, vt ab eo ſemp ſint acta diuerſa. & hæc est diſpoſitio primi cœli ĩ ſuo motu

Vide idẽ 2. de Gen. t.c.56. diurno. Æternitas enĩ actionis prouenit ex eo, ꝙ ipſe facit vnã actionẽ ſemp. Quæ aũt faciunt actiones diuerſas, ſunt quæ mouentꝰ in orbibꝰ declniibꝰ: & maximus corũ est Sol, remotus. n. & propinquus facit con-

I trariа. v. g. ꝙ, cùm fuerit remotꝰ, erit cauſa corruptionis pluriũ entiũ, & cũ fuerit propinquus, erit cauſa generationis pluriũ: & aliqñ remotus generat aliqua, & propinquus generat alia. Et oĩa iſta innuit mirabiliꝰ & breuiter p hoc, quod dixit: Si igitꝰ idẽ, &c. i. ſi igitꝰ neceſſe est motum vnũ, & continuum æternum eſſe vt agat pſe vnã actionem continuã, & vt agat per aliud actiones diuerſas, vt ſemp ſint duæ actiones: & nihil ẽ tale, niſi cœlũ: neceſſe est vt cœlũ ſit æternum. Et in alia translatione.

Quòd ſi futura est generatio K & corruptio, aliud operãs aliter & aliter eẽ oportet. Neceſſe igitꝰ est hoc quidẽ modo illud ſm ſe operari, hoc vero ſm aliud. aut igitur ſm diuerſum, aut ſm primum. neceſſe aũt est vt ſm hoc. nanq; rurſus, & ſibi & illi cauſa est. Dignius ergo est, quod primum est. hoc nãq; vt ſemp ſiꝰ ſe habeat, cauſa erat: vt vero aliter, aliud. vt aũt ſemper aliter, ambo ſcilicet. Patet igitꝰ ꝙ motꝰ quoq; ita ſe habent. Cur igitꝰ alia quærere oportet principia? Cũ L vero & ita contingat (& ſi non ſic, ex nocte, & ſimul omnibus, & ex non ente erunt) hęc profecto ſoluentur. Et est aliquid, qđ ſemp inceſſabili motu mouet, hic vero circularis est. & hoc nõ ſolum ratione, verumetiam opere patet. Quare æternũ est profecto primum cœlum.

Principium ſequentis textus Auerrois vſq; ibi, Et ſi generatio, idem est cum textu ſuperiori Trigeſimoctauo, ſed ſecundum aliam translationem. quod etiam per ea vitiоſa antecedẽtis cõmenti verba, Et in alia tranſlatione, ſatis patet. M

Si igitur idẽ ſemper fuerit circulariter, oportet aliquid ſemper eſſe permanens, quod agat vnam actionẽ conſimilẽ. Et, ſi generatio & corruptio ſit, oportet aliquid eẽ, quod agat multis modis. Neceſſe ẽ igitur, vt agat per ſe ſecundũ hũc modũ, & alio modo ſecundũ aliũ modum. & neceſſe est vt illud ſit

aut

A *aut alio modo, aut primo modo. & illud ẽt est cauſa ſui ipſius, & alterius. Primũ igitur est melius. illud enim fiat eã vt ſemper fiat ſecundum eandem diſpoſitionẽ conſimilem: cur autem ſint plures modi, iam fuit alia. quod autẽ ſemper fuit, & plures modi, vtrunq;. Et hoc est manifeſtum, quòd motus non ſunt ſic. Quomodo igitur quærenda ſunt principia? & ſi non ſecundum hunc modum, ſecun*

B *dum autem alium modum poſſibile est vt omnia ſint ex nocte, et vt etiam ſint inſimul, & non ex ente etiam. iſta igitur non deſiſtunt. Aliquid enim ſemper mouetur motu non queſcenti, ſ. quia ſecundum circulationem. & hoc declaratur non tantum poteſtate, ſed etiam actu. Primum igitur cœlum eſt æternum.*

1 Per hoc igitur, qđ dixit: Si igitur idem, &c. intendit ſi igitꝰ est hic vna

C actio æterna conſimilis, & est motus circularis, oportet vt illud, qđ agit ipſam, ſit circulare & vnũ, ſicut est de orbe, q mouetur motu diurno. & iſta vna actio est eã continuationis & permanẽtię tranſmutationis, ſ. ꝙ iſta actio est cauſa, ꝙ tranſmutatio non deficit, & ꝙ oĩa ſunt ſemper inſimul, quę nõ conſequuntur ſe adinuicem, niſi pp iſtũ motum. qđ igitur dat iſte orbis primo & per ſe, est continuatio, & æternitas. D.d. Et, ſi generatio & corruptio est, &cęt. i. & ſi hic fuerint duæ actiones contrarie, vt generatio &

D corruptio æternæ & ſm reciprocationem, oportet vt illud circulare, quod facit has duas actiones cõtrarias, moueatur duobus motibus oppoſitis in loco, aut pluribus, ſicut est de ſeptem planetis. & plus qđ apparet de actiõibus iſtorum est Sol. & ideo Antiqui vocabant iſtum dñm vitæ. D.d. Neceſſe est igitur vt agat per ſe, &c neceſſe est igitur vt hoc corpus vnũ, quod circulariter mouetur & continue, primo & per ſe agat continuationem & æternitatẽ, per aliud autem & ſecundo generationem & corruptionẽ æternas. D.

E d. & neceſſe est vt illud ſit aut alio modo, aut primo. i. neceſſe est igitꝰ, vt ſit alius modus actiõis alij, & primus primo. Et in alia translatiõe: igitur aut per aliud, aut per primũ neceſſe est vt continuetur. i. actio, i. diuerſa ſit per aliud à primo. ẽterni tas aũt neceſſe est vt ſit ex prĩo. D.d. & illud etiam est cauſa ſui ipſius, & alterius. i. & erit primũ cã ſui ipſius & aliorum. Et intelligendũ est per primum, primum cœlum, aut totũ cœlum, aut octauam ſphæram. Deinde d. Primum igitur est melius, &c. i. primum igitur est perfectio-

F nis actionis & melioris. Primum. n. fecit ea, quę ſunt diuerſarum actionum æterna, & continua: & illud, quod est poſt primum, est cã actionum diuerſarũ. D.d. ꝙ autẽ ſemper fuit, & plures modi, vtrunq;. i. ꝙ primum & ſm congregata ſunt cã, ꝙ actiones ſunt æternæ & plures: ẽternæ autem pp primum, diuerſæ autem propter illud, quod est poſt primum. D.d. Et hoc est manifeſtum, ꝙ motus non ſunt ſic. i. & manifeſtum est, ꝙ motus apparentes non conueniunt principijs, quę poſuerunt

G runt alij. Aut intendit, ꝙ est manifestum, quòd motus consequentes illa principia, quæ dicebant Antiqui, non sunt sicus isti motus. Deinde dicit: Quomodo igitur sunt quærenda principia. & si non secundum hunc modũ. i. qũo igitur possibile est ponere alia principia conuenientia ei, qđ apparet. Sed, si hoc fuerit impossibile secundum hunc modum, possibile est vt ponatur. D. d. fm autem alium modum possibile est vt omnia sint ex nocte, &c. i. &, cùm prĩcipia fuerint posita alio modo ab isto, possibile est, vt omnia sint ex nocte, sicut d. * Dinodes faciens leges, & ꝙ entia sunt subito inuenta insimul, & ex non ente omnino. Deinde dicit: ista igitur non desistunt, &cę. i. ista igitur generabilia, & corruptibilia non deficiunt in aliqua hora generari. Est. n. corpus, quod mouetur motu nunquã quiescente. & hoc non inuenitur nisi in corpore circulari, in eò quòd est circulare. Deinde dicit: & hoc declaratur non tantum potestate, sed etiam actu. i. non tantum ratione, sed sensu. Apparet. n. motum talem esse, scilicet qui nunquam deficit nec deficiet, & quòd semper est circularis, & quòd alij motus reducuntur ad ipsum. Deinde dicit: Primum igitur cœlum est ętternum, idest ex omnibus igitur apparet, quòd primum cœlum est æternum, & quòd per ipsum perficiuntur alij motus corporum cœlestiũ. Et in alia translatione: & hoc non apparet sermone tantum, sed operatione. & intendit per sermonem definitionem, & per operationem. illud, quod apparet sensu.

*2. l. Hesiodus.

Est ꝙ aliquid, quod mouet. Cũ vero id, quod mouet, & mouet, mediũ sit, est ẽt aliquid, qđ non motũ mouet, qđ æternum, & substantia, & actus est. K

Inuenitur igitur aliquod mouens, cùm non mouetur. Et, quia etiam est motum, et etiam est motor, & medium aliquod est mouens, cùm non mouetur.

Dixit Alexander. Ista est ratio, ꝙ aliquod mouens nõ mouetur, & est dicta breuiter, & rememoratio eius qđ dictum est in vlt. Physi. Et est fundata super duas propositiones quarũ vna est, ꝙ omne compositum ex duobus, quorum alterum potest esse per se, possibile erit etiã alterũ esse per se, nisi compositio sit substantiæ & accidentis. v. g. ꝙ hydromel, quia componitur ex aqua & melle, & mel inuenitur per se, necesse est ergo vt aqua inueniatur p se. Et, quia inuenimus aliqd motum & mouens quasi compositum ex mouente & moto: & inuenimus aliqd motum per se & non mouẽs: manifestum est, ꝙ est necesse aliqđ mouens esse & non motũ. hoc igitur mouens immune est à potẽtia, & in nulla materia existit. Et d. Inuenit igit aliqđ mouens, cũ nõ mouetur i. inuenitur igitur aliqd mouens & non motum. Sunt. n. tria in intellectu, motum vltimum, & mouens primũ, & medium, s. mouens & motum. Quapropter necesse est, vt primum mouens nõ moueatur omnino. medium enim erit nõ primum, si mouebitur. Aut si dicamus ꝙ, si extremum vltimũ, s. motũ tm̃ inuenitur simplex, tm̃ necesse est vt suum I 55 L 8. Phy. 57. Abstractio cõ sortitur ex duobus, quorũ alterũ pt esse per se, potest et alterũ ẽ per se, nisi sit compositio substãtiæ & accidẽtis. vt dict. 8. de Phy. c. 37. M Tec. epõ prima. Mouẽs primũ immobile ẽ à potẽtia, & totũ ẽ actus. 8. Meta. 7. & 8. Phy. 78. & 8. de substãtia orbis. p totum.

A suum oppositum inueniatur simplex. Omne enim compositum ex duobus oppositis, quorum alterum inuenitur per se, de necessitate & reliquum. Secundum igitur has duas intentiones intelligitur apud me hæc ratio: sed secundum primam magis videntur verba eius. Secunda autem est Alex. & oportet conditionare, ꝙ compositum sit ex duobus extremis oppositis. tunc enim propositio erit manifestior, & nulla conditione indiget, nisi vt vnũ eorum non sit accidens in reliquo, vt d. Alex. Potest enim dicere ꝙ, cùm alterum extremorum & mediũ fuerit, & reliquum extremorum erit. potest etiam dicere ꝙ, cùm duo extrema & medium fuerint, necesse est vt alterum extremorum non sit medium, scilicet, quòd, si vnum extremum fuerit mobile tantum nõ motor, necesse est vt reliquum extremum sit motor non mobile. ex his apparet, ꝙ primus motor nõ est necessario motus. Et in alia translatione: Est igitur aliqđ mouens ẽt, quia est motum ẽt & mouens: est igitur medium. Est igitur aliquid mouens non motum ęternum, substantia, & actus Et ex hoc quòd accepit medium, videmus ꝙ sustentatus est in hac ꝓpositione super duo extrema opposita. Cùm enim alterum duorum extremorum separatum fuerit à medio, necesse est vt reliquum separetur ab alio. intentio enim eius, quod dixit: in hac translatione est quòd, cùm est mouens & motum, necesse est vt medium sit, & cùm sit medium & alterum extremorum, necesse est vt sit reliquum extremum. B C

Quo pacto dicta substantia, quæ primum est principium, immobilis moneat. Cap. 2. D

MOuet autẽ hoc mõ. conc upiscibile & intelligibile mouet, non motũ, horum autẽ prima eadem sunt. desyderabile nanqꝫ, quod apparet bonũ. primum vero vŏluntate affectabile, qđ est bonum. magis vero appetimus, quia videtur, quàm videtur, quia appetimus. Vid Auer. 1 Epl. Tr. 4 in duobus locis. Vid cõ. 21. *volibile.

Et mouet, sicut mouet desyderatum & intellectum, cùm non mouetur. et principia istorum eadem sunt. et desyderium est sensus, qui distinguit, et primum affectatum est sensus. & primo affectatum est bonum, & desyderatum magis, quia existimatur proprie esse maius, & non existimatur, quia desyderamus. E

Et cùm primum mouens mouet & non mouetur, neque secundum accidens, neque secundum seip- sum, sicut mouetur anima, quæ est in corpore, necesse est vt iste motor moueat, quemadmodum desyderatum, & affectatum mouent nos. quare actio videtur esse bonum. Et, quia modi desyderabilium mouẽtium sunt apud nos alij à modis intelligibilium, quæ mouent nos, adeo quòd iste duæ motiones contrariantur sibi: quoniam motio in alterum desyderati differt à motione in alterum intellecti. Et videtur de istis principijs, 56 F

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

G In corpori bꝰ cœlestib⁹. Idē de ſyderatū & intellectū. Idē. 1. c. de ſubſtātia orbis, & 2. eiuſdē. corpora cœleſtia ñ ſentiūt, ꝙa sēſꝰ dati sūt aialibꝰ ad ſalutē. Idē. 2. c. de ſubſtātia orbis. & 3. d Aſa. 60. 61 & 2. d Aſa cō. 1111.

H Corpora cœleſtia ſunt aſata & nō hāt de virtutibꝰ aię niſi ſtellectum & virtutē deſyderatiuā. Idē. 1. cœ. 50. &. 2. cœ. 59. et 61. & 2. de aſa. 15. & 12. & 2. ca. de ſubſtātia orb. ac. 1.

I Diuinꝰ ſimiliter a nālibus formas eē abſtractas & eas eē ſtelligētes. Idem. 1. de aſa. c. 2. & c. 61. ſcdm de cœ. & mū. vl. ca. de ſubſtā.

quæ ſunt in corporibus cœleſtibus, ꝙ deſyderatum in eis idem eſt cum intellecto. Deſyderatū enim apud nos differt ab intellecto: quia potētia, qua comprehendit deſyderatū, differt ab ea, qua comprehenditur intellectum. Deſyderatum.n. comprehēditur ſenſu, & eſt voluptatū: intellectum aūt intellectu, & eſt cuius actio vt bona. Corpora igit cœleſtia, quia non ſentiunt: ſenſus autem nō eſt in animalibus niſi ad ſalutem: ideo deſyderatum in eis nō differt ab intellectu. intellectum.n. mouens ab eo, qđ eſt bonum, eſt in ſimul voluptuoſum. hoc igitur eſt dicere, ꝙ voluptuoſum & intellectū eſt idē in eis. Et ex hoc quidem apparet bene hæc corpora * eſſe animata, & ꝙ nō habent de virtutibus animę niſi intellectum & virtutem deſyderatiuam, quæ mouet in loco. Et hoc declarabitur ex his. Dictum eſt.n. † in Octauo Phyſicorū, ꝙ mouens hæc corpora cœleſtia in nulla exiſtit materia, & ꝙ eſt forma abſtracta. Amplius in libro de Anima formas abſtractas eſſe intellectus. quapropter mouens eſt intellectus, & eſt mouens, quia agit motum, & quia eſt finis motus. Hæc aūt differſit in nobis, ſ. illud, qđ mouet nos in loco ſm ꝙ eſt agens, & qđ mouet nos in loco ſm ꝙ eſt finis. Et habet duplex eſſe, in anima, & extra animā. qđ aūt ē eſt in anima, eſt agens motum. ſcđ m vero, qđ eſt extra animā, eſt mouēs ſm finem. V.g. * qm balneum duplicem habet formam, in anima, & extra animā: & pp illam formā, quæ eſt in anima, deſyderamus aliam formam, quę eſt extra animā. forma igitur animę balnei inquantū eſt in anima, eſt agēs deſyderium & motum: ſm autem ꝙ eſt extra animā ē finis motus, nō agens. Si igitur forma balnei nō eſſet in materia, tunc moueret & ſecūdum agens & ſm finem ſine aliqua motione contingente. Et ſic eſt intelligendū de mouentibus corpora cœleſtia. ſm igitur ꝙ illa intellecta ſunt formæ eorum, ſunt mouentia ſm agentis: ſm autem ꝙ ſunt fines eorum, mouentur ab illis ſm deſyderium. Quæret aūt aliquis, ſi illud, qđ imaginatur ex illis formis, eſt eē illorum corporum, quid igitur indigeret motu? ſi igitur forma arcę, quæ eſt in anima artificis eſſet eſſe arcæ, non moueretur ad agendam arcam. Dicamus igit, ꝙ non mouentur, niſi quia intelligunt ex ſe ꝙ pfectio & ſubſtantia eorū eſt in motu: ſicut facit illud, qđ mouetur ad conſeruādā ſuam ſanitatē, quia ſcit ꝙ ſua ſanitas non conſeruatur niſi motu. Et ét intelligūt ꝙ motus eorum eſt cā exitus eius, qđ eſt in potētia in illis formis abſtractis ad actū, ſ. ad formas materiales. Iſtæ n. formæ forte vident habere duplex eē, ſ. in actu. ſ. materiale eſſe, qđ habēt, & eſſe in potētia, ſ. eſſe qđ habent in illa forma. * Et dico in potētia, quēadmodū dicimus, ꝙ † formæ artificiales habent eē in actu in materia, & in potentia in anima artificis. Vnde hæ formæ vident habere duplex eſſe abſtractum, & materiale. * Et hoc quidem eſt ꝙ facientes formas volunt dicere, ſed non perueniunt ad ipſum. Sed tñ motus eorum nō eſt ppexitum iſtarum formarum à potētia in actū, ita ꝙ illud ſit perfectio prima eorū, ſed ita ꝙ illud eſt cōſequēs primā pfectionē eorū. V. g. ꝙ qui exercitatur ad cōſeruandū ſanitatem per aliquam operationē alicuius artis, primo intēdit ad conſeruandū ſanitatem ſuam, ſecundo autem intendit illam operationem. D. d. & deſyderiū eſt ſenſus, qui diſtinguit, & primum affectatū ē ſenſus. i. qm deſyderium animalibus eſt pp ſenſum, qui diſtinguit, & cōprehendit voluptuoſum. & hoc deſyderatum eſt appetitus. volūtas autem eſt pp intellectum. D. d. & primo affectatum eſt bonū, & deſyderatum. i. qđ primo eſt affectatū, eſt bonum ſimpliciter, verſus qđ mouent corpora ſimpliciter. Et pōt intelligi, ꝙ primo affectatū apud ītellectū, in eo ꝙ eſt intellectus, eſt bonū. & ideo dicit: & deſyderatū magis, quia exiſtimatur ꝓprie eſſe malus, & non exiſtimatur, quia deſyderamus i. &, cū quanto magis aliqđ exiſtimatum fuerit maius bonum, tanto deſydertum erit maius. Deſydertum.n. ē pp exiſtimationē eius, qđ eſt aliquid eſſe bonum: & non exiſtimamus aliquid eſſe bonum, pp qđ deſyderauimus ipſum. neceſſe eſt igitur vt illud. qđ eſt in ſe maius bonum, ſit magis deſideratum. Et intendebat, ꝙ ſi motor corporū cœleſtium eſt magis bonus oībus, neceſſe eſt vt ſit deſyderatus magis bonis omnibus. Et intendebat, cū d. & nō exiſtimatur, quia deſyderamus, diſtinguere inter deſyderium intellectus & ſenſus. In quo.n. appetitus ſenſuum non dominatur ſup intellectū, reputatur deſyderatū eē bonū, quia eſt deſyderabile. Et omnia iſta d. ad declarandū, ꝙ corpora cœleſtia cùm habent appetitum pp intellectum: intellectus aūt maius bonum ipſo appetit: contingit neceſſario, ꝙ corpora cœleſtia appetunt in hoc motu, aliqđ magis bonum ipſis. &, cùm illa ſunt nobiliſſima corpora ſenſibilium & meliora, neceſſe eſt vt illud bonum, quod appetunt, ſit nobiliſſimum entiū, & maxime quod appetit totum cœlum in motu diurno.

Principiū .n. intellectio. Ac intellectus ab intelligibili mouet. Intelligibile vero alter ordo eſt, ꝙ ꝓ ſeipſum eſt. et huiꝰ ſubſtantia prima, atq; huiuſce quæ ſimplex, & ſm actum eſt. Eſt au tē vnum, & ſimplex non idem. ſiquidē vnum ſignificat menſurā, ſimplex vero quo mō ſe habeat ipſum. At vero bonū quoque, et quod ꝓ ſe eligibile eſt in eodem ordine ſunt. & ſemper primū eſt optimū, aut proportionale. Quōd vero cuiꝰ gratia in immobilibus ſit, ipſa diuiſio manifeſtat. eſt. n. id cuius gratia alicui eorum, quorum hoc quidem eſt, hoc vero non eſt. mouet itaq;, vt qđ amatur. qđ mouetur autem, cætera mouet.

Principium autē eſt imaginatio per intellectum. Intellectus vero eſt ex intellecto. Intellecta aūt ſunt allaſtogia vltima per ſe, & ſingulariter. et ex iſtis ſubſtantia eſt prima, et ex hoc ſimplex, & q̄ eſt in actu. Et vnū, et ſimplex non ſunt idem. hoc.n. ſignificat menſuram. ſimplex autē ſignificat quomodo. Et etiam illud, quod eligitur per ſe in vnitate elementorū, & eſt valde nobile, cùm acquiritur

K tia cœleſt. * Balneū ſ. ala mouet vt agēs, & vt ē extra aliam mouet vt finis.

L Dubitatio

Solutio.

*Idē ſupra 14. & 7. huius. 13. † Formæ materiales ſic habent eſſe in anā, potest

M tia in ſuos ꝓpria mo tore. Oppoſitū vide ſupra c. 15 Vide contra. Idē ſupra cō. 18. Intelligens ſuā ꝓpria in rētione ſub aptum ꝓ ſpecies ſi ſeruatur. Vide Idē. 2. cō. c. 17. & 22.

D

E Vnum & ſimplex n idē.

F

G *ritur primo. Quoniã autem in non mobilibus inuenitur propter quid, hæc demonstrat diuisio. propter quid enim inuenitur alicui, & huic. & horum quidem est hoc ens, hoc autem non. mouet igitur sicut amatum. propter motum autem mouet illa alia.*

37 Cùm declarauit primũ motorẽ esse æternum & substantiam, principiũ sine materia, & motorẽ absq; qd mouetur, & qd mouet sicut desyderatũ & voluptuosum: prĩcipiũ

H aũt cuiuslibet motiõis est ex aliquo & ad aliqd: vult narrare principiũ istius motionis in moto quid est: & quid est illud, ad qd est motus. Et d. Principiũ aũt est imaginatio p intellectũ. i. principiũ aũt istiꝰ motus existẽtis in corpore cœlesti est imaginatio per intellectũ. Et d. hoc ad demõstrãdũ, ꝙ principiũ istius motus nõ est phantasia neq; sensus, sed imaginatio per intellectũ & desyderiũ, & qd hoc corpus mouet in loco, est ab imaginatione in actu. Et, quia imaginatio per intellectũ, quę est actio intellectus, est ipse intellectus: intellectus aũt est ipsum intel

I lectũ, vt dictũ est in lib. de Anima: deinde d. Intellectus vero est ex intellecto. i. essentia aũt & substantia intellectus est ex intellecto. Et, qa intellecta sunt pluriũ rerum, incœpit demonstrare, ꝙ intellectũ est illud intellectũ, qd mouet totum cœlũ motu diurno, qui est maximus & velocissimus motuũ, & dicit: Intellecta aũt sunt allastogia vlti. &c. i.

1. Expõ. Et Ale. d. ꝙ ex hoc intelligẽda sunt multa: quorũ vnũ ẽ, ꝙ vna allastogia p se est intellecta de genere allastogię, quam posuerut Pythagorici, cũ quærebant de principijs. qm̃, cũ posuerunt contraria esse principia oĩum entium, ordinauerunt cõtraria decẽ, quæ ponebãt principia, & ordinauerunt primũ sub genere, qd est bonum, & vltimũ in malo. & quæ ex istis sunt intellecta p se, sunt allastogia boni: quæ autem mali, per accidens sunt intellecta, s. p privationem boni, & quasi dicat: & hoc intellectum collocatur sub genere boni, i. est bonum: quia bonũ est intellectum per se. D. & forte est 2. Expõ rememoratio de allastogia, quã dicit in diuisione elementorũ. & loquitur ex istis de contrarijs, q̃ sunt in vnoquoq; geuerũ, quę sunt principia transmutationis oĩum transmutabilium, quorũ vnum est quasi forma, & aliud quasi priuatio. Allastogia autẽ, quæ est quasi forma, est intellecta per se: quæ aũt est quasi priuatio est intellecta, sed nõ per se. priuatio. n. non intelligitur nisi in respectu sui habitus, qui est forma. & quasi dicat, ꝙ hoc intellectũ est de genere formæ, quæ est habitus, non quę est priuatio, cũ habitus intelligitur per se. Vel aliter. & est M ꝙ intendit p allastogiã vltimas formas perfectas, quibus priuatio non admiscetur. & q. d. ꝙ hoc intellectũ est ordinatum in intellectis, quibus non admiscetur priuatio, nõ in cõtradictorijs, quibus admiscẽ priuatio. Aut intendebat per allastogiam, vltimam formã, non materiam. hoc. n. principiũ non intelligitur per se, sed per assimilationem: forma autem intelligitur per se. Et quasi dicat, ꝙ hoc intellectũ est ordinatum in intellectis formarum, non in intellectis materiæ. Allastogia

Principiũ nõ intelligitur nisi in respectu sui habitꝰ. Idem. 3. de Ala. c. 25.

&c. 8. Alb. 8. c. 4. Th. 12. & 20.

Tertia.

Quarta.

A gia enim, quæ est forma, est per se & simpliciter: intellecta autẽ materiarum decem entium sunt per assimilationem. & ideo dixit post: & ex istis substantia est prima. & hoc magis sonat ex suis verbis. Et. q. d. & hoc intellectum est collocatũ in intellectis formarum, quæ intelliguntur per se & non p assimilationẽ, & sunt intellecta materiæ: & collocantur de hoc genere in specie formarum substãtialium, & ex istis in eis, quæ sunt simplices. Formarum. n. quædam sunt substantiales, quædã nõ substantialiũ autẽ q̃dã materia

B les, & quædam non: in quo genere collocatur hoc primum intellectũ. & hoc intendebat, cũ d. simplex, & quæ est in actu. intendebat enim p simplex formam, cui non admiscetur materia. cõpositũ enim est omne, cui potentia admiscetur. & quia

C Potẽtia p aliud intelligit̃, actus autẽ per se, magis intelligitur illud, cui nulla potentia admiscetur. D. d Et vnum & simplex non sunt idẽ, &c. i. q̃m vnũ, quod dr̃ de continuo, non significat idem et simpliciter absolute. Vnum. n. quod dicitur de continuo, significat aliqd, qd est multũ in potentia, & vnum in actu. continuum. n. diuisibile est: simplex autem absolute indiuisibile significat, Potẽtia & actu. Et vniuersaliter simplex, & vnum dupliciter dicuntur, aut absolute, aut in comparatione. Absolutum autẽ vtriusq; est illud, cui nõ admiscetur materia, neq; est indiuisibile oĩno. Et fecit hic differentiam inter vnũ & simplex, quia famosior intentio, quam significat hoc nomen vnũ, est illud, qd dr̃ de continuo: & famosior intẽtio, quã significat hoc nomen simplex, est simplex absolutũ. & pp hoc timuit, D ne accideret error in hoc nolle simplex, pp hoc nomen vnum famosum, dũ vnũ ponatur pro altero. D. d. & et illud, qd eligitur pp se in vnitate elementorum istorũ, est nobile valde. i. & etiã illud, qd eligitur pp se. & desyderatur ĩtet hęc principia abstracta, quorũ vnumqdq; est aliquid vnũ simplex, & elementũ corporis, qd mouet, est illud, qd est ex eis in fine nobilitatis, & simplicitatis & vnitatis. Et intendit per hunc sermonẽ distinguere inter primũ principium & alia principia abstracta. Alia. n. videntur esse electa, & desyderata, pp alia, s. principia aliorum motuum cœlestiũ prætĩ motum diurnũ. quod aũt hunc motũ facit videtur esse electum per se, cũ versus ipsum mouetur oẽ motu velociori & maiori motibus proprijs vnicuiq; eorũ, est. n. electum per se & amarum omnibus: tale autẽ est perfectum fm̃ finem. D. d. cũ acquiritur primo. i. cũ illud, quod est valde nobile, est illud, qd̃ acquiritur per se: & omnia, quæ acquiruntur, propter ipsum acquirũtur. D. d. Quoniam autem in non mo- F bilibus inuenitur propter quid, hęc demonstrat diuisio. Et Alexan. d. quòd dixit hoc, ne aliquis existimet, quòd intendebat perfectionẽ, quæ est accidens in perfecto. Perfectionum enim, propter quas mouetur perfectum. quædã sunt qualitates, quibus perficitur illud, quod mouetur, vt illud, qd mouetur p- pter sanitatem. & quędam sunt substantiæ extrinsecę à re, quę mouent ad eas, vt assimilent eis, vt inueniuntur omnes actiones seruorũ, quoniam sunt ergaꝰ genera intentionũ

Ex hoc patet Deum mouere effectiue.

*2. l. intentionem.

domini

G domini sui. igitur serui dicunt esse pp dñm. & similiter omnia entia cum hoc primo principio. D.d. propter quid. n. inuenit alicui, & huic. i propter quid. n. qd non existens p se, inuenit alicui, vt bonitas in anima & sanitas in corpore. quod autē est existens per se, est huius hoc idē, i. existens per se. D.d. & horum quidē est hoc ens, hoc autē non. i. illud autem, qd est substātia ex his duobus finibus est ens per se, vt rector hominibus ciuitatis: alius aūt modus est non per se, sed in alio. D.d. mouet igitur sicut amatū. propter

H motū aūt mouet ista alia. i. hoc aūt primū mouens mouet primū motum ab eo, sicut mouet amatum primū amans absq; q amatū moueatur. ea aūt. quæ sunt sub primo moto, mouent mediante isto primo. Et intendit per primū motum corpus cœleste: & per alia mota, ea, q̄ sunt sub primo corpore, s. alias sphęras, & ea, quę sunt in generatione & corruptione. Primū. n. cœlum mouetur ab isto motore fm desyderiū vt assimiletur ei fm suum posse, sicut amans mouetur vt assimiletur suo amato. alia aūt corpora cœlestia mouentur fm desyderium ad

I motum primi corporis. & ideo planetæ habent motū duplicem. Ea autem, quę sunt sub istis, mouent mediantibus istis motibus. generationē autem & corruptionē facit motus oppositi duplices, continuationem vero vnus motus ęternus. & ex hoc vī Deum habere curam circa oīa entia. Dicentes aūté q̄ Deus sollicitus est circa vnumquodq; indiuiduum, aliqualiter est verū, & aliqualiter non est quidē verum, quia nullum indiuiduum habet dispōnē ppriā, nisi illa dispō inueniatur in aliquo modo illius speciei. hoc igitur modo verū est Deum sollicitari circa īdiuidua. sollicitudo aūt eius circa indiuiduum tali modo, q̄ nullus habeat communicationē cum eo, hoc non est fas bonitati diuinæ.

Primū cœlū mouet à prio motore fm desyderiū. vt assimiletur ei fm suum posse sicut amās mouet vt assimiletur suo amato. Vide infra. c. 44.

Quō Deus solicitudinē hēat circa indiuidua secundū Auer. Vide ēt. 2.

K

At si quid mouetur, cōtingit etiam aliter se habere. Quare, si latio prima ēt actus est, quo mouetur, hoc mō sanè cōtingit aliter se habere fm locum, quam uis non fm substantiam. Cùm autem aliquid sit mouēs, ipsum immobile existēs, actu ens hoc, L nullo modo contingit aliter se habere. latio nanq; prima mutationum est. huius aūt, quę circularis est. hanc aūt illud mouet, ex necessitate itaq; est ens. & put necessitas, bene est. et sic principiū. Necessariū nāq; toties dr, quoddam vi, quia præter inclinationem: quoddam, sine quo nō bene esset: quoddam qd nō aliter cōtingit se habere, sed simpliciter est. à tali ergo principio tū cœlum, tū natura dependet.

Si igitur aliquid mouetur, possibile est vt sit diuersarum dispositionum. Si igitur allatio & prima actio, quæ mouetur, fuerit possibile est vt locus sit diuersis dispositionibus, et quod in substantia nō sit diuersitas. Et, quia illud, quod mouet ipsum, est non motum, cùm sit in actu, impossibile est omnino vt sit secundum aliam dispositionem. et trāslatio est prima trāsmutationum, & est quæ est secundum circularitatem, & hic est motor istorum. Ex necessitate igitur inuenitur principium etiam, quod de necessitate sit principium. Et necessitas dicitur secundum hos modos. quædam igitur est violente, quia est extra naturam: & quædam impossibile est, vt sit simpliciter alio modo quam sic. cœlum igitur, & natura continua sunt sic ut per principium. M

B Vult declarare modum colligatio nis entium transmutabilium cū prima substantia. est. n. in hoc magna quæstio iam prædicta, s. qūo æternum est principium generabilis & corruptibilis. Et d. Si igit aliq̄d mouetur, posse ē vt sit diuersarū dispositionum. & hæc propositio est vera in modis transmutationū. quod enim transmutat in substantia, inuenitur diuersarū dispositionū in substantia, & sine qualitate, & in loco. D.d. Si igit allatio, &c. i. si igit motꝰ trāsmutationis, quo mouet primū motum, fuerit posse est vt hoc motū

C habeat diuersitatem in loco, non habendo diuersitatem in substantia, s. q̄ posse est inuenire aliquod ęternū non transmutabile in substantia, & transmutabile in loco: & est quasi medium inter primum, in quo nulla transmutatio est, & inter trāsmutabilia in substantijs suis. Et hoc intendebat cum d. Et quia illud, quod mouet ipsum, est nō motū, cum sit I actu, impossē est oīno vt sit fm aliā dispositionem. i. q̄ illud, quod mouet primum motū, cùm sit nō motum, quia est actꝰ purus sine aliqua potētia, impossē est vt habeat aliam D. dispositionem ab ea, quam hēt. Deinde d. & translatio est prima transmutationum, &c. i. & translatio est primus motuum, sicut dictum est I Naturalibꝰ: & ex istis circularis. D. d. & hic est motor istorum. i. & primus motor mouet istū motū tm fine medio. D. d. Ex necessitate igitur &c. i. declaratum est igit, q̄ necesse ē tale principium esse de necessitate.

D.d. Et necessitas dr secundum hos modos. i. duobus modis, quorū vnꝰ est violento, & est illud, quod est extrinsecum à natura rei. & dr etiā de eo, quod est impossē, vt in aliqua hora fit contra suum esse. & hoc intellexit, cùm dixit: hoc est de necessitate principium. D. d. in alia translatione, cum tali principio continuū est cœlum, & natura, sicut in nobis bona dispositio paruo tempore. i. iā igitur declaratū est q̄ cœlum & naturalia continuant cum primo, qd est intellectus, qui est in fine gaudij & voluptatis, sicut nostra dispositio in continuatione cum intellectu, q̄ est principium paruo tempore. D. d. Ista igit dispositio in illo est sem- F per, nobis vero est impossibile. i. sed continuatio cœli cum hoc principio semper est, nostra autem continuatio cum principio, quod est I nobis, impossibile ē vt sit semper. illud autem, quod continuatur de nobis, est generabile & corruptibile, I corpore vero cœlesti est æternū. Et ex hoc quidem apparet bene q̄ Arist. opinatur q̄ forma hominum, in eò q̄ sunt hoīes, non est nisi per continuationem eorū cum intellectu, q̄ declaratur in libro de Aīa esse principium agens & mouens nos. Intelligētiæ enim abstractę, in eo q̄ sunt

Necessitas dupliciter dr. Vid. 5. metha cap. de necessario E

Expō principij textꝰ sequentis. Digressio, q̄ ondit I. telsm esse formam hois, i eo q̄ hō. Vid oppo. 3. de Aīa. c. 5. & 2. de aīa. 7 & 11. com. Vide cōt. Zim.

Intelligentiæ abstractæ, in q̄tū sē abstra-

A *mutationum, & est quæ est secundum circularitatem, & hic est motor istorum. Ex necessitate igitur inuenitur principium etiam, quod de necessitate sit principium. Et necessitas dicitur secundum hos modos. quædam igitur est violente, quia est extra naturam: & quædam impossibile est, vt sit simpliciter alio modo quam sic. cœlum igitur, & natura continua sunt sic ut per principium.*

G abstractæ debent esse principia eorum, quorũ sunt principia duobus modis, fm q̃ sunt mouentes, & fm q̃ sunt finis. Intelligentia. n. agens, inquantum est abstracta & est principium nobis, necesse ẽ vt moueat nos fm q̃ amatum amans. & si omnis motus necesse est vt continuet cum eo, à quo fit fm finem, necesse est vt in postremo cõtinuet cũ hoc intellectu abstracto: ita q̃ erim⁹ dependentes a tali principio, a quo cœlum dependet: quãuis hoc fit in nobis modico tpe, sicut dixit Aristot.

Gr, debẽt esse principia corũ, quorũ sũt principia duob⁹ modis, fcdm q̃ sũt mouentes, & fcdm q̃ sũt finis. Ides sup. 36. & 38. 44. & 1. ca. d subaorbis &c.

H

De vita, essentia, perfectioneq; primi principij. Et contra nonnullos dicẽtes in ipso non esse optimum, ac pulcherrimum. Cap. 3.

* vita. Principium h⁹ tex. qđ nõ ẽ 1 tex. Aue. exponit ipse in fine cõ. p̃cedentis.

DEgẽtia vero, qualis nobis pauco tempore, optima illi est, siquidẽ ita sẽper illud est, nobis autem profecto id impossibile est: qm̃ & delectatio actus huius ẽ. Et ob hoc vigilatio, sensus, intellectio maxime delectabile est. spes autẽ, ac memoria propter hæc. Ipsa vero intellectio fm se ei⁹ est, qđ fm se optimum est. & quæ maxime est, eius quod maxime est. seipsum vero intellectus intelligit assumptione intelligibilis. intelligibilis nanq; fit attingẽs & intelligẽs, ita vt idem intellect⁹ & intelligibile sit. susceptiuum enim intelligibilis & substãtiæ intellectus est, operatur autem, habens. Quare istud magis, q̃ illud est id diuinum, quod intellectus videtur habere. & speculatio optimum, & maxime delectabile est. Si igit̃ ita bene se hẽt De⁹ semper, vt nos aliqñ, admirabile est. quod si magis, adhuc admirabilius est. at ita se habet. Cæterum, vita quoq; profecto inexistit. siquidẽ intellect⁹ operatio vita est. ille vero est actus, actus vero per se illius vita optima, & perpetua est. Dicim⁹ ita- Deũ quid. que Deum, sempiternum, optimumq; viuẽs esse. Quare vita, & æuum continuũ, & æternum Deo inest. hoc enim est Deus. Nam & bil.

I

L

Voluptas enim est actio illius etiam. Et ideo vigilia, & sensus, & intellectus sunt voluptuosa. spes autem, & rememoratio sunt propter ista. Intellectus autem per se est eius, quod est nobilius per se. et quod est magis, est illius, quod est magis. & quod intelligit se, est intellectus per acquisitionem intellecti. fit enim intellectum, quãdo admiscetur, & intelligit. intellectus igitur, & intellectum sunt idem. recipiẽs enim intellectum, & substantiam eius est intellectus, & non intelligitur, nisi cum habet. intellectus igitur ille diuinus est maior isto. desyderatio autem est aliquid valde nobile, & voluptuosũ. Si igitur Deus semper est, sicut nos in aliqua hora, hoc est mirum. & si magis, magis est mirum. est autem sic. Et habet vitã, quia actio intellectus est vita. & ille est intellectus per se, & habet vitã nobilem

M

A *bilem, & semper æternam. Deus igitur est vnus, æternus, in fine nobilitatis. Ergo est vita, & est continuũ æternũ. hoc quidẽ est Deus.*

B Dixit Arist. Voluptas. n. ẽ actio, &c. i primi principij. D. dedit cãm, & dixit: Et ideo vigilia, &c. i. quia cã voluptatis est cõprehensio, & quasi dicat: & delectat, quia cõprehẽdit. Et signum, q̃ cõprehensio est causa voluptatis, est, quia vigilia, & sensus & intellectus sunt ī nobis voluptuosi. D. d. spes aũt, &c. i. spes aũt, & rememoratio, q̃us sint voluptuosæ, ti sunt in rebus non existentibus in actu. & sunt voluptuosę, quia sperãs imaginat ea esse cõprehẽsa in actu, & sist memorans. & innuit, q̃ comprehensio voluptuosa nõ est nisi illius, qđ est in actu, non in potentia, & q̃ desyderium p̃cedẽs comprehẽsionem magis vt dolor q̃ voluptas. D. intellectus aũt p se est eius, quod est nobilius p se. i. & quod intelligit p se non p aliud est nobilius eo, qđ intelligit p intellm existentem ī eo. D. d. & quod est magis, est illius, qđ est magis. i. q̃ voluptas, q̃ est maior, est illius, quod ẽ maioris intellect⁹. D. d. & quod intelligit se, est intellectus p acquisitionem intellecti. i. qđ intelligit se delectat per se. & hoc est verum delectans, & tale est intellectus. Eum. n. acquisiuit intellectum & intellexit ipsum intelligens se, qñ ipse non est nisi intellectũ, quod intelligit. intellectus igit̃ est illud, qđ delectatur per se. D. d. fit enim intellectum, qñ admiscetur, & intelligit i. & intellectus in nobis non intelligit se. donec admisceatur cum intellecto, & imaginetur, & intelligat ipsum in actu, non quando est in potẽtia antequam intelligat ipsum in tellectum: quia intellectum cum intelligit̃, fiet idem cum eo, s. intellectu. Et intendebat per hoc distinguere inter voluptatem, quæ est in intellectu, quæ quandoq; est in potentia quandoq; in actu, & quæ est semper in actu. & hic est, qui nõ est in materia. Deinde d. intellectus igitur, & intellectum sunt idem, &c. i. intellectus autem, & intellectũ fit̃ idem, cum intellexerit. quia recipiẽs & receptum de intellecto vtrunque est ītellectus. & ideo intellectus, & intellectum, & intelligens reducũtur in vnum, & non differunt nisi secũdum respectum dispositionum. Intellectus enim, inquantũ intelligit intellectum, dicitur intelligens: & in quantum intelligit per se, dicitur q̃ intelligens per se est ipse intellect⁹, econtrario illi, quod intelligit per aliud: & inquantum quidem intellectus est illud, quod intelligitur, dicitur q̃ intellectus est res intellecta. Deinde dicit: Intellectus igitur ille diuinus est maior isto. i. &, cum intellectus in nobis quandoq; est potentia. quandoq; act⁹: ille autem intellectus diuin⁹ semper est act⁹: manifestum est nobiliorẽ esse isto ītellectu, qui est in nobis. D. d. desyderatio autem est aliquid valde nobile, i. & manifestum est, q̃ intelligere p intellectum, qui est in nobis, est valde voluptuosum, & nobilius omnibus rebus existentibus in nobis. Deinde d. Si igitur Deus, &c. i. & ideo videmus q̃, si voluptas Dei per cõprehensionem sui ipsius est æqualis voluptati, quam nos habemus cum intellectus in nobis comprehendit se, & est quando denudatur à potẽtia: hoc autem ī nobis paruo tẽpore existit

C

D

Intellꝰ. cũ intelligit̃. fit idẽ cũ ītellectu.

E

F

Vide hoc quõ dr in tellm esse rem intellectam.

G existit, in Deo aũt semp; valde, ẽ mirabile, & si illa voluptas, q̃ semp est in eo, est nobilis multo magis q̃ in nobis est, magis & magis est mirabile. Et Alexã. dixit, q̃ non est intelligendũ p voluptatem, voluptatẽ cõsequentem passionem, q̃ opponitur tristitiæ. Voluptas aũt, q̃ est in intellectu, non est passio, neq; hẽt oppositum: cum ista comprehensio nõ opponat ignorantiæ. Voluptas. n. cõsequitur comprehensionẽ, sicut vmbra corpus. Si igitur aliqua cõprehensio est, quæ nullum oppositum hẽt, nunquã est in potentia, cũ comH prehendenti nunq̃ accidit dolor p defectũ comprehensionis. D.d. Et hẽt vitam, quia actio intellectus est vita. i. & dr̃ de eo vita. hoc. n. nomen s. vita dr̃ de comprehensione. & cùm actio intellectus est comprehensio: ergo actio intellectus est vita. D.d. & ille est intellectus p se, & hẽt vitã nobilem. i. & cum intellect⁹ est vn⁹, & cum actio eius est vita, illud igit̃, quod intelligens est, quia intelligit se, nõ quia intelligit aliud, illud est viuum, quod hẽt vitam in fine nobilitatis. & ideo vita, & scientia proDigressio. prie dr̃ de eo. Est igit̃ vnus, De⁹, I sapiens. & hoc putauerunt Antiqui trinitatem esse in Deo in substãtia, & voluerunt euadere p hoc, & dicere quia fuit trinus, & vnus Deus, & nesciuerunt euadere: quia, cùm substantia fuerit numerata, congregatum erit vnum p vnam intentionẽ additam congregato, Et d. Alexã. & hoc sit̃ contingit loquentib⁹ in lege Maurorum, ponentibus has dispositiones additas essentiæ. quapp contingit eis vt sit vnus per vnã intentionem additam essentiæ materiæ & dispositionibus. Et vtriq; dispositioni dubitatur accidere cõpositio. & oẽ compositum est nouum, nisi dicant aliqua componi p se. & si aliqua essent, quæ componerentur p se, tunc exirent de potentia ĩ actũ p se, & mouerentur sine motore p se. Et sic est intelligendum, cùm dicimus ipsum esse vnum, & habentẽ vitam, s. idem in subiecto, & duo fu modum: non quia significant idẽ oĩbus modis, sicut significãt nõia synonyma, neq; sicut significant nomina, neq; sicut principale & sumptum, quia sumptũ significat idẽ, quod significat pr̃icipale, & magis. Vita enim significat aliquid non in L subiecto: viuum aũt significat aliqd in subiecto: scilicet formam in materia, & habitum in subiecto. hę igitur sunt dispositiões significationum nõium in eis, q̃ sunt forma in materia In eis aũt, q̃ sunt forma nõ in materia, dispositio & dispositum reducunt̃ ad vnum in esse, & duo in consyderatione. Ista enim essentia, cùm fuerit accepta fm q̃ est posita, & fuerit dispositа in aliqua dispositione, tunc dispositio & dispositum vnum erit in prædicatione, & duo in intẽtione. quia p̃dicatum differt M à subiecto: sed tm̃ non sicut prædicatum differt à subiecto in propositionibus categoricis substantialib⁹. Dispositio enim idem est & dispositũ, sicut in rebus abstractis: sed in potẽtia duo, q̃ntellectus diuiserit vnũ ab altero, intellectus enim natus est diuidere adunata in esse in ea, ex q̃bus componuntur, quãtus non diuidantur in esse: sicut diuidit materiã à forma, & formã a cõposito ex materia & forma. Hæc igit̃ est dispositio intell⁹ in rebus cõpositis ex materia & forma, cum disponit cõpositum p formam, aut eum disposuit cõpositũ habentẽ formã p formã. intelligit̃. n. vtraq; esse adunata aliquo modo, & dr̃ia aliquo mõ. v.g. quia, cum disposuit hoẽm p rationabilitatem, intelligit, q̃ subiectum rõnabilitatis & rõnabilitas idẽ sunt in adunatione: & intelligit, q̃ defectus ex eis est aliud à defato. Cũ autem fuerit cõsyderata dispositio & dispositum in eis, q̃ non sunt in materia, tunc reducunt̃ ad vnam intentionem oĩbus modis: & nullus modus erit, quo p̃dicatũ distinguatur a subiecto, & dispositio extra intelleB ctum, s. in essentia rei. Sed, cùm intellectus componit aliquam propositionẽ ex dispositione & disposito in talibus rebus, tunc non intelligit ex eis nõia synonyma, ita q̃ p̃positio sit fm nomen, non fm intẽtionem, sed intelligit ea esse dr̃ia fm allimulationem, s. q̃ in talib⁹ accipit duo, quorum proportio adinuicem alterius ad alterum est sicut proportio prædicati ad subiectum. & ex eis cõponit propositionem categoricã, & nullam intelligit dr̃iam inter ea eẽ omnino, nisi fm acceptionem, s. qa idem accipit dispositum & dispositionem. Intellectus enim potest intelligere idem his duob⁹ modis fm similitudinem ad propositionẽ categoricam in rebus compositis, sicut intelligit multa fm similitudinem. & si intellectus non accepisset in istis dispositionem & dispositũ, non posset intelligere naturas eorũ neq; declarare eas. & magna differẽtia est inter ea, q̃ differunt in esse & in intellectu, & q̃ differunt in intellectu tm̃. Multiplicitas igit̃ in Deo non est nisi in intellectu dr̃ia, nõ in esse. Sed Alex. d. q̃ non est intelligẽ-

dũ p hoc, q̃d dicimus non intellect⁹ D intelligit se, fm alterationẽ. videm⁹ enim virtutem visibilem videre se in speculo, & cùm hoc pole est dicere in eo, magis est possibile in intellectu. D.d. Deus igit̃ est vnus, &c. i. & fm hoc, quod sonat hoc nomen, est vnum æternum valde nobile. & declaratum est ratione aliquod tale esse: & est illud, quod mouet omne hoc igitur est Deus.

Multiplicitas attributorũ ĩ Deo ẽ scãm rõnẽ, non secũdũ esse

Quicunq; vero (vt Pythagorici & Pseusippus) putant optimum & pulcherrimum non eẽ E in principio, eò q̃ plantarũ quoque ac animaliũ principia causę quidem sunt, bonum vero & perfectum in his esse, quę ex his sunt, non rectè putant. semen nãque ex alijs prioribus perfectis est, neq; semen primum est, sed quod perfectũ est. veluti hominem dicere quispiã posse priorem semine esse, non illum, qui eo generatur. sed alium, ex quo ipsum semen est.

Omnes autem, qui existimabãt existimatione, vt Pythagorici & Leucippici, quòd bonum & nobile non est in primo, quia causæ plantarum & animalium sunt principia, & quòd bonum & perfectũ sunt in eis, quæ sunt ex istis, non uerum reputant. Semina enim sunt ex alijs præcedentibus perfectis. primum autem non est semen, sed aliquid perfectum. Verbi gratia, quod hominem oportet esse ante sperma, non illud, quod fit ex hoc, sed aliud, ex quo fit semen. F

G 40 Et Antiqui dicentes, ꝙ perfectio non est in principijs, sed in eis, quæ sunt ex principijs: animalia enim & plantæ perfectiora sunt principijs, s. seminibus, & spermate, non vere dicunt. semina enim fiunt ex rebus perfectis generantibus semina. verbi gratia, quoniam semen hominis fit ex hoïe. semina igitur non sunt principia, sed est principium illud, à quo generantur, & est in perfectione sicut generatum, si fuerit de speciebus generatis ex similibus: aut perfectius, si fuerit ex non generatis ex suis similibus. Principium enim eorum, quæ non generantur ex simili, est Sol & orbis decliuis: & eorũ, q̃ generantur ex simili, non tantũ est principium simile in specie, sed cũ Sole & orbe decliui. Vnde* Arist. d. homo generat hominem, & Sol.

Pricipium eorũ, q̃ nõ H gñant' ex sili, ẽ Sol, & orbis d cliuis. vid idé supra 13. & 18. et 7. Me. 31. et 8. phy. 46. & 47. cõ. * 2. ph. t. e. 26.

Quòd itaq; est quædam æterna, immobilisq; substantia, & à sensibilibus separata, constat ex dictis. Ostẽsum aũt est ꝙ nec vllam magnitudinẽ possibile est hanc substantiam habere, verũ impartibilis, indiuisibilisq; est. nam ĩfinito tempore mouet. nihil vero finitum infinitã potentiã hẽt. cùm vero oĩs magnitudo aut infinita, aut finita sit, finitam quidem pp hoc non haberet magnitudinem: infinitã vero, qm̃ omnino nulla est infinita magnitudo. At vero & ꝙ impassibilis, & inalterabilis est. omnes nanque reliqui motus posteriores eo sunt, qui secundum locum est. Et quidem hæc propter quid hoc se habeãt modo, dilucida sunt.

Quoniam autem aliam substantiam æternam non mobilem abstractam a sensibilibus esse manifestum est hoc modo. Et iam declaratum est hanc substantiam habere magnitudinem aliquam nõ posse, sed neq; partem, neq; diuisionem habet. mouet enim in tempore infinito. & nullum finitum habet potentiam infinitam. omnis igitur magnitudo aut ĩfinita, aut finita. propter hoc igitur non erit in magnitudine finita: neq; ĩfinita, quia magnitudo infinita est nulla. Et ẽt manifestum est, quòd non patitur, neq; trãsmutatur. omnes enim motus post locales sunt. Hæc igitur manifesta sunt esse talia. K L

Facit rememorationẽ de hoc, qđ declaratum est prius, s. substantiam æternam esse, non mobilẽ & abstractam ab oĩbus materijs, & d. Et iam declaratum est hanc substantiam, &c. 1. & iã declaratũ est in naturalibus, ꝙ impossibile est vt iste motor sit potentia in corpore, neq; corp', qm̃ non habet partem, neq; diuisibilis est, neq; essentialiter, neq; accidentaliter. omne autem corpus hẽt partes, & est diuisibile. D. dedit causam in hoc, & d. mouet enim in tẽpore infinito, quapropter debet habere potentiam infinitam. D. d. & nullum finitum habet potentiã infinitam. i. & necesse est vt habens potentiam infinitam non sit corp', qa primus motor habet potentiam infinitam: & oẽ corpus, aut potentia in corpore, est finitum: ergo in secunda 41 8. phy. 76. & 79. M

A rationis est cæteras quoq; potẽtias & naturas in sensibilibus esse, ac nullam separatam. hæc itaque pri⁹ dicta sunt. Verũ ad hęc ẽt constat, q̃ impossẽ esset quodcunq; corpus diuidi, diuideret enim ſm superficiẽ, & hæc ſm lineã, & ista ſm punctum. quare si punctum impossẽ est diuidere, ẽt lineã, q̃ si hanc, cętera quoq;. Quid igit̃ differt aut has esse tales naturas, aut non esse quidem in eis tales naturas? idem nanq; accidet. diuisis enim sensibilib⁹, B diuidentur, aut nec ipsæ sensibiles. At nec separatas esse tales naturas possibile est. Nam, si erũt præter sensibilia solida separata ab his diuersa, priorãq; sensibilibus, patet, q̃ etiam præter superficies alias necesse est esse superficies separatas, puncta quoq;, & lineas: qñquidem eadẽ ratio est. Quòd si hæc rursus præter mathematici solidi supficies, lineas & puncta, alia separata, siquidẽ incompositа, priora compositis sunt. & si sensibilibus priora sũt C corpora non sensibilia, eadẽ rõne superficiebus ẽt, quę in solidis immobilibus sunt, priores sunt hę, q̃ p̃ seipsas existũt. Quare aliæ sunt hæ, tum superficies, tum lineæ, ab his, quæ simul cũ separatis solidis sunt. hæ nanq; simul cũ mathematicis solidis, illæ vero eis priores sunt. Rursus illarum superficierum lineæ erunt, quib⁹ priores alias oportebit eadem ratione lineas, puncta q̃ esse, & eorum, quæ in prioribus lineis, alia puncta priora, D quibus non erunt amplius alia priora. At absurda sane coacervatio fit. accidit nanque solida quidem vnica prætet sensibilia esse. superficies vero triplices, p̃ter sensibiles: illæ scilicet præter sensibiles, quæ in mathematicis sunt solidis, quæq; præter eas, q̃ in his sunt. lineæ autem quadruplices, puncta autẽ quincupla. Quare circa qualia horum mathematicæ scientiæ erunt? non enim circa superficies, lineas, et puncta, quæ in immobili solido E sunt: quandoquidem semp̃ sciẽtia circa priora est. Eadem ratio de numeris quoq;. præter enim quælibet puncta aliæ vnitates erunt, ac præter quælibet entia sensibilia, deinde præter intelligibilia. quare numerorum mathematicorum infinita genera erunt. Item quonam modo quę in dubitationibus enumeravimus solui possunt? etenī ea, circa quæ Astrologia est, simili modo præter sensibilia sunt, ac circa quæ Geometria. esse vero cœ F lum, & partes eius, quonam modo possibile est, aut aliud quodcunq; motum habens? similiter autem Perspectiuæ & Harmonicæ obiecta? erit nanq; vox, & visus præter sensibilia & particularia. Quare patet, q̃ aliꝰ sensus etiam, aliaq; sensibilia sunt. cur enim magis illa q̃ ista? q̃ si hæc sunt, animalia quoq; erunt, siquidem & sensus. Item quędã à Mathematicis vniuersaliꝰ prę-

ter

ter has substantias scribuntur. erit igitur hæc quoq; alia quædam substantia separata, ac media ĩter ideas, ac media, quę nec numerus, nec pũcta, nec magnitudo, nec tempꝰ sit. cp si hoc impossibile est, constat quoq; illa impossibile esse à sensibilibus separata. Et omnino contrarium, tum vero, tũ ei, quod existimari solitum est, accidit, siquis ita eẽ mathematica ponat, vt quædam naturas separatas. necesse enim est propterea quidem, qđ H ita se habeant, priores sensibilibus magnitudinibus esse, secundum autem veritatem posterio res: siquidem imperfecta magnitudo generatione prior, substantia posterior sit, vt inanimatum animato. Item quo, & quando magnitudines mathematicę vnum erunt? quæ quidem interdũ animæ, aut parti animę, aut alicui, quæ particeps est ratiõis, insunt? cp si non, multa erunt, ac dissoluentur. Illis vero (cũm diuisibiles, quantæq; sint) quidnã I causæ est, vt vnum sint, coniunctæq; maneant? Item ipsę etiam generationes hoc manifestant. quandoquidem, quod primum est, ad longitudinem, deinde ad latitudinem, & tandem ad profunditatem fit, ac finẽ nactum est. Si itaq; substantia prius, qđ generatione posterius est, corpꝰ profecto, tum superficie, tum lõgitudine prius erit. & hac ratione perfectum magis, atq; totũ, quia sit aĩatum. Linea vero, siue superficies, quonam modo aſa- K ta erit: supra nanq; nostros sensus hæc certe dignitas erit. Item corpus quidem substantia q̃dã sit, quippe cp iam perfectionem quodam modo habet, lineę vero quonam mõ substãtiæ erũt? nec enim vt species, & forma q̃dam, veluti si anima sit, qđ tale est. nec vt materia, veluti corpꝰ. nihil.n. ex lineis, neq; ex superficiebus, neq; punctis videt̃ constare posse. Atqui si qua materialis substantia esset, hoc pati posse profecto videretur. Ratio- L ne itaq; prior sit. non tamen omnia, quæcunq; ratione priora, substãtia quoq; priora sunt. substantia nanq; priora, quæcunq; separata ipso esse excedunt. ratione vero his, quorum ratiões ex rationibus. hæc autem non sunt simul. si enim passiones nõ sint præter substantias, veluti quiddam motum vel albũ, homine albo fm rationem albedo prior est, non fm substantiã. nõ enim potest separata esse, verũ M semper vna eũ toto est. dico autem totum hominem album. Quare manifestum est, neque prius eẽ, quod ex ablatione est, neque posterius, quod ex appositione est: ex appositione nanque, ipsa albedine albus homo dicitur. Quòd igitur nec substãtiæ sint magis quàm corpora, nec essentia sensibilibus priora sint, verum sola ratione, nec vlquam esse separata possibile esse, satis dictum est.

Non ita, dempto ro ne subla ta ponat.

Mathe-

A *Mathematica & entia esse, & quo pacto: & quo modo non priora, & quomodo priora. Vbi de Abstractione multa. Cap. 3.*

CVm vero nec in sensibilibus ea esse contingat, manifestum est cp aut omnino non sunt, aut modo quodam sunt, & ob hoc non simplr sunt. multiplr nanq; ipsum esse dicimus. Quemadmodũ enim vniuersalia ĩ Mathematicis nõ sunt de separatis præter magnitudines, numerosq;, verum de his, B quanquã nõ quatenus talia, vt magnitudinẽ habeant, aut diuisibilia sint, patet cp etiam de magnitudinibus sensibilibus rationes & demonstrationes sunt: verũ non prout sensibiles, sed, put tales sunt. quemadmodũ enim prout mota solum multæ rationes sũt, absq; eo cp quid sit vnũquodq; eorum, ac eis accidẽtiũ consyderetur, & non est necesse propterea idem aliquid motũ à sensibilibus separatum esse, vel in eis aliquam naturam segregatam esse: ita de his, quæ mouentur etiam erunt rationes, atque C scientiæ, non tamen quatenus mota, verum quatenus corpora tantum, & rursus prout superficies tantum, & prout longitudines tantum, & quatenus diuisibilia, & quatenus ĩdiuisibilia situm habentia, & prout indiuisibilia tantum. Quare cùm simpliciter verum sit dicere, non solum separabilia, sed & non separabilia esse, veluti ea quæ mouẽ- D tur, & mathematica (quia etiã qualia dicunt verum est simpliciter dicere, & talia esse) & quẽadmodum cęteras scientias simpliciter verum est dicere huius esse, nõ eius, quod ei accidat, veluti cp albi (si salubre album sit) verum prout salubre est, ac illiꝰ cuius vnaquæq; est, si salubris salubre, si vero hominis prout homo est, ita & Geometriã, non si accidit sensibilia esse quorum est, non est autem eorum, prout sensibilia sunt: non erunt sensibilium Mathematicæ scientiæ, ne E que profecto circa hæc, alijs separatis. Multa vero per se rebꝰ accidũt, prout vnumquodq; talium est. qm̃ & quatenus fœmina animal, & quatenus mas, ꝓprię sunt passiones: etsi non est quicquam fœmina, neq; mas separatũ ab animalibus. Quare etiam prout longitudines solũ, & prout superficies, & quanto de prioribus rõne, ac simplicioribus, tanto magis id certitudinẽ hẽt. hoc aũt simplex est. quare absq; magnitudine magis q̃; F cũ magnitudine, & maxime absque motu. quod si hẽt motum, primũ maxime: siquidẽ hic simplicissimus est, & huius qui regularis est. Eadẽ rõ de Harmonica, & Perspectiua ẽ. neutra nãque, pũt visus, vel, put vox speculat̃, verũ, put lineę, & nũeri. at hęc, ꝓprię illorũ passiones sunt. Mechanica quoq; sint. Quare si qs ab accidentibꝰ separet, ac de eis aliquid, quatenus talia sunt,

consy-

G consyderet, minime pp hoc mẽ tietur. quemadmodũ nec cũm in terra describat, ac eam, quæ pedalis non est, pedalẽ dicat. nõ enim in propositionibus falsitas inest. Optime vero ita vnũquodq; profecto consyderabit, si quis separans ponat qđ non est separatum: quod Arithmeticus, Geometraq; facit. Vnum etenim & idiuisibile est homo, put homo. ille vero posuit vnũ indiuisibile: deinde speculatus est, si quid homini prout indiH uisibile est, accidit. at Geometra nec prout hõ, nec prout indiuisibilis, verum prout solida. quę.n. ẽt tametsi nullibi erat indiuisibilis, inerant ei, patet q ẽt absq; his contingit ei posse inesse. Quare propter hoc nõ male Geometrę dicunt, & de entibus differunt, & entia sunt. duplex.n.est ens, hoc quidẽ actu, hoc vero materialiter. Cũ autẽ bonũ & pulchrum differãt (siquidẽ illud semper in operatioI ne, pulchrum vero ẽt in immobilibus est) qui dicunt Mathematicas scientias nihil de bono vel pulchro dicere, falsũ dicũt. Dicunt etenim & maxime ostẽdunt. nam etsi non nominãt, cũ tñ opera & rationes ostendunt, nonne dicũt de eis? pulchri nãque maxime species sunt, ordo, commensuratio, & definitum, quę maxime ostendunt Mathematicæ scĩæ. Et, cũm hęc multorum causę esse appareant) dico autem veluti ordo & defini-

tdẽ primo Priorũ. c. 15. & 1. Pos. c. 1. com. 20. Instantię solutio.

Ens duplex.

Bõi et pulchri discrimen.

Quo pacto Mathematicę sciębonũ & pulchrũ cõsyderent.

Pulchrispecies.

tum) patet q; etiam similẽ causam, quę vt bonũ causa est, quodam mõ dicant. magis autem aperte in alĩs dicemus. De mathematicis igit, & q; entia sunt, & quomodo entia, & quo modo nõ priora, & quomodo priora, tot dicta sint. K

SVMMA SECVNDA.

Disceptatio contra Ideas.

Quæ moverint Idearum assertores ad eas ponendas. Cap. 1.

DE ideis autẽ primo ipsam, q̃ de idea est, opinionem consyderandũ, ad numerorũ naturã nihil cõsortñ habẽtẽm. sed quemadmodum opinati sunt à principio, qui primi ideas esse dixere. Accidit vero de ideis opinio illis, qui dixerũt, propterea q; de veritate adhęserãt Heracliti rõnibus, tanquã oĩa sensibilia semper fluant. Quare, si qua cuiuspiã scientia, prudentiaq; erit, oportet alias quasdã naturas permanentes esse, pter sensibiles. non.n. fluentium esse scĩam. Cũ vero Socrates circa morales virtutes vacaret, & de his vlr definire primus quæreret, naturalia.n. parumper Democritus tetigerat solum, & aliquatenus calidũ & frigidũ definierat. Pythagorici ẽt pr9 de quibusdã paucis, quorũ rationes ad numeros reducebant, veluti quid est tẽpus, aut iustum, aut nuptię) ille sane rationabili- I

a Libro.

ter q̃rebat ipsum quid est. syllogizare.n. quęrebat. syllbrũ vero principiũ est ipsum quid est. nondũ.n. tunc erat vis dialectica, vnde et possent absq; eo ipso quid est cõtraria consyderare, vtrũ contrariorũ eadẽ scĩa eẽt. Duo nanq; sunt, quę Socrati iure proprio attribuat quispiã, inductiuas orationes, & definitionẽ vlĩs. hęc.n. ambo circa principium scientię sunt. At Socrates quidem vlĩa non ponebat separata, nec definitiones. quidã à vero separarunt, ac talia entiũ ideas appellarunt. quare ferẽ accidebat eis eadem ratione omnium, quę vniuersaliter dicuntur, ideas esse.

Destruuntur fundamenta eorum, qui ideas ponunt. Cap. 2.

AT simile est, sicuti si quis numerare volens, cũ quidem pauciora existãt, arbitretur non posse: cũ vero plura faciat, numeret. plures etenĩ (vt ita dicam) formę sunt, q̃ sensibilia particularia. de quibus C cũ causas quęrerent, ex his ad illas processerunt. nã & fm vnũquodq; eiusdẽ nominis sunt, & Præter substantias, cęterorum quoq; in multis est vnum, & in his, & sempiternis. Cęterũ quibus modis ostenditur, q; formę sunt, fm nullum horum apparet: ẽ quibusdam nanq; nõ est necesse fieri syllũm: ẽ quibusdã vero, et quorũ non putãt, horũ formæ fiunt. Secundum nanq; rationes, quæ ex scientĩs, formę erunt omnium, quorũ scientiæ sunt. fm vero vnum in multis, ẽt negationum. & fm q; intelligimus aliquid eius, qđ corruptum est, ẽt corruptibilium: siquidem horum aliqua conceptio est. Insuper quędã rationũ, eorum etiã quæ ad aliquid sunt (quippe cũ exactissimæ sint) ideas faciunt, quorum nõ dicimus eẽ per se genus. Quædã ẽt tertium hoĩem dicũt. Et simpliciter hæ de formis rõnes, illa perimunt, q̃ magis q̃ ipsas ideas esse volunt, qui formas dicunt. E Accidit.n. non esse prius dualitatem, sed numerum: & huius qđ est ad aliquid eo, qđ est p se: & cuncta, quęcunq; cũ quibusdam sequerentur de ideis opiniões, aduersa facere principĩs. Item fm existimationẽ, fm quã dicunt ideas esse, non solum substantiarum, verumetiã multorum aliorũ formæ erũt. etenim vnus conceptus nõ solũ de substantĩs, sed de non substantĩs ẽt est. Et scĩę nõ solũ substantię F erunt, & alia id genus accidunt infinita. Secundum vero necessitatem & opiniões de eis, si formæ participabiles sunt, necesse est substantiarũ solum eẽ ideas. nõ.n. fm accidens participatio earũ est, sed eatenus vnaquaq; participare est, quatenus dicit non de subiecto. dico aũt, vt si quid ipso duplo participat, hoc ẽt ęterno pticipat, sed fm accñs accidit. n. duplo æternũ eẽ. quare formę substantia erunt. hæc

D

autem

Universidad de Deusto Biblioteca

G autem hic et ibi substantiam significant. An aliquid est dicere esse prꝛeter hꝛec ipsum qd vnū in multis? etsi eadē quidē forma ē idearū, & participantiū, erit aliquid cōe. cur. n. magis de corruptibilibus dualitatibus, & pluribus qdē, sed ꝛternis dualitas vnū & idem sit, qꝫ de hac & aliqua? qꝛ si nō est eadem forma, equiuoca erit profecto: & simile, ac si quis Calliam, & lignum hoīes appellarit, nullā inspiciēs cōmunicationē eorum. Si autē H ꝛtera quidem, cōmunes videlicet rationes formis conuenire ponemus, veluti ad ipsum circulum figurā planam, et ꝛteras rationis partes, & qđ ei, cuius est, apponat, consyderandū est, ne omnino vanū hoc fit. cui nāque apponet? medio, an plano, an cunctis? Omnia. n. q̄ in substātia sunt, ideꝫ sunt, vt animal & bipes. Itē patet, qꝛ ipsum quo que necesse est qd eē veluti planū naturā quādam, quæ oībus speciebus vt genus inerit.

I *Ideas ipsas neq; rebus, neq; scientijs prodesse. Cap. 3.*

POtissimū vero quispiā dubitabit, quid nā formꝫ cōferāt, aut sempiternis sensibiliū, aut illis, q̄ fiunt, & corrūpuntur. nec. n. motus, nec alicuius transmutatiōis, eis ipsis causæ sunt. At nec ad sciam aliorū prosunt. nec. n. horū illꝫ substātiæ sunt: in his etenim essent. Nec ad esse. quippe cū nō insint participantibus. Ita etenim fortasis causꝫ putabuntur esse, vt K albū mistū albo. Sed ista ratio facile redargui pōt, quam Anaxagoras prior, Eudoxus vero posterior dubitans, & alij qdā dixerūt. facile. n. est multa et impossibilia ad hanc opinionē cōgerere. At nec ex formis ꝛtera sunt fm vllum illorū modorū, qui dici solēt. Dicere vero exēplaria eas esse, & ꝛtera eis participare, vana & figmenta poetica est dicere. Quid. n. est, quod agit, ad ideas inspiciens? Possibile enim est & esse, & fieri qđ L cunqꝫ, etiā nō ex imagine. quare, & existente Socrate, & non existente, fiet vtiqꝫ quale Socrates est. Similiter etiā dilucidū, si Socrates sempiternus esset, & eiusdē erunt plura exemplaria. quare & forma, vtputa hominis, animal, & bipes: simul aūt & idealis hō. Item nō solū sensibilium exemplaria forma erūt, verumēt ipsarū: vtputa genus formæ, q̄ f generib⁹ sunt. quare idē erit exēplar & imago. Item videret impossibile esse separatā substantiā, & id, cuius substātia. Quamobrē, qūo ideꝫ, cùm rerum substantiꝫ sint, separatꝫ erūt? In Phędone vero hoc mō dr, qꝛ tū ipsius eē, tū ipsius fieri formꝫ causꝫ sunt. attamen quāuis formæ existant, nō fiunt, si non fit, q moueat. & multa alia fiūt, vt dom⁹, & annulus, quorū nō dicūt formas esse. Quare patet ꝛtera quoqꝫ, quorū aiūt ideas eē, posse et esse et fieri propter

pter tales causas, quales eorum sunt, quæ nunc dicta sunt, & nō ꝓꝓ formas. sed de ideis quidē, & hoc modo, & per alias tum magis dialecticas, tum certiores rationes, multa iam consyderatis, similia congregari possunt.

SVMMA TERTIA.

Opinionum numeros substantias separatas ponentium. destructio.

Quot modis possibile sit dicere numeros substantias esse sep.ratas: & qui modis illis vti sint. Cap. 1.

A

CVm autē de his determinatū sit, decet rursus, quæ circa numeros illis accidunt, qui eos substantias separatas dicūt, ac ꝛntiū causas primas speculati. Necesse vero est, si numerus quædā natura est, nec ē alia quꝫdam eius substantia, sed hoc ipsum, vt quidā aiūt, aut quoddā eius primū esse, quod dam consequens, quod sit fm, quodqꝫ specie diuersum. & hoc aut in vnitatibus confestim existit, & est quæcunqꝫ vnitas cuiqꝫ vnitati incombinabilis: aut sunt confestim consequenter oēs, & quæcunqꝫ quibuscunqꝫ cōbinabiles, qualē aiūt mathematicū numerū esse, (in mathematico enim nulla vnitas alia ab alia differt) aut quasdā, cōbinabiles, quasdā non: veluti si post vnū est prima dualitas, deinde trinitas, & sic alius numerus. Snnt autē vnitates in vnoquoqꝫ numero: veluti quæ in prima dualitate sunt, inuicē cōbinabiles, & quæ in prima trinitate sunt, inuicē: & ita in ꝛteris numeris. Quæ vero in ipsa dualitate incōbinabiles eis, quæ in ipsa trinitate sunt. & similiter de alijs consequentib⁹ numeris. Ideo mathematicus qdem numeratur, post vnū duo, cū anteriori vno aliud vnum. tria quoqꝫ cū his duobus aliud vnum, & reliquus quidē similiter. iste vero post vnū, duo alia, absque primo vno. & trinitas absqꝫ dualitate. similiter autē & E reliquus numerus. Aut igitur quendā numerorū esse oportet qualis primus dictus est, quendam autē qualē Mathematici dicunt, tertiū vero qualis vltimo dictus est. Irē istos numeros aut ꝛparatos à rebus esse, aut non ꝛparatos, sed in ipsis sensibilibus. non autē ita vt prius consyderabamus, sed vt ex numeris inexistentibus ipsis sensibilib⁹, aut quēdā corū esse, quendā nō, aut oēs esse. Modi quidē, secundum quos contingit eos esse, hi F sunt necessario soli. At hi etiam, qui dicunt ipsum vnum principium substantiā, ac elementum omniū esse, & ex hoc & alio quodam numerum esse, ferè singuli horū aliquē modorū dixerunt, prꝛterquam qꝛ omnes vnitates incōbinabiles sint. & rationaliter accidit, non enim contingit aliū modū esse, prꝛter eos qui dicti sunt. Quidā itaqꝫ ambos numeros esse aiunt. illum quidem,

qui

G qui prius & posterius habeat ideas: mathematicũ vero, præter ideas & sensibilia: ac ambos à sensibilibus separatos. Quidã mathematicũ solum numerum esse primũ entiũ, ac à sensibilib⁹ separatum. Pythagorici quoq; vnũ ipsum mathematicũ, verũ non separatum, sed ex eo sensibiles substantias constare dicunt. totũ enim cœlũ ex numeris construunt, præter id, quod non ex monadicis, sed vnitates existimãt habere magnitudinẽ. Quo autẽ modo primũ vnũ constitit magnitudinẽ habens, dubitare videntur. Alius autẽ quidã primum numerũ, ipsum formarũ vnũ esse: alĩ vero & ipsum mathematicũ, hunc eundem esse. Simili modo etiã circa longitudines, & plana, & solida. quidã enim alia esse mathematica, & alia, quæ post ideas. Eorũ vero, qui aliter dicunt, quidã mathematica, & mathematice dicunt: quicunq; ideas non faciunt numeros, nec esse ideas aiunt. quidam mathematica, non mathematice. non enim secari omnem magnitudinẽ in magnitudines, neq; quascũq; vnitates dualitatem esse. monadicos autẽ numeros esse ponunt oẽs, præter Pythagoricos, quicunq; vnum, elementũ, atq; principium entium aiunt esse. illi enim habentia magnitudinẽ aiunt, vt prius dictũ est. Quot igitur modis cõtingat de eis dici, quodq; omnes modi dicti sint, ex his manifestum est.

Pythagoricorũ opinione sensibiles substãtias numero mathematico constare.

H

I

Sunt autem cuncta quidem impossibilia, magis vero fortassis altera alteris. K

Disputatio contra ponentes Ideas numeros esse. Cap. 2.

PRimo itaq; considerandũ est, vtrũ cõbinabiles sint vnitates, an incombinabiles. Quòd si incõbinabiles, quonã modo, vt diuisimus. est enim quãcunq; cuicunq; vnitati incõbinabilẽ esse. est autẽ & eas, quę in ipsa dualitate sunt, ad eas quę in ipsa trinitate, & sic eas, quę in vnoquoq; numero primo sunt, incõbinabiles inuicẽ esse. Si oẽs igitur vnitates cõbinabiles, & indifferẽtes sint, mathematicus numerus fit, & vnus solus, neq; cõtingit ideas numeros esse. quãlis nãq; numerus idealis homo, aut animal, aut aliqua alia specierũ erit? Idea nanq; vna vniuscuiusq; veluti ipsius hois vna, & ipsius animalis alia vna. hi vero similes et indifferẽtes infiniti. Quare nihil magis hæc trinitas ipse idealis homo erit, q̃ quæcunq;. Quòd si ideæ nõ sunt numeri, nec o'no pole est eas esse. ex quibus nanq; principijs ideę erunt? numeris enim ex vno & dualitate indeterminata est. ac principia & elementa ipsius numeri dicunt̃, neq; ea contingit, aut priora, aut posteriora numeris ordinare. Si vero vnitates incombinabiles sunt, & ita incombinabiles, vt quęcunq; cuicũq;, nec mathematicũ hunc contingit esse numerũ, mathematicus nanq;

L

M

A nanq; ex indifferentibus est. & q̃ de eo ostenduntur, tanquã in tali conueniunt. Nec hunc esse formarũ. nõ. n. erit dualitas prima ex vno & ideterminata dualitate. Deinde consequentes numeri, vt dr̃, dualitas, trinitas, q̃ternitas. simul etenim q̃ sunt in prima dualitate vnitates generant̃: siue quemadmodum qui prius dixit, ex inæqualibus (factis nanq; æqualibus fiebant) siue aliter. Deinde, si altera vnitas prior altera erit, dualitate etiã, B quæ ex his fit, prior erit. cùm. n. aliquid sit, quoddam prius, q̃dam posterius, & quod ex his, hoc quidẽ prius, illo vero posterius est. Item, cũ primum quidẽ ipsum vnũ sit, deinde cæterorũ est aliquod primũ vnũ, secũdum vero post illud, & rursus tertiũ, secundũ quidẽ post secundum, tertiũ vero post primũ, vnum. Quare priores profecto erunt vnitates, q̃ numeri, qui eas cõplectunt̃. veluti in dualitate erit C tertia vnitas, anteq̃ tria sint: & in trinitate, quarta & quinta, anteq̃ hi numeri sint. At nemo eorũ hoc modo dixit vnitates incombinabiles. verum secũdum quidem principia eorũ ita eẽ rationabile est: fm autem veritatem impossibile est. etenim vnitates priores & posteriores esse rationabile est, si & quædã quidem prima vnitas est, vnumq; primum. & dualitates similiter, si & prima quidem dualitas est. post nãq; primũ rationabile & necessarium est secundũ quidD dã esse: & si secundũ, tertium, & ita cętera consequenter. Simul vero vtrunq; dicere, vnitatẽq; primam post vnam esse, atque secundam & primam dualitatẽ, impossibile est. hi vero vnitatẽ quidẽ & vnum primum faciunt, secundũ vero, & tertium nequaquã. ac dualitatẽ primã, secundam vero, & tertiam minime. Constat autem, q̃ si omnes vnitates incombinabiles sunt, non cõtingit dualitatẽ ipsam esse, ac trinitatẽ, & sic cæteros nuE meros. siue nanq; sint vnitates indifferentes, siue differentes singulę à singulis, necesse est numerum numerari per additionem. veluti binarium, ad vnum vno alio addito. ternarium quoque, alio ad duo apposito. & simili modo quaternariũ. Quare cùm ita sint, impossibile est numerorum esse generationem, quemadmodũ ex dualitate & vnitate generant. binarius nãq; pars ternarij̃ fit, & hic quaternarij̃. eodẽ autẽ modo & in consequentib⁹ F accidit. At ex primo binario, in determinatoq; binario fiebat q̃ternarius, duo binarij̃ præter ipsum binarium. quod si nõ, pars erit ipse binarius. alter vero adhuc erit vnus binarius. & binari⁹ erit ex ipso vno & alio vno. Quòd si est, non est possibile alterum elementũ esse indeterminatũ binariũ. vnã. n. vnitatẽ generat, sed nõ determinatũ binariũ. Itẽ p̃ter ipsum ternarium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ipsumq; binariū, quō ernut alij ternarij & binarij: quoue modo ex prioribus & posterioribus vnitatibus componuntur? hæc enim omnia & fictitia sunt, & impossibile esset esse primū binarium, deinde ipsum ternariū. at necesse est, postquā vnū quidem & indeterminatus binari⁹ elementa erunt. ꝙ si quæ accidūt impossibilia sunt, hæc quoque principia impossē est esse. si itaq; vnitates, quæcunq; à quibuscunq; differant, hæc & alia H huiuscemōi necessario accidūt. Si aūt quæ quidem in alio differentes sunt, quæ vero in eodem numero indifferentes inuicē solæ, non pauciora difficultatē ingerentia, hoc quoq; modo accidunt, veluti in ipso denario decē vnitates sunt. cōponitur aūt denarius, tū ex his, tū ex duob⁹ quinarijs. Cùm vero ipse denarius non sit quicunq; numerus, nec ex quibuscunq; quinarijs cōponatur, sicuti nec vnitatib⁹, necesse est vnitates, quæ in hoc I denario sunt, differre. nā, si non differant, nec quinarij differēt, ex quibus denarius est. cùm vero differant, vnitates quoq; different. Si igitur differāt, vtrum nō erūt quinarij alij, sed hi duo tm̄, an erūt? siue igitur nō erūt, inconueniens est: siue erūt, qualis ex eis denarius erit? non est enim in denario alius denarius præter ipsum. at vero ēt necesse est, vt non ex quibuslibet binarijs quaternari⁹ componatur, indeterminatus nanq; binarius (vt K aiunt) determinatū accipiens binariū, duos binarios effecit: eo enim, quod cepit, binarij fuit efficiens. Itē, quonā modo contingit binarium præter duas vnitates, ac ternarium præter tres vnitates, aliquā esse naturā. aut enim certe alterū altero participabit, quemadmodū albus homo præter albū & hominē (his enim participat) aut cū alterum quædam alterius differentia sit, quemadmodum homo præter L animal & bipes. Item quædam tactu, quædā mistione, quędam positione sunt vnū, quorū nihil vnitatibus, ex quibus binarius atq; ternarius fit, competit: sed quēadmodū duo homines non sunt vnū quid præter vtrunq;, ita de vnitatibus quoq; necesse est. Et non, quoniā indiuisibile, idcirco different. etenim pūcta quoq; indiuisibilia sunt: verūtamen dualitas eorū nihil aliud est præter duo. At vero nec hoc latere decet, quod accidit prio- M res, posteriores q; dualitates ēē, similiter autē & alios numeros. Binarij enim, qui in quaternario sunt, sint inuicē simul: sed ipsi his, qui octonario insunt, priores sunt & genuerunt (quemadmodum binarius ipsos) ipsi quaternarios, qui in ipso octonario sunt. Quare si & primus binari⁹ idea, hi quoque quædam ideæ erūt. Eadem ratio de vnitatib⁹ etiam est. quæ enī in prima dualitate sunt vnitates, generāt quatuor

A tuor, quæ in quaternario sunt. Quare oēs vnitates ideæ fiunt, & cōponetur idea ex ideis, Quā obrē patet, ꝙ etiā illa, quorum hæ sunt ideæ, composita erunt. veluti siquis animalia dicat ex animalibus cōponi, & horum ideæ sunt, ex animalibus ideæ erunt. Et omnino facere vnitates quomodocunq; differentes, absurdū & fictitiū est. Dico aūt fictitiū, quod ad suppositionem coactum est. nec enim secundū B quantū, nec secundū quale videmus differre vnitatē ab vnitate. necesseq; est aut æqualē, aut inęqualē esse omnē quidem numerū, sed præcipue monadicū. quare si nec maior neq; minor, ęqualis. ęqualia vero & omnino indifferentia, eadē putamus esse in numeris. Quòd si non ita sit, nec dualitates, quæ in hoc denario sunt, indifferentes erunt, cū æquales sint. quā. n. causam dicturus est, qui dicit indifferētes esse? Itē, si oís vnitas & vni- C tas alia, duo: vnitas quoq; quæ ex ipsa dualitate, & quæ ex ipsa trinitate dualitas erit & ex indifferentibus. Et vtrum trinitate prior, an posterior? Magis nāq; videt necessariū priorē esse hęc nanq; vnitatum simul trinitati, illa vero simul dualitati. Et nos quidē omnino putamus vnum & vnū, siue ęqualia, siue inęqualia sint, duo esse, veluti bonum & malum, & hoīem & equum. qui vero ita dicūt, nec ipsas vnitates. Siue aūt non est maior numerus ipsi⁹ trinitatis q; dualitatis, mirū est, siue est maior, constat ꝙ ęqualis ēt dualitati inest. quare ipse ī differēs ab ipsa dualitate. verū non contingit, si primus aliquis numerus est, & secundus. Nec erunt ideæ numeri. hoc. n. ipsum recte aiunt, qui vnitates differentes debere esse arbitrantur. si quidē erunt ideæ (vt pri⁹ dictū est) vna profecto erit species. Si vero vnitates indifferentes, dualitates quoque, ac trinitates indifferentes erūt. quare necesse ē eis dicere ita nu- E merandū esse, vnū, duo, non superaddito iam prędexistenti. nec enim gñatio ex indeterminata dualitate erit, nec ideā esse contingit. inerit nāq; altera idea in altera, cunctæq; formæ vni⁹ pārtes. quare ſm suppositionē quidē rectè dicunt, simplr vero nō recte. multa nanque perimunt. Cùm aūt hoc ipsum habeā quā dam profecto dicant dubitatiō nē, vtrum cùm numeremus & dicamus vnū, duo, tria, assumē- F tes numeramus, an ſm particulas. vtroq; aūt modo facimus: quapropter ridiculū est hāc ad tantam substantię differentiam reducere. Ante aūt omnia probe se habet determinare quænā numeri, & vnitatis differentia est, si est. Necesse aūt est aut ſm quantum, aut secundū quale differre. neutrum aūt horum videtur posse esse: verū prout numerus, secūdum quantum. Si itaq; etiam vnitates quātitate differ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G rent, numerus quoq; à numero differret, qui æqualis est, plenitudine vnitatũ. Item vtrũ primæ maiores, an minores, & postea crescant, an econuerso? hæc enĩ oĩa absurda sunt. At vero nec secundũ qualitatẽ differre contingit. nullã. n. inesse pasiõnẽ possibile est. etenim numeris quoq; posteriusaiunt inesse qualitatẽ ẽ̃ quantitatem. Itẽ nec ab vno hoc ipsę patientur, nec à dualitate. hoc. n. non est quale, illa vero quãtum, quale. nã vt entia multa sint, hæc natura causa est. Si igitur aliter quoquo mõ se hẽt, dicendum hoc maxime in principio est, & de differentia vnitatis determinandũ, maxime quidem & propter quid necesse est exiſtere. cp̃ si non, quam dicunt? Et quidem, si ideę numeri sunt, dilucidũ est, cp̃ neutro modorũ contingit, nec combinabiles eũ ctas vnitates esse, nec inuicem incombinabiles.

Destruuntur opiniones: Et ea, quæ numeros mathematicos rerum principia ponit: Et ea, quæ eundem esse numerum & mathematicum, & idealem dicit: Et ea, quæ Pythagoricorum est, dicentium numeros quidem separatos non esse, sed ex ipsis constare corpora. Redditurq; earum erroris causa. Cap. 3.

AT nec, vt alĩ quidem de numeris dicunt, recte dicit. sunt aũt hi, quicunq; ideas quidem esse non putant, nec simpliciter, nec vt numeros quosdam existentes: mathematica vero esse, & numeros entiũ primos, ac eorũ principium esse ipsum vnũ. Absurdũ nanq; est, vnũ quidem esse quid primum vnorũ, vt illi aiunt, dualitatem vero non esse dualitatũ, neq; trinitatem trinitatũ. eiusdem enĩ rationis oĩa sunt. Si igitur ita se habeãt quæ circa numerũ sunt, & solũ mathematicũ quis eẽ ponat, ipsum vnum non est principium. necesse enim esset, vt tale vnũ differret ab alĩs vnitatib⁹. cp̃ si hoc, dualitatem quoq; primã à dualitatibus. similiter aũt cæteros quoq; consequẽtes numeros. si aũt ipsum vnũ est principium, necesse magis ẽ quę circa nũeros sunt se habere (vt Plato aiebat) ac esse dualitatem primã & trinitatem, nec esse numeros ad seinuicem cõbinabiles. si quis vero rursus hæc ponat, dictũ est cp̃ multa impossibilia accidũt. At necesse est aut hoc, aut illo modo se habeẽ. quare si neutro modo, non est possibile ſnumerũ esse separatum. Constat autẽ ex his, cp̃ tertius mod⁹ pessime dicitur, eundẽ videlicet esse mathematicũ & formarũ numerũ. Necesse est enim ĩ vnam opinionem duos errores conuenire. nec enim mathematicum numerũ contingit hoc modo esse, sed proprias suppositiones supponentem necesse est prolixum esse. Et insuper quæcunq; accidunt eis, qui vt formas numerum dicunt, hæc etiam necesse est dicere. Modus vero Pythagoricorũ partim pauciores habet difficultates, cp̃ prius dictæ sunt, partim alias proprias. Nã non separatum facere numerũ, aufert multa impossibilia. Corpora vero ex numeris esse compoſita, & hunc numerũ mathematicum esse, impossibile est. nec enim indiuiduas magnitudines dicere verum est. Deinde, quia hoc modo maxime se habent, vnitates vero non habent magnitudinẽ, magnitudinẽ vero ex indiuisibilibus componi, quonã modo possibile est? At vero numerus arithmetic⁹ monadicus est, illi vero numerũ entia dicunt. speculationes enim adaptant corporibus, tanquam existentibus ex ipsis numeris. Si igitur necesse quidem est horũ aliquo dictorũ modorũ esse, numerus quidẽ aliquid per se entiũ est, nullo autẽ horũ esse contingit, constat non esse aliquã talẽ numeri naturã, qualẽ asserunt, qui eũ separatũ faciũt. Itẽ vtrũ vnaquæque vnitas ex magno & paruo adæquatis sit, aut hæc quidẽ ẽ paruo, illa vero ex magno? Si itaque sic, nec ex omnibus elementis vnumquodque est, nec vnitates sunt indifferentes, in hac quidẽ magnũ, in hac vero paruum ineſt, suapte natura contrariũ existẽs. Itẽ quæ in ipsa trinitate quonã modo sunt? vna enim superflua est. sed propterea fortasſis ipſum in impare mediũ faciunt. Quòd si vtraque vnitatum ex ambobus est adæquatis, quonã modo dualitas vna quædam existens natura, ex magno & paruo erit? aut qd ab vnitate differet? Itẽ vnitas prior dualitate. perempta nanque, perimitur dualitas. ideã igitur ideæ necesse est eã esse, cùm prior idea sit, ac priorẽ factã fuisse. ex aliquo igitur. indeterminata enĩ dualitas dualitatis efficiens erat. Itẽ aut finitum, aut infinitũ necesse est numerũ esse. numerum. n. separatum faciunt. quare non est possibile non esse horũ alterũ.

Et quidẽ quòd infinitũ esse non contingit, patet. infinitus enim, nec par nec impar est. generatio vero numerorũ, aut imparis numeri, aut paris semper est, cũ enim vnũ hoc non cadat in parẽ, impar efficitur. cũ vero hoc modo dualitas incidat, qui ab vno duplicatur. sic autẽ imparibus, alius par. Itẽ, si omnis idea alicuius est, numeri vero ideæ sunt, infinitus quoque numer⁹ erit alicuius vel sensibilium, vel alicuius alterius idea. quamuis nec secundũ positionẽ, neque secundũ rationẽ contingit, ita tamen ordinant ideas. Quod si finitus, vsquequo? hoc enim dici oportet, non solũ quod est, verumetiã propter quid est. A vero, si numerus ad denariũ vsq;, vt quidã aiunt, primo quidem cito deficient formæ. puta si trinitas est homo idealis, quis numerus erit idealis equus? etenim ad denariũ vsque numerus est idealis, ideo necesse est quosdã

Gñatio numerorũ.

G eorum numerorū in eis esse. hi enim substantiæ, ideæq; sunt. at tamen deficient, si formæ quidē animalis excedent. Simul au tē constat, q; si hoc modo trinitas idealis homo sit, & cęteræ quoq; trinitates, cū similes sint, qui in eisdē numeris sunt. quare infiniti homines erunt, aut vnusq;sq; idealis homo, si vnusquisq; trinitas idea est. aut si nō, saltē homines. Et si minor pars sit maioris, qui ex his combina bilibus vnitatibus est, quę i eo- H dē sunt numero, si alicuius idea sit ipsa quaternitas, veluti equi aut albi, homo erit pars equi, si homo dualitas sit. Absurdū itē est denariū quidem ideū esse, vn denariū aiūt non, neq; sequentiū numerorū. Item & sunt & fiūt quædam, quorū formę nō sunt, vnde qua de causa non sunt illo rū formę? non sunt ergo formę causę. Inconueniens est, si nume rus vsq; ad denarium magis qd ens, & ipsius denariq; species, ta metsi huius quidē non sit gene- I ratio tanquā vnius, illius tamē sit. tentant autē tanquā si is, qui ad denarium vsq; ad profectus numerus sit. generant porro q̄ sequuntur, veluti vacuum, pro portionē, abundās, cæteraq; huiusce modi. infra denariū quędā quidem principijs attribuunt, puta motū, stationē, bonū, ma lū, alia vero numeris, ideo vnū impar est. si enim in trinitate, quomodo quinarius impar? Magnitudines item, & quæcun K que similia, quousq; quanta? vé luti prima linea indiuisibilis, de inde dualitas, deinde hæc etiam ad denariū vsq;. Itē, si numerus separatus est, dubitauerit quis piā vtrum vnum prius, an trini tas & dualitas. quatenus enim numerus compositus est, vnum est. quatenus vero vniuersale et forma, prior numerus est. vna quæq; enim unitatum pars nu meri, ut materia est: ille uero, ut forma. ac quodam quidē modo rectus prior acuto, quia & in ra L tione definiente positus est: quo dā uero modo acutus, quia pars est, ac in hunc diuiditur. tanquā igitur materia acutus, elemen tū. & unitas, prius. at uero secū dum formā, & eam, quę secun dū rationē est, substantiā, rect?, ac totū, quod ex materia & for ma. quod enim ambo est, ppin quius est formæ, & ei cuius ra tio est: generatione uero poste rius. Quo igitur modo ipsum Principiū quo vnū unū principiū est? quia non est M diuisibile, aiunt, sed indiuisibi le, tū uniuersale, tū particulare, & elementū. uerum alio modo, illud quidē fm rationem, hoc vero fm tēpus. Vtroq; itaq; mo do ipsum vnū est principium? vt enim dictū est, & rectus acu to, & iste illo prior esse videtur, & vterq; vnus. Vtroq; igit mo do ipsum vnum faciunt princi pium. At impossibile. hoc enim vt forma, & substantia: hoc ve ro vt pars & materia. Est nanq; quodammodo vnū vtrūq;, fm veri-

A veritatē quidē potentia: siquidē vnum quid est numerus, & nō aceruꝰ, sed alius ex alijs (vt aiūt) vnitatibus: actu uero non est utraq; unitas. Causa uero erro ris, qui accidit, q̄a simul ex ma thematicis & uniuersalibus ra tionibus uenabantur, ita ut ex illis quidē tanquā pūctū posue rint ipm vnū, & principiū. uni tas enim punctum sine positio ne est. quemadmodū igitur qui B dam ex minimo entia compo suerunt, ita & isti. quare unitas efficitur numerorū materia, si mulq; dualitate prior. rursusq; posterior, tanquā dualitate exi stente toto quodam, & uno, & forma. ex eo uero, quòd uniuer sale quęrebant prædicatū unū, & ita ut partem dixerunt. at si mul hęc eidem inesse impossibi le est. Quòd si ipsum unum so lum sine positione esse oportet (in nullo enim differt, nisi quòd principium est, & dualitas qui dem diuisibilis, unitas uero nō) similior erit, pfecto ipsi uni uni- C tas. si autem unitas, illud quoq; unitati q̄ dualitati, ea quoq; de re utraque unitas prior dualita te erit. at non dicunt: generant sanè dualitatem primo. Item, si dualitas ipsa unū quid est, ac ip sa trinitas, ambo dualitas, ex q̄ igitur hæc dualitas? Dubitabit autem quispiam, q̄ cùm tactus quidem in numeris minime sit, consequentibus quidē his, qua rumcunq; non est aliquid me dium, unitatibꝰ, ueluti his, quæ in dualitate, trinitatēue sunt, ū- D trū consequentes sint ipsi uni, an non. & utrum dualitas prior est his, quę cōsequuntur, an qua cunq; unitatum. Simili modo hæ difficultates de posteriorib⁹ etiam numero generibus, linea, plano, & corpore accidunt. Qui dā enim ex magni & parui spe ciebus faciunt, ueluti ex longo quidam & breui longitudines, ex lato uero & stricto plana, ex profundo autem & humili mo les. hę autē magni & parui spe- E cies sunt, prīcipium uero, quod secundum ipsum unum est. Alij ea, quę eorum sunt, aliter posue runt. At etiam in his infinita ui dentur impossibilia, & ficticia, & omnibus rationabilibus con traria, absoluta nanque abinui cem accidet ea esse, si principia etiam non consequuntur, ut sit latum & strictū, lōgū & breue, at si hoc erit, planū erit linea, & solidū planū. Anguli item & fi guræ & huiusmodi, quonā mō assignabuntur? idemq; accidit, F quod eis, quæ circa numerū. hę nāq; magnitudinis sunt passio nes, non ex his magnitudo: quē admodū nec ex recto & curuo longitudo, nec ex leui & aspero solida. His aūt omnibus cōmu ne, quod in speciebus, q̄ sunt ut generis, dubitare accidit, cū q̄s uniuersalia ponat: utrum aīal ipsum in animali, an alterū ab ipso animali. Hoc nāq;, si sit nō separatum, nullam dubitationē faciet, si uero sit, quemadmo-

G dum qui hęc dicunt separatum ab vno & numeris, non est facile soluere: si non facile dicere oportet, quod impossibile est. cùm enim vnũ quis in dualitate intelligat, & omnino in numero, vtrũ ipsũ quid, an aliud intelligit? Quidã itaque ex tali materia magnitudines generãt, quidã ex puncto (punctũ autẽ eis non vnũ, sed quale vnũ esse videtur) & altera materia qualis est multitudo, sed non multitudine. de quibus nihil minus
H eadẽ accidit dubitare. Nam si materia vna est, idẽ linea, planũ & solidum sunt. ex eisdẽ enim vnũ & idẽ erit. Quòd si materiæ plures, & altera quidẽ lineę, altera plani, altera solidi, aut sequuntur inuicẽ, aut non, quare hoc etiã modo eadem accident. planũ etenim aut non habebit lineã, aut linea erit. Itẽ quo quidẽ modo contingit ex vno & multitudine numerũ esse, nihil dicere conantur. quomodocunque autẽ dicant, eædẽ difficul-
I tates accidunt, quæ illis quoq; qui ex vno, & indeterminata dualitate dicebant. Quidã nanque ex eo, quod uniuersaliter prædicatur, & nulla multitudine numerũ generat. quidam ex aliqua multitudine, prima tamen. dualitatẽ nãque primam aliquã multitudinẽ esse. Quare (vt ita dicam) nihil differunt, sed eædẽ dubitationes sequentur, siue mistio sit, aut positio, aut temperamentũ, aut generatio, & quæcunque alia similia.
K Maxime autẽ aliquis inquirat, si una sit quęq; unitas, ex quo nã est. non enim erit vnaquæq; ipsum unũ. necesse aũt est, aut ex ipso uno, & multitudine esse, aut ex parte multitudinis. atqui multitudinẽ dicere unitatẽ esse: impossibile est, cùm indiuisibilis sit. Quòd autẽ ex parte sit, alias habet multas difficultates. vnamquãque enim partiũ, aut indiuisibilẽ, aut multitudinẽ necesse est esse, ac vnitatẽ di-
L uisibilẽ, & ipsum vnũ, ac multitudinẽ non esse elementũ. quandoquidẽ vnaquęque vnitas nõ est multitudine. ac uno. Itẽ qui hoc dicit, nihil aliud q̃ aliũ numerũ facit. multitudo nanque indiuisibiliũ numerus est. Item quærendũ etiã ab eis, qui sic dicunt, utrum numerus infinitus an finitus sit. erat nanque, ut apparet, multitudo quoque finita, ex qua & uno sunt unitates finitæ. aliud q̃; ẽ ipsa multitudo,
M multitudoq; infinita. qualis ita que multitudo, & unũ est elementũ? Similiter autẽ de punctoquoque aliquis quæreret, ac elemento, ex quo faciunt magnitudines. non enim unũ solum punctũ hoc est. ex quo nanque unũ quodque aliorũ punctorũ? non enim ex quadã dimensione, ipsoq; puncto. At uero nec partes diuisibiles esse contingit partes dimensionis, quẽadmodum multitudinis, ex quibus unitates, numerus nanque ex indiuisibilibus cõponitur, magnitudines uero minime. Hæc itaque ita, cætera q; similia manifestãt q; impossibile sit numerum ac magnitudines separatas eẽ. Præterea quod ipsi primi de numeris discordãt, signũ est ipsas res, cùm non sint ueræ, ipsis præbere confusionẽ. Quidã. n. qui mathematica tm̃ faciunt præter sẽsibilia, cùm uiderent difficultatẽ atq; fictionẽ circa formas, desiterunt à numero ideali, ac mathematicũ fecerunt. Quidã uero, cùm formas simul & numeros facere uellent, neque uiderẽt quonã modo si quis hæc principia ponat, mathematicq; numerus præter idealẽ esset, eundem idealẽ ac mathematicũ numerũ fecerunt ratione. quia autẽ opere sublatus est mathematicus, q; prias profecto & non mathematicas suppositiones dicunt. Qui uero primq; formas & numeros esse posuit, formas & mathematicas esse rationabiliter separauit, quare accidit oẽs secundum quid recte dicere, oĩno uero nõ recte, ac ipsi etiã fatentur nõ eadẽ, sed contraria dicentes. Causa uero est, q; suppositiones atq; principia falsa sunt, difficile aũt est (ut ait Epicharmus) ex non bene præsuppositis, bene dicere, cùm primũ enim aliquid dicitur, confestim apparet non bene dictũ. Sed de numeris quidẽ sufficiant, quæ dubitata & quæ determinata sunt. cuicunq; nanque persuasum est, magis ei ex pluribus persuasum fuerit. utãt illi persuadeatur, cui non est persuasum, nihil magis.

Considerandum esse quid & quomodo dicatur, Ideas, Numeros esse rerum principia. Ostenditur autem quòd Ideæ principia eẽ nõ possint. c. 4.

DE primis uero principijs, primisq; causis & elemẽtis, quæcunq; quidẽ dicunt, qui de sola sensibili substãtia determinant, quædã in Naturalibus dicta sunt, quędã non sunt prę sentis scientię. Quæcun
E que uero aiunt, qui dicunt prę- *μᾶλλον.
ter sensibiles eẽ alias substãtias, consequens est dictis speculari. Cùm igitur quidã ideas, ac numeros tales esse dicant, elementaq; eorũ elementa, principiaq; entiũ esse, considerandũ de his, quid & quonã modo dicunt. Verũ qui numeros tantũ & hos mathematicos faciunt, posteriq; examinandi sunt. Eorũ autem, qui ponunt ideas, simul quispiã & modũ profecto uiderit, & du
F bitationẽ, quę de eis fit. simul nanq; uniuersales substantias faciunt ideas, & rursus ut separatas & singulariũ. hęc uero, q; nõ contingant, dubitatũ est prius. Causa uero eis, qui uniuersales ideas dicunt, ut eas in idẽ coniũgant, fuit, quia sensibilibus non faciebant easdem substãtias, singularia etenim, quę in sensibilibus, fluere putabant, nec aliqd horum manere. uniuersale autem pręter hęc, tũ eẽ, tum aliud

quid

G quid esse. Hoc autem (vt antea dicebamus) mouit quidem Socrates propter definitiones, non tamen à singularibus separauit. & hoc recte intellexit, non separans. constat autem ex operib⁹. etenim absq; vniuersalibus quidem non est accipere scientiam: separare autem causa difficultatum, quæ circa ideas accidunt, est. Quidam vero tanquam necessarium sit, si substantiæ quædam præter sensibiles, & fluentes erunt, separatas esse (alias q-
H dem non habebant) eas sane, q̄ vniuersales dicuntur, attulerūt: vt ferè accidat easdem naturas vniuersales, ac particulares esse. at hęc ipsa p̄ seipsam erit difficultas eorum, de quibus dictū est.

Difficultatis determinatio, quo pacto vniuersalis dicatur esse scientia, si substantiæ separatæ non sunt. Cap. 5.

QVod vero & his qui dicunt ideas, & his qui nō dicunt, aliquā dubitationem habet, quod & à prin
I cipio in dubitationem dictū est prius, modo dicamus. Nam si quis substantias non ponat esse separatas. & hoc modo sicuti entium singularia dicuntur, perimet substātiam, quemadmodū dicere volumus. Quòd si qs substātias separatas ponat, quomodo principia earum & elemēta ponet? si singulare nanq; & vniuersale, tot erunt entia, quot elemēta. neq; scibilia elemēta. sint etenim syllabæ quidē, quæ ī voce sunt, substantiæ. elementa vero earū elementa substantiarū. K necesse autem est B A, & vnamquanq; syllabarū vnam esse, si nō vniuersaliter quidem & specie eædem, sed vna numero vna quæq;, & quod quid, nec æquiuocū. Item ipsum quod est vnū quodq; vnum ponunt. q̄d si syllabę, ita illa quoq;, ex quib⁹ sūt, non erunt igitur plura A, q̄ vnū nec aliorum elementorum vllū fm eandem rationem, fm quā nec aliarum syllabarū eadem al L
tera & altera. At vero si hoc, p̄ter elementa non erunt alia entia, sed solum elementa. nec item erunt scibilia elementa, cùm nō sint vniuersalia, scientia vero vniuersalium sit. constat vero ex demonstrationibus, ac definitionibus. non. n. fit syllogism⁹, q̄ hic triangulus duob⁹ rectis, nisi omnis duo recti. nec q̄ hic homo animal, nisi oīs homo animal. At vero, si principia vniuersalia sunt, aut etiam substantiæ, q̄ ex his fiunt, vniuersales sunt, M
erit non substantia prior substātia. vniuersale nanque non est substantia. elementum vero & principium vniuersale est. est autem elementum & principiū prius his, quibus principium et elementum est. Hæc itaque omnia rationabiliter accidūt, tum cùm ex elementis ideas faciunt, tum cùm præter eas ideas, substantiasq;, quæ eandem formā habent, vnum quid separatum esse censent. quod si nihil prohibet,

hibet, quemadmodum in vocis elementis multa A, multaq; n esse, nihilq; præter multa ipsa A, ipsaq; B esse, erunt ob hoc infinitæ similes syllabæ. Quòd autem omnis scientia vniuersalium sit, quamobrē necesse sit, tum entium principia vlla esse, tum non esse separatas substantias, hoc plus q̄; alia prædicta, maxime dubitationem habet. At quodam quidem modo verum, quod dicitur est, quodam autem modo non verum. Scientia nanq;, sicut & ipsum scire, duplex est: quorum aliud potentia, aliud actu est. Potentia igitur, cùm sit tanq; materia ipsius vniuersalis, ac indefinita, vniuersalis, ī definitiq; est. actus vero determinatus & determinati, cum quod quid, huiusq; alicuius sit. Verum per accidēs videt visus colorem vniuersalem, eò q̄ hic color, quem videt, color est, & quod Grammaticus hoc A speculatur, A est. Nā, si necesse est principia vniC uersalia esse, necesse est illa quoque ex his vniuersalia esse, quēadmodum in demonstrationibus est. quod quidem si ita est, nihil erit separatum, ne substantia quidem. sed constat, q̄ quodā modo quidem scīa vniuersalis est, quodam modo vero minime.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIB. QVARTVSDECIMVS,

Cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

In hoc libro disputat contra eos, qui mathematica, vel ideas numeros entium principia ponebant.

Circa Immobiles substantias non posse principia cōtraria existere. Cap. 1.

DE hac itaque substātia tot dicta sint. E omnes vero, quemadmodum in naturalibus, similiter ēt circa ſmobiles substantias principia contraria faciunt. Si autē nullis principiīs posit prius aliquid esse, impossibile erit, p̄fecto principium, aliquid aliud existens, principium esse. veluti si quis dicat album esse principiū, non prout aliud, sed prout album, esse tamen de subiecto, & aliquid aliud existens album esse, illud sane prius erit. F at vero cuncta ex cōtrariīs fiūt, tanquam cuiusdam subiecti. necesse ergo est maxime hoc contrariīs inesse. semper igitur cuncta contraria de subiecto sunt; & nullum est separabile. Cæterum, quemadmodum apparet, ratioq; testatur, nihil substantiæ contrarium est. nullum ergo contrariorum omnium proprie principium est, sed alterū.

Narrantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *Narrantur opiniones multæ Antiquorũ de principijs. Cap. 2.*

QVidã vero alterum contrariorũ materiã faciũt. quidam vni ſ. æquali inæquale, q̃ſi hoc natura multitudinis ſit. quidam vni multitudinem. generarĩ enim numeri à quibuſdã ex dualitate inæqualis, magno ac paruo, à quodã ex multitudine, ambobus tñ ab ſubſtantia vnius. etenim qui inæquale & vnũ dicit elemẽta, inæquale vero ex magno & paruo dualitatem, tanquã vnũ ſint H inæquale & magnũ & paruum dicit. nec determinat q̃ ratione, numero vero minime. At vero principia ẽt, quæ elementa vocant, non bene aſſignant. Cũm autem quidã magnũ & paruũ pariter cum vno hęc tria numerorũ elementa dicunt, duo quidem materiam, vnum vero formã. Quidam vero multũ & paucum, quia magnum & paruum magnitudini magis ſm naturã peculiaria ſunt. Alĩ autẽ quod I magis vniuerſale ĩ his, excedẽs & exceſſum. At nullum iſtorũ aliquid differt (vt ita dicã) quoad quædam, quæ accidunt, niſi ad logicas tantum difficultates, à quibus cauent, propterea q̃ alĩ quoq; logicas afferũt demõſtrationes. eiuſdem tñ rationis eſt excedens & exceſſum at non magnũ & paruum principia eſſe, ac numerum dualitate priorem ex elementis ponere. ambo nanq; magis vniuerſalia ſunt, at illud quidem dicunt, hoc vero K minime. Quidam vero alterum & aliud ad vnum opponũt. alĩ autem multitudinem & vnum.

Narrantur opiniones confutantur. Cap. 3.

SI igitur entia (vt volunt) ex cõtrarijs ſunt: vni vero aut nihil contrarium, aut ſi eſt, multitudo eſt, & inęquale ęquali, & alterum eidẽ, etiam aliud eidem: maxime quidẽ qui vnum opponunt multitudini, aliqua opinione nituntur, nec hi tñ ſufficienter. vnũ etenim erit paucũ, L quandoquidẽ multitudo pauci tati, multum vero pauco opponitur. Vnũ vero, q̃ menſuram ſignificet, manifeſtũ eſt. ac in cunctis eſt aliquid aliud ſuppoſitũ, veluti in harmonia primus ſenſibilis tonus, in magnitudine digitus, aut pes, aut aliquid ſimile. & in rhythmis grad⁹, aut ſyllaba. ſimiliter in grauitate pondus aliquod determinatũ eſt. ac eodẽ modo de omnibus. in qualitatibus quale quid, in quantitatibus quantum quid. menſura enim indiuiſibile, quædam M ſecundum formam, quædam ſe cũdũ ſenſum, tãquã vnũ, nõ ſit aliqua p ſe ſubſtãtia. & hoc rõnabiliꝛ. vnũ nãq; ſignãt, q̃ mẽſura cuiuſdã multitudinis eſt. ac numerus multitudo mẽſurata, & multitudo mẽſurarũ. Quare rõnabiliter vnũ nõ eſt numer⁹. neque enim mẽſura mẽſuræ. Verum tam mẽſura q̃ vnũ, principium eſt. Oportet aũt vt menſura ſemper idem cũ omnibus ſit. veluti

A veluti ſi equus menſura equis, & ſi hõ hominibus. q̃ ſi homo, & equus, ac Deus animal, numerus quoq; eorũ fortaſſis animalia erit. ſi autem hõ, & albũ, ac ambulans, minime quidem horũ numerus eſt, eò q̃ eidem vniq; ſm numerum omnia inſunt. attamen numerus horum generum erit, aut alicuius alterius ſimilis appellationis. Qui vero inæquale vt vnum quid, dualitatem aũt indeterminatã ex magno, paruoq; faciunt, ve- B hementer longe, tum ab apparentibus, tum à poſsibilibus dicunt. paſsiones nãq; magis hęc, & accidentia, q̃ ſubiecta numeris & magnitudinib⁹ ſunt. multum nanq; & paucum numeri, ac magnum & paruũ magnitudinis. ſicuti par & impar, læue & aſperũ, rectum & curuũ. Prętterea ad hunc quoq; errorem ẽt neceſſe eſt magnum, & paruũ, & quęcũq; ſimilia ab aliquo eẽ. Ad aliquid vero minime prędi C camentorũ omniũ natura quędã, aut ſubſtãtia ẽ. ac poſterior, tum quali, tũ quanto, & quędã quanti paſsio (vt dictũ eſt) ſed non materia, aut aliquid aliud q̃ omnino commune ad aliqd, partibuſq; eius, & ſpeciebus. nihil. n. eſt, nec magnum nec paruũ, nec multum nec paucũ, nec omnino ad aliquid, quod nõ aliquid aliud exiſtens, multũ aut paucum, aut magnum aut paruũ, aut q̃d ad aliquid eſt. Quód autẽ ad aliquid minime aliqua ſubſtãtia, aut ens aliquod ſit, ſi- D gnum eſt, q̃ eius ſolum non eſt generatio, neq; corruptio, neq; motus: quemadmodum ſecundum quantum augmẽtatio & diminutio, ſm quale alteratio, ſm locum latio, ſm ſubſtãtiam ſimplex generatio et corruptio. At ſm ad aliqd minime. abſq; enim q̃ moueatur, q̃nq; maius, quandoque minus, aut æquale erit, altero ſm quantum moto. Neceſſe item eſt cuiuſque materiã eſſe, quod potentia tale eſt. quare ẽt ſubſtantię eſt. ad aliqd E vero, neq; potentia, neq; actu ſubſtantia eſt. inconueniens itaque eſt, immo impoſsibile ſubſtantię elementũ facere non ſubſtantiã, ac prius. poſteriora nanque omnia prędicamenta ſunt. Item elementa non prædicantur de his, quorum elementa ſunt. multum vero & paucum ſeorſum, & ſimul prędicatur de numero. ac longum & breue de linea, planumq; latũ & ſtrictũ ẽ. q̃ ſi qua multitudo eſt, cuius ſemper ipſum paucum ſit, vt F dualitas (nam ſi eius multũ ſit, vnum profecto paucum erit) et ſi multum ſimpliciter, nimirũ erit veluti denarius multum, et ſi hoc pacto non eſt) plus quam dena milia. Quo igitur modo iſte ex pauco, multoq; numerus erit? aut. n. ambo p̃dicari oportebat, aut neutrũ. nunc vero alterum tm̃ prędicaẽ. Simpliꝛ aũt conſyderandum eſt vtrũ poſsibile ſit ęterna ex elementis cõponi.

G poni. materiam nanq; habebũt. omne nanq;, quod ex elementis est, cõpositum est. Si itaq; necesse sit, ex quo quid est (siue semp sit, siue factum sit) ex eo fieri, oẽ vero fiat ex eo, quod potẽtia est id, quod fit (nec enim ex impossibili factũ fuisset, nec eẽt) quod vero possibile est, cõtingit vt & quis agat, & nõ, numerũ quoq; (& si cp maxime semper sit) aut quodcunq; aliud materiam habens, cõtingat profecto non esse haud secus, & quod vnũ diem H habet, & cp annos quodcunq;. si vero sic, & tempus cũm tantum sit, vt cuius nõ est terminus. nõ erũt ergo æterna: siquidẽ quod contingit nõ esse, nõ est æternũ, quemadmodum in alijs tractatum est. Quòd si verum vniuersaliter est, quod nũc dicitur, nullam substãtiam ẽternã esse, si nõ sit actu, elementa vero materia substantiæ sint, nullius profecto æternæ substãtię elementa erũt, ex quibus inexistentibus fit.

Sunt autem quidam, qui dualitatem quidem indeterminatam I vna cum vno faciũt elemẽtum, inæquale vero haud ab re spernunt, propter impossibilia, quæ accidũt. à quibus tot solũ de difficultatib⁹ ademptæ sunt, quotcunq; necesse est illis accidere, q inæquale & ad aliquid faciunt elemẽtum. quodcũq; vero præter hanc opinionẽ sunt, has illis quoque necesse est accidere, siue idealem numerum, siue mathematicum ex eis faciant.

Multi de causis Antiquos in has causas K
lapsos fuisse: præcipue vero ob Parmenidem dicentem ipsum ens vnũ esse: quod ab Aristotele redarguitur. Cap. 4.

MVltæ igitur causæ sunt, quare ĩ has causas lapsi sunt. maxime vero ea, quæ ob antiquitatẽ dubitatio ẽ. videbatur nãq; eis oĩa entia fore vnũ, s. ipsum ens. nisi quis soluat, & consentanee Parmenidis rationi incedat. nunquam enim hoc vllo modo esse nõ ens. verũ L necesse eẽ ostẽdere, cp nõ ens sit. hoc nanq; modo ex ente & aliquo alio entia fore, si multa sũt. Profecto in primis quidẽ, si ens multipliciter dicatur: quoddam enim, quia substantiã significat, quoddam, quia quale, quoddã, quia quantũ, & reliqua quoq; prædicamẽta: quale igitur vnũ omnia entia erũt, si nõ erit non ens. vtrũ substãtiæ, an passiões, & alia quoq; similiter, an eũctæ & erit vnũ hoc, & tale, & tantũ, & alia quæcũq; vnum quid si- M gnificant? At inconueniens est, immo vero impossibile vnã aliquam naturam factam causam, & huius entis, & eiusdem entis sit quoddam hoc, quoddã tale, quoddã tm, quoddã vero vbi. Deinde ex quali nõ ente, ac ente entia? Multipliciter enim, & qd nõ ens, sicuti etiam ens. etenim quod non hominem significat, nõ esse hoc: quod non rectũ autem, non esse tale: quod non tricubitum vero, non esse tantum.

ex

ex quali igitur ente, & non ente multa entia erunt? Vult itaq; falsum, & hanc naturã nõ ens dicere, ex quo & ente multa entia. qua de re dicebat cp oportebat aliquod falsum supponere, quẽadmodũ Geometrę pedalẽ esse, quæ non sit pedalis. At impossibile est hęc ita se habere. nec enĩ Geometræ vllum supponũt falsum. non enim id in syllõ propositio est. neq; entia fiũt ex ita nõ ente, neq; corrumpũtur. verum qm̃ non ens, quod secundum ca- a sus dicitur, ęque ac prædicamenta dicitur, præter hæc autem nõ ens dicit, quod vt falsum, ac id, quod fm̃ potentiam, ex hoc generatio est. ex nõ homine, potentia vero homine, homo. & ex nõ albo, potẽtia vero albo, album. similiter, siue vnum quid, siue multa fiant. Videtur autem quę stio, quomodo ens, quod secundum substantias dicitur, multa fit, cũm profecto numeri, longitudines, & corpora, ea sint, quæ c generantur. Inconueniens itaq; est, quomodo quidẽ ens, quod quid est multa sit quærere, non autẽ quo modo, aut qualia, aut quãta. non enim indeterminata dualitas, nec magnũ & paruum causa est, vt duo alba, aut multi colores, aut sapores, aut figuræ sint. numeri nãq; hæc etiã erunt, ac vnitates. At vero, si hæc cõ y derassent, vidissent profecto qd ẽt in eis causę. est eadem enim et proportionalis causa est. ipsa enĩ trãscensio causa. & id quod quæ

rebãt, enti & vni oppositum, ex D quo & his entia facerent, causa fuit, vt ad aliquid & inæquale supponerẽt, quod neq; contrariũ, neq; negatio illorum est, sed vna natura entiũ, quẽadmodũ quid & quale. Oportebat igitur hoc etiã quærere, quonã modo ad aliqd multa esset, & nõ vnũ. Nunc vero quo quidem modo multæ vnitates prẽter primum vnũ quæritur, quo modo vero multa inæqualia, minime. Quãuis vtũtur & dicũt magnũ paruum, multũ paucum, ex quibus E numeri, longũ breue, ex quibus longitudo, latum strictũ, ex quibus planũ, profundũ humile, ex quibus moles, etiam adhuc plures spẽs eius dicũt, quod ad aliquid est. quid igit̃ his causæ est, vt multa sint? Necesse itaq; est (quemadmodum dicimus) vnicuiq; supponere potẽtia ens. nã & ille, q hæc dixerat, hoc quoq; commonstrauit, cp aliquid potẽ tia sit ens, hocq; substantia, non ens autẽ per seipsum, videlicet quia ad aliquid. ac si diceret, tale F quod neq; potẽtia est vnum, aut ens, neq; vni⁹, aut entis negatio est, verũ vnum quid entiũ est. at multo magis (vt dictum est) si quæsiuisset, quonã modo entia multa sunt, nõ quæ in eodẽ prædicamẽto, quomodo multæ substantię, aut multa qualia quęrendo, uerũ quo modo multa entia. quædam nanq; substãtię, quędã passiones, quædã ad aliqd sunt. In alijs igit̃ prædicamentis hẽt

aliam

Galiam etiam quandam cōsyderationem, quonam modo multa sint. Etenim, ppterea q; nō sunt separabilia, eò q; subiectū multa fit, & est, qualia quoq; multa sunt, & quāta. & quamuis oportet vnicuiq; generi aliquam esse materiam, separabilem tamen à substātijs impossibile est. In his aūt, quæ quod quid sunt, habet quandā rationem qūo multa ipsum quid sunt, si nō quid erunt & quod quid, & quædā talis natura. hæc vero dubitatio illinc magis est, qūo multæ actu substantiæ, & nō vna. At vero si nō idem sit hoc, & quātum, nō dicitur qūo, & cur entia multa sunt, sed quomodo, & quare multa quanta. Omnis nanq; numerus quātum quid significat. & vnitas nō est nisi mensura, quia ea, quæ secūdum quātum, indiuisibilis est. si igitur quātum, & qđ quid est alterū nō dicitur, quod quid est, ex quo neq; qūo multa. si autē idem, multas sustinet cōtradictiones, qui hæc dicit.

Examinantur opiniones variæ ponentium numeros rerum principia: eædemq; improbantur. Cap. 5.

SVggerere autē quispiam de numeris etiam cōsyderationem possit, vnde nā sit accipiēda fides q; sint. apud eū nāq;, qui ponit ideas, præbēt quandā entibus causam. siquidem vnusquisq; numerorum idea quædā est, idea sane cęteris vt sint, quomodocunq; causa est. Sit enim hoc eis suppositū. Illi vero, qui hoc quidem modo non putet, ppterea q; videat difficultates, quæ circa ideas existunt, ita vt propter hæc eas nō faciat numeros, faciat vero numerū mathematicum, vnde credendum est, quod talis numerus sit, ac quod quicquam cęteris vtilis? nullius nanq;, nec ille ait, qui dicit eum esse, verum vt quandam ipsam p se existentē naturā esse dicit: nec apparet eū causam esse, qū quidem omnia Arithmeticorū theoremata etiam de sensibilib⁹ (vt dictum est) erūt. Qui igitur ponūt ideas esse dicere tentant, quomodo, & qua de causa sint: eò q; secūdum expositionem cuiusq; vnum quid præter multa accipiūt vnumquodq;. At vero quoniam hæc, neq; necessaria, neq; possibilia sunt, neq; numerum propter hęc esse asserēdum est. Pythagorici vero, eò q; multas numerorum passiones sensibilibus inesse corporibus videbant, numeros quidē esse entia fecerūt, non tamen separatos, verum ex numeris entia. Cur aūt quoniam numerorū passiones in harmonia sunt, & in cœlo, cęterisq; multis. Illis vero, qui mathematicum solum numerū esse dicunt, nihil tale secundum suppositiones dicere contingit: verum q; nō erunt de eis scientiæ, dicebāt. nos autem dicim⁹ esse, quemadmodum dixim⁹ prius. Et patet q; mathematica nō sūt separata. si enim separata essent, non inessent corporibus passiones

siones eorū. Pythagorici vero fm tale nullius culpabiles existunt. At secundū quod natura lia corpora ex numeris faciunt ex non habentibus grauitatem vel leuitatē grauitatem & leuitatē habentia videntur de alio cœlo corporibusq; alijs, non aūt de sensibilibus dicere. Qui vero faciunt separatum, eò q; dignitates non sunt in sensibilibus, qđque vera sunt quæ dicūtur, & animæ adblandiuntur, & eē existimant, & separata esse, similiter quoq; & magnitudines mathematicas. At dilucidum est, q; oratio quoq; contraria dicet contraria, & quod iā dubitatū est, soluitur ab illis hoc pacto sciscitantibus, quam ob causam, si nullatenus ea sensibilibus insit, passiones eorū in ipsis sensibilibus sint. Sunt aūt quidā, qui ex hoc, q; termini, extremaq; sunt, punctum lineæ. hæc superficiei, ista solidi, putāt debere tales naturas ex necessitate eē. Oportet igitur & hanc rationem consyderare, nonne nimiū debilis sit. Nec enim substantiæ sunt extrema, immo omnia hæc termini. Cūm & ambulationis, & omnino motus aliquis terminus sit, is ne igitur est quod quid, & substantia quædam. at absurdum est. At vero etsi sunt, sensibilia sane omnia erunt. in his nanq; esse ratio dixit. cur igitur separata erunt? Item inquiret quispiam, qui nō admodū facilis sit ad credendū, de omni quidē numero, & mathematicis hoc ipsum, qđ nihil conferant inuicem priora posterioribus. nam & numero non existente, nihil minus magnitudines erūt illis, qui mathematica solū esse aiunt: & his nō existentibus, anima, & corpora sensibilia. Ex his vero, quæ apparent, non videtur natura inconnexa, quēadmodum vitiosa Tragœdia. Qui vero ponunt ideas, hoc quidem eos fugit. ex materia nāq;, & numero faciūt magnitudines. ex dualitate quidē longitudines, ex trinitate vero fortasis plana, ex quaternitate solida, aut ex alijs numeris. nihil enim interest. Sed vtrum hęc erunt ideæ? aut quis modus earū est, quidue cōferunt entib⁹? Nihil profecto, quēadmodū neque mathematica, nec istæ conferunt. At vero nec vllū theorema de eis est, nisi quis velit mathematica motum efficere, ac, priias quasdā opiniones facere. nō est aūt difficile eos, qui quascunq; suppositiones sumunt, plixū quippiā facere, atq; connectere. hi quidem hoc modo mathematica ideis annectētes, peccant. Primi aūt duos numeros facientes, tum idealē, tū mathematicum, nullo modo dixerūt, nec dicere habeant, quomodo, vel ex quo mathematicus erit: faciunt enim eū mediū inter idealē, & sēsibilē. Si enim ex magno & paruo, idē erit illi, qui idearū est, verū ex alio quodā magno & paruo magnitudines sanè fa-

G cit.si aũt aliud qđdã dicet, plura elemẽta dicet. Et si principiũ vtriusq; vnũ quid est, cõe quid in his id vnũ erit. at quærendũ est qũo hæc multa vnum sint? Et simul fm eũ aliter q̃; ex vno, & indeterminata dualitate numerũ fieri impossibile est. Hæc itaq; omnia irrationabilia sunt, ac ipsa sibi ipsis, & bene ratione vtentibus compugnant. videturq; in eis esse lõg⁹ Simonidis sermo. fit nanq; longus sermo, quemadmodũ is, qui seruorum
H est, cùm nihil sanũ dicant. Ipsa quoq; elemẽta magnum, & parvum videnẽ conqueri, q̃ trahũtur. nõ possunt. n. vllo modo generare numerum, nisi eũ, qui ab vno duplicatur. Inconueniens etiam est, immo impossibile generationem quoq; eorũ facere, cùm perpetui sint. vtrũ aũt Pythagorici faciant, an non faciãt generationem, nihil dubitandũ est. manifeste nanque dicunt, q̃ vno constituto, siue ex planis, siue ex colore, siue ex semine, siue
I ex quibus egent dicere, confestim infinito propinquissimũ trahebat, terminabaturq; à termino. Verũ qm̃ de mundi factura, ac naturaliter hęc dicere volũt, decens erat aliquid eos de natura inuestigare, à presenti vero via discedere. Quærimus nanq; principia, quę in immobilib⁹ sunt. quare talium numerorũ generationẽ consyderare oportet. Imparis itaq; generationem nõ dicunt, quasi videlicet paris gene-

K ratio sit. Parẽ vero primo ex inęqualib⁹, magno & paruo equatis, quidem constituunt. necesse itaq; est prius esse ipsis inequalitatem, q̃ ipsum æquari. si autẽ semper equata fuissent, non fuissent inęqualia prius. ipso. n. semp nihil est prius. quare patet q̃ non contemplandi gratia faciũt generationem numerorum.

Dubitatio, quo pacto bonum in ipsis principijs insit: de quare diuersæ Antiquorum redarguuntur opiniones. Cap. 6.

L HAbet aũt dubitationem, & à bene dubitãte reprehẽsionẽ, quonã modo ad bonum, atq; pulchrũ elementa, principiaq; se habent. dubitatio nẽ quidẽ hanc vtrum aliq̃d istorũ tale sit, quale volumus ipsũ ideale bonũ, & optimũ dicere, an non, sed posteri⁹ genita sint. A quibusdam. n. recentioribus Theologis concessum esse videtur, qui non aiunt, nisi q̃ entiũ natura prȩcedente, bonũ quoq; M ac pulchrũ apparet. hoc vero faciunt verã veriti difficultatẽ, q̃ accidit dicentibus, quẽadmodũ quidã ipsum vnũ, principium. Difficultas aũt est, non qm̃ principio bonũ tanquã institũ attribuerunt, verũ propterea quod ipsum posuerunt principiũ, & principium, vt elementũ. numerũ quoq; ex vno. Poetę vero Antiqui similiter quomodo regnare, eo & principia esse aiunt. nõ enim primos, veluti noctem, & cœlũ, aut chaos, aut ẽt oceanũ, sed

Co. Gra. na legit. Poetæ vero Antiq hac fili, qua regnare & diuinare aiunt, ab primos, &c.

A sed Iouem. At vero his quidẽ, eò q̃ mutant entiũ principes, talia dicere accidit. quia hi quidẽ eorũ, qui misti fuerunt, nec oĩa fabulose dicũt (vt Pherecydes, & alĩ quidam) primũ generans optimũ ponunt, ac ẽt Magi, & posteriorũ quoq; Sapientũ, vt Empedocles, & Anaxagoras, cùm hic quidem amicitiam, ille vero intellectum principium secerit. eorum vero, qui immobiles substantias esse dicunt, quidam ipsum vnũ ipsum bonum
B esse aiunt. substantiã tamẽ eius ipsum vnum maxime putabãt esse. Dubitatio quidem hęc est, vtro modo dicendũ est. Mirabile aũt est, si primo, & perpetuo, ac sibi ipsi sufficientissimo hoc ipsum primũ, per se sufficiẽtia, & salus non sit tanquã bonum. enimuero propter nihil aliud incorruptibile, vel sibi sufficiens est, nisi qm̃ bene se habet. Quare dicere quidẽ principiũ tale esse rationi consentaneum est verũ esse: hoc vero eẽ ipsum vnũ.
C Aut si non hoc, elementũ, & numerorũ elementũ esse impossibile est. Accidit enim multa difficultas, quã cùm qdã fugerent, qui vnum quidem fatebant primũ principiũ esse, ac elementũ ipsius, tũ mathematici numeri abnegarunt. cunctę nanq; vnitates re vera fiunt aliq̃d bonũ, & magna bonorũ erit abundantia. Itẽ, si formæ numeri, oẽs formę ipsum bonũ aliq̃d. At vero cuiuscunq; velit, ponat qs ideas

D esse, siquidẽ bonorũ solũ ideæ, non erunt substantię. Quòd si ẽt substantiarũ, cũcta animalia, & plantę bona sunt, & participantia. Hęc itaq; inconuenientia accidunt. Et ad hęc contrariũ elementũ (siue multitudo, inęquale, & magnum & paruum sit) ipsum malum erit. Quare q̃dam fugiebat bonũ vni copulare, ranquã necesse sit, cùm generatio sit ex contrarijs, naturam multitudinis malũ eẽ. quidam inęquale mali naturã dicunt. ac
E cidit igitur omnia entia, prȩter vnũ, quod est ipsum vnũ, malo participare. & numeros eo magis puro participare, q̃ magnitudines. & malũ locũ esse boni, ac participare, & appetere corruptiuũ. contrariũ nanq; corruptiuũ contrarij est. At si, quemadmodũ dicebamus q̃ materia est id, quod potentia unũquodque, veluti ipsius actu ignis, q̃d est potentia ignis, malũ erit ipsum potentia bonũ. Hęc igitur
F omnia accidunt. quoddam qui dem, quia omne principium faciunt elemẽtũ. quoddam, quia contraria principia. quoddam, quia ipsum vnum, principium. q̃ddã, qa numeros primas substãtias, & separabiles, ac foras. Si igiẽ tũ non ponere bonũ iter principia, tũ ita ponere impole est, cõstat q̃ non recte assignantur principia, neq; primę substãtiæ. At etiam nec is recte putat, qui vniuersi principia, animaliũ, plantarumq; principio assi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G milat, quiā ex ideterminatis, ac imperfectis semp perfectiora: & ideo ēt in primis ita se hrē aiūt, vt nec ens aliqd̄ sit ipsum vnū. Verū etiam hic perfecta principia sunt, ex quibus hæc sunt. homo enim hominē generat, nec semen primum est.

Contra ponentes locum simul cum magnitudinibus fieri. Item contra dicentes ex numeris, vt ex elementis entia fieri, ipsum autem aliud ex alio esse, quot modis dicatur non diuidentibus. Cap. 7.

H ABsurdū item est locū simul cū solidis mathematicis facere. locus nanq; singulariū proprius. quare loco separabilia sunt. mathematica vero non sunt alicubi. At insup dicere quidē, q; alicubi erunt, quid vero locus sit, non absurdū est. Oportebat vero eos, qui entia dicebant esse ex elemētis, primaq; entium numeros, diuidere qualiter aliud ex alio sit: & ita dicere quonam modo numerus ex principijs sit. Vtrum mi-
I stione? At non est omne miscibile, & quod fit alterū, non erit separabile vnū ipsum, nec altera natura, neq; volunt. At compositione dicent, vt syllabā? Sed si tū necesse est esse. & qui intelligit, seorsum intelligit vnum, & multitudinē. hoc igitur numer⁹ erit, vnitas & multitudo, aut vnū & inæquale. Et cùm id, qd̄ est ex aliquib⁹ esse, est quidē, vt ex his, q; insunt, est vero, vt non, vtronā mō numerus est? Sic, n. vt ex his, q; insunt, non sunt nisi K ea, quorū generatio est. Sed tanquā à semine erit? At non possibile ab indiuisibili aliquid abire. Verū fortassis tanquā vt ex contrario non pmanente? At q; cunq; ita sunt, ex alio quoq; quodā permanente sunt. Cùm autē vnū, quidā quidē vt contrariū multitudini, quidā vero inæquali ponat, vno vt æquali vtens, tā quā ex contrarijs erit numerus profecto. est igit̄ quippiā aliud, ex quo pmanente, & altero est, L aut factus est. Præterea, cur cęte ra quidem, quæcunq; ex contrarijs sunt, aut ea, quibus contraria sunt, corrumpuntur, numerus vero, & si ex omni sit, minime? de hoc enim nihil dī, quam uis contrarium tā quod ineat, q; quod non ineat, corrūpat, vt cōtentio misturā. attamē nō oportebat. non enim est illi cōtraria.

Numerum non esse causam aliquam ipsarum rerum. Cap. 8.

NIhil aūt determinatū ē, qualiter numeri substantiarū, & existentiæ cau- M sæ sunt: vtrū vt termini, veluti puncta magnitudinū, & vt Eurytus ordinabat, hæc numerus huius: puta, hic quidē hoīs, hic vero equi: quēadmodū illi, qui numeros ad figuras, triangulū, & quadratū reducunt, ita plantarū formas supputationū calculis assimilans. An, qm̄ ratio, & consonātia numerorū, sit ēt homo, & aliorū vnūquoq;? At passiões, qualiter sunt numeri,

A album, dulce, & calidū? Quòd vero numeri veri non sint substantia, neq; causæ formę, patet: substantia nanq; ratio est, numerus vero materia. veluti carnis, aut ossis numerus substātia sic, tria ipsi⁹ ignis, terræ vero duo. & semper numerus, quicunque fuerit, aliquorum est, vel igne⁹, vel terrenus, vel monadicus. verū substantia tm̄ ad tm̄ esse secūdum mistionē hoc sanè non est numerus, sed ratio mistionis nu-
B merorum corporaliū, aut quorūcunq;. Nec igitur eō q; faciat, causa numerus est: nec omnino numerus monadicus, aut materia, aut ratio, & forma rerū ē: sed nec qdē vt id, quod cui⁹ causa.

Contra ponentes bonum, quod est hic, omne a numeris prouenire. Contra etiam nonnullos Homeri expositores, fatua quædam in numeris dicentes. Et quo pacto in numeris ponendum est ipsum bonum. Cap. 9.

C DVbitauerit autem aliqs, quidnam sit illud bene, quod à numeris, si misti in numero rationali, aut impari sit. nunc etenim nihil salubrius, ter tria, si melicratum sit mistū, sed magis proderit fortassis, si ī nulla proportione sit, & aquosum, aut si in numero sit purū. Item rationes mistionū in additione numerorū, non in numeris sunt. veluti tria ad duo, non ter duo, idem. n. genus esse oportet in multiplicationibus. Quare ipso A mensurare oportet ordinē, in quo A, B, C. & ipso D eū, in quo D E, Z. q̄re eodē oīa. erit D igitur ipsi⁹ ignis B, E, Z. & aquę numerus bis tria. Si aūt necesse ē oīa numero participare, necesse est multa eadem accidere, & numerū eundem huic, & alij esse. Vtrum igit̄ hoc est causa, & propter hoc res est? An id immanifestū. veluti est qdā Solis, ac rursus Lunę lationum numerus, & vitæ vniuscuiusq; animalium. Quid igitur prohibet quosdam eorum quadratos ee, quosdam cubos & æquales, alios duplos? Nihil enim prohibet, sed neces- E se est in hos cōuerti, si omnia numero participabant, & quæ differunt contingebat sub eodem numero cadere. Quare, si qbusdam idem accidens acciderit, eā dem inuicē illa erunt, eandē habentia numeri speciē, puta Sol & Luna, eadem. Sed pp qd causæ eædem? septē quidem vocales, septē aūt chordę, aut harmoniæ, septē vero pleiades, in septē autē quædam emittunt dentes, quædam vero non, septem etiā, qui ad Thebas. Vtrum igit̄ qm̄ F talis quidā numerus suapte natura apt⁹ est, ideo aut illi fuerūt septem, aut pleias septenarū stellarū est? An hi quidem propter portas, aut aliā quandā causam. Illam vero nos ita numeramus, vrsam aūt duodecim. quidā autē plures. nam ♋ ♌ consonantias aiunt esse. & qm̄ illæ tres, hæc quoq; tria. quod autem mille talia sint, nemo curat. ipsi enim, & , esse posfit vnū signū. Si aūt

G qm̃ duplum̃ aliorũ vnũquodq;, aliud vero minime, causa quidẽ est, quia cum tria loca sint, vnũ in vno quoq; inferẽ ipsi ª, ꝓpterea tria tm̃ sunt, sed non qm̃ consonantiæ tres: nam plures consonantię sunt. hic vero nõ amplio possunt. Similes vero hi quoq; sunt Antiquis homericis, q; paruas similitudines vident, magnas vero non vident. Dicunt aũt quidam, ꝙ multa talia sunt, veluti ipsæ mediæ. quædam nouem, quædam octo, & carmen H decem & septẽ his esse æquale numero. ascendit autẽ in dextro quidem nouem syllabis, in synistro vero octo. & ꝙ æqualis distãtia, tam in literis ab ª ad ª, q̃m in tibijs à grauissimo bombo ad acutissimã neten, cuius numero æqualitas est omnimodæ cœli melodiæ. Videri aũt non decet talia. nã nullo dubitaret neq; dicere, nec inuenire in perpetuis, qm̃ & in corruptibilibus. Vtrũ q̃ in numeris naturæ laudatæ, & q̃ his contraria, ac omnino, quę I in Mathematibus, vt quidã dicunt, & causas naturæ faciunt, videntur hoc modo consyderãtes fugere. fm nullum. n. modũ eorum, qui circa prĩcipia determinati sunt, vlla eorum causa cõ. Vt tũ manifestum faciũt, quod K ipsum bene est, & quod de coordinatione ipsi⁹ boni est impar, rectum, æquale, q̃ quorundam numerorum sunt potentiæ (simul nanq; anni tempora, & talis numerus) & cætera, quæcunque colligunt, ex theorematib⁹ mathematicis hanc potentiam omnia habent. Quare assimilãtur casualibus accidẽtibus. sunt enim accidentia quidem, sed cõuenientia inuicem oĩa. vnũ autem, quod proportionale est. In L vnaquaq; enim entis prædicatione est, quod ꝓportionale est vt rectum in longitudine, ita in latitudine æquale: ĩ numero vero fortassis impar, in colore aũt album. Præterea harmonicorũ, atq; similium non sunt causa numeri, qui in formis sunt. Illi nanque æquales ab inuicem specie differũt. etenim ipsæ quoq; vnitates. quare, ꝓpter hęc non sunt faciendæ formæ. Quæ igit̃ accidunt, hæc, & alia etiam his plura, si colligerentur. Videtur autẽ M id ĩdicio esse multis male affici circa generationem eorũ, & nullo modo posse cõnecti, eo ꝙ mathematica non sit à sensibilibus (vt quidam dicũt) separata, nec ipsa quidem sint principia.

Librorum Quatuordecim Metaphysicorum finis.

Auerrois

AVERROIS CORDVBENSIS EPITOME IN LIBRVM METAPHISICÆ ARISTOTELIS,

Iacob Mantino Hebræo Medico interprete.

TRACTATVS PRIMVS.

B DIxit Auerrois. Intẽtio nostra in hoc libro est colligere dicta scientialia vlia ex dictis Atist. posita in scientia Metaphysice, iuxta nam cõsuetudinem in libris præcedentibus. Et ꝑmo incipiamus narrare intẽtionem huius scĩæ, & eius vtilitatẽ, partesq; ipsius, atq; gradum, & proportionẽ: tandem exordiemur de reb⁹, quarum præcognitio iuuat in initio huius artis. Et dicamus ꝙ iam alibi fuit dictũ, ꝙ artium, & scientiarum genera sunt tria: vel s. artes speculatiuę, & sunt illæ, quarum finis est scire tm̃: vel artes practicæ, & sũt quarum scia habetur propter opus: aut sunt artes auxiliantes his, & dirigentes ad istas, & sunt s. artes logicales. in libro etiam Posteriorum fuit dictũ, ꝙ artes speculatiuæ sunt duę, vniuersalis s. & particularis. vniuersalis quidem contemplat̃ de ente absolute, & de concomitãtibus ipsum essentialibus, cuius species sunt tres, scilicet ars Topicorum, ars Elenchorum, & hæc ars. Partialis vero est, quæ speculatur de ente quoquomodo: vbi adhuc fuit dictum ꝙ ipsius particularis genera sunt tãtũ duo, s. Naturalis scientia, quæ s. tractat de E ente transmutabili, & scientia Mathematica, quæ de quantitate denudata à materia contemplatur. quod totum in libro Posteriorũ fuit suppositum modo suppositi & est notum. Hic autem cõuenit inuestigare de hoc. & dicamus ꝙ diuisio harũ artium speculatiuarũ in has tres partes tm̃ fuit quid accidens de necessitate, cùm ipsa entia diuidantur in hæc tria genera. Nam si entia perquirantur, reperientur aliqua eorũ esse in materia & huius generis eũtium speculatio, eorundemq; accidentium consequentiũ posita est ꝑ F se in vna scientia. & hoc est manifestũ apud illum, qui in scĩa Naturali studuit. Sunt & aliqua alia entia, in quorum definitione non apparet materia, licet habeant esse in materia. & hoc est manifestũ speculari in Mathematicis: & de oĩbus horũ generibus atq; consequentibus ea fit speculatio de per se. Et, quia in scĩa Naturali ostenduntur alia principia, q̃ non sunt in materia, neq; I aliqua re, sed habent esse absolutum: ideo fuit necessarium horũ speculationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tionem fieri in arte vniuersali, quæ speculat de ente absolute. Reperiuntur adhuc hic quędam res cões, in quibus communicãt sensibilia & insensibilia, vt vnum & multa, potẽtia & actus, & reliqua consequentia vniuersalia, & tandem ea, q̃ concomitãtur rebus sensibilib⁹ inquantũ sunt entia: & est modus, quo apptoprianter res separatæ, vt post hoc ostendemus. De huiusmodi igitur rebus impossibile est aliquã artem speculari præter illam, cuius subiectũ est ens absolutum. Cùm ergo ita sit, & fuerit propalatum q̃ scientiæ speculatiuæ bifariam diuidunt, s. in partialem & vniuersalem, & de ipsa particulari iam præterijt sermo: quod igitur restat modo nobis est tractare de hac scientia: cuius intentio, vt declaratum fuit, est contemplari de ente inquantũ ens, & de omnib⁹ generibus ei⁹, donec perueniat ad subiecta artium particulariũ, & de consequentibus essentialibus ipsius, & complere totũ hoc vsq; ad suas causas primas, quæ sunt res separatæ.

Quæ sit intentio in hac scia, et eius subiectum.

Hinc est q̃ hæc scientia non præstat de causis, nisi formam & finem, & aliquo modo agens: videlicet non

I eo modo, quo dr agens in rebus trãsmutabilibus: quia conditio agentis in hoc loco non est q̃ præcedat passum præcessione temporali, sicut fit in rebus naturalib⁹. Et quemadmodum in scientia Naturali, qñ redditur causę cuiuscunq; rei, reddunturratione naturæ & rerum naturaliũ, sic etiam in hoc loco, si conatur reddere causas rerum, quæ sunt entia, illæ redduntur ratione diuinitatis, & rerũ diuinarũ, quæ s. sunt entia nõ existentia in materia. Tandem eius prima intentio in hac scientia est dare id, quod restauit apud ipsum de

K scientia circa notitiam causarũ vltimarum rerũ sensibilium. Nam in scientia Naturali fuerunt declaratæ de hoc duæ causæ vltimæ tm̃, s. materia & mouens. hic igit restauit sibi declarare causam formalem ipsarũ, & finalem, & agenteni. Nã arbitrari potest esse differentiam inter agens & mouens: quia mouens præstat mobili motum tm̃, agens vero formam, pp quam fit mot⁹. Huiusmodi autẽ notitia fuit propria huic scientiæ, propterea quia res, quibus habetur esse harũ causarũ, sunt res

L vniuersales. & hoc etiam, postquam fuerit receptum hic id, quod in scientia Naturali propalatam fuit de eẽ motoris, qui non est in materia. De causa autem materiali, & de vltimo motore dantur ibi, s. in scientia Naturali propositiones, p quas possunt haberi, non tm̃ possunt perfecte declarati per aliam, pserim causa mouens. Declarationes vero, quas fecit Auic. ad ostendendum primũ principium in hac scientia, sunt dicta topica non oĩno vera, neq; dant aliqd perfecte & tu percipies hoc ex contradictionibus adductis ab Algazele contra eas in libro Destructionis. M

Similiter etiam recipit pfessor huius scientiæ, vt diximus a scientia Naturali illius esse, & dat modum, quo ẽ motor: quemadmodũ Mathematica recipit numerum motorum ab arte Astronomica. Neq; est quid superfluum in hac scientia id, quod in scientia fuit propalatum de esse principiorum separatorũ, vt dicit Auic. immo est necessariũ, cùm hæc scientia faciat hoc per modũ radicis suppositæ, & est vna ex partibus subiectorum eius. Ex dictis igitur patet quid

A quid sit intentio huius scientiæ, & b eius subiectum. Partes vero ipsius inueniuntur dissemĩatæ in dictis attributis ipsi Aris. tribus tamen cõtinentur partibus. Prima pars speculatur de rebus sensibilibus in quãtum sunt entia, & de omnibus generibus earum, q̃ sunt decem prædicamenta, & de omnibus consequentibus eas: & refert eas ad prima illorũ, quantum potest fieri in hac parte. Secunda autem contẽplat de principijs substantiæ, quæ sunt res separatæ, & notificat quale habeant eẽ, quæ etiam refert ad suum primum

B principium, quod est ipse Deus gloriosus, & notificabit attributa & operationes, quæ appropriãtur ei, & declarabit etiam proportionem aliorũ entiũ ad ipsum, & q̃ ipse est vltima perfectio & prima forma atque primum agens, & de reliquis rebus, quæ appropriantur vnicuiq; separatorum, & de communibus pluribus vno ipsorum. Tertia vero speculat de subiectis scientiarum particulatium, & remouet eorum errores, in quos inciderunt Antiqui: & hoc s. in scientia Logicali, & ĩ duabus scietijs particularibus, s. in Naturali, &

C in Mathema. Quod ita fuit, propterea quia non est scientiæ particularis verificare sua principia, neq; remouere erroẽ cadentem in ipsis vt in libro Posteriorum fuit ostẽsum. Sed hoc ẽ artis vniuersalis, s. vel huius artis, vel Topicæ. verũtñ ars Topica remouet illas opiniones per dicta famosa (seu apparentia:) quare non erimus tuti quin accidat in eis falsum. ista vero per dicta vera: etsi accidat ẽt ipsa esse apparẽtia (seu famosa.) & ideo artes particulares sũt de necessitate huius scientiæ veræ.

Patet ergo ex hoc, q̃ partes necessa- D riæ huius sciæ sunt illæ duæ primæ tm̃. sed tertia est melioris notę gratia, cùm esse plurium subiectorum scientiarũ partialiũ, & modus ipsius esse eorum sit ex rebus per se notis. sed cecidit in eis error apud Antiquos, & de perfectione scientiæ est soluere illos errores per viã, qua solutio dubiorũ cadentiũ in re sit ex perfectione scientiæ eius vna cũ acquisitione scientiæ per se. Nobis autem visum est diuidere hunc librũ in quinq; tractatus. In primo tractatu faciemus prologos, in quorũ via nos sumus, & declarabimus ĩ eo E noia, quę fiunt in hac arte. In secũdo tractatu memorabimur res, quę se habent respectu primæ partis huius artis, veluti species. In tertio narrabimus consequentia communia ipsi. In quarto tractatur de eo, qđ continet secunda pars huius scietię. Quintus tractatus cõtinet id, quod in tertia parte huius scientiæ reperit. Et dicamus q̃ vtilitas huius scię- Vtilitas. tiæ est de genere vtilitatis scietiarũ speculatiuarũ. & hoc iã in libro de Aĩa fuit declaratum, vbi fuit dictũ q̃ earũ intentũ est perfectio animæ rationalis, donec perueniat homo F ad vltimã perfectionem suã. Verum tamen licet vtilitas huius scię sit de genere vtilitatis scientiarũ speculatiuarũ, nihilominus adhuc est ĩ nobiliori gradu in hoc. nam eius proportio ad illas est proportio finis & pfectionis, cùm per eius scientiã habeat scia entiũ p finẽ suarum causarũ, qđ est int. tũ humanæ cognitionis. Scię quoq; particulares acquitũtur pfecte p hãc sciam, cùm ipsa verificet sua principia & remoueat errorem cadentem in eis, vt diximus.

Ordo

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Ordo vero doctrinæ eius est vt lo
Ordo. cetur post scientiam Naturalē. nam
vt diximus ipsa vtiē tanquam radi
ce suppositā eo, quod declaratū fuit
ibi de esse virtutū, q̄ non sunt ī ma-
Nomen. teriā. Et verisimile vē q̄ hæc scien
tia noīetur Metaphysica, pp ordinē
eius in doctrina. est tñ prior in esse:
& ideo appellatē Philosophia prima.
Ex dictis igitur apparet quid sit in-
tentio huius scientiæ, & partes eius,
& vtilitas, & proportio ipsius, atque
ordo, & quid significat nomen ei⁹.

Via doctri næ. H Viæ aūt doctrinæ, quę in ea fiunt,
sunt illæ, quæ in alijs fiunt scientijs.
Maior quoq; pars generum demō-
strationis, quæ in ea fiunt, sunt si-
gna, nam semper accipimus signū à
rebus notioribꝰ apud nos ad res no-
tiores apud naturam. sed vt diximꝰ
maior pars rerum, quæ sunt in hac
scientia, sunt res per se manifestæ,
vel prope dixerim vt sint per se ma
nifestæ, vel res, quæ fuerunt declara
tæ in scientia Naturali.

De noīum significa tionibus. POstquā ergo iam declaratum
fuit quicquid intendebamus à
principio rei, expedit modo tracta-
re de vnaquaq; re primæ partis hu-
ius scientiæ: postquam diuiserimus
I quot modis dīr nomina significā-
tia subiecta huius scientiæ, & partes
subiectorū eius, vt sint prōpta apud
nos in scrutatione vniuscuiusq; rei
in ea requisitæ. Et dicamus.

De Ente. 5. Met. t.c. 13. &, 14. ENs dē multis modis. Vno mo-
do de quolibet decem prædica-
mentorū: & est de nominibus, quæ
dīr fm ordinem & proportionem,
non quæ dīr fm meram æquiuoca
tionem, neq; vniuocationē. Secun-
do dē de vero, quod s. ita se hēt in in
tellectu, quemadmodum extra in-
tellm: vt si diceremus si natura est,
& si vacuū non est. Dē ēt de quidita K
te cuiuslibet rei habentis quiditatē,
& essentiā extra aīam, siue apprehē
datē hmōi essentia, siue non. In decē
aūt p̄dicamentis aggregantē hæc, s.
q̄ dē de eis nomen entis his duobus
modis. Vno s. modo, inquantū hñt
esse extra aīam. Secundo, inquantū
significant quiditates illarum essen
tiarū. & ideo nomen entis reuertit
ad hæc duo tm̄, s. ad verum, & ad id,
q̄d est extra intellm. Et hoc ēt dupli
citer, quia vel ad spēs, vel ad formas
intelligo formas specierū, & earum
quiditates. Sed ens p accūs non pōt
imaginari in ente separato, qæ essen L
tia rei & eius q̄ditas non pōt esse p
accūs. Bene tñ imaginatē, qñ referū
tur entia ad seinuicē. nā si nos faci-
mus cōparationē iter duo entia, de
qua cōparatione iudicat q̄ vnū eo-
rū sit de quiditate alterius, vt cētrū
ad circulū, vel æqualitas duorū an-
gulorū rectorū ad angulos triāgu-
li: aut q̄ vnū eorū sit ī q̄ditate alte-
rius, vt filius & pē, tunc dē de eis q̄
sunt p se. Sed si non fuerit de quidi-
tate vnius eorū q̄ reperiatē in alio,
dē q̄ hoc est p accidens: vt cùm dici M
mus ædificatorē pentere lignum, &
medicū esse albū. Significatē ēe per
nomen entis illa habitudo, quæ co-
pulat p̄dicatū cum subiecto in intel
lectu, & dictiones signantes talē p̄-
portionē: siue fuerit talis copula af-
firmatio vel negatio, vel fuerit ve-
ra vel falsa, p se vel p accēns. Istæ er-
go sunt famosiores res, de quibꝰ dē
nomen entis in Philosophia, & est
de noībus transumptiuis. quia id,
quod à vulgo significatē per ipsum,
est aliud q̄ id, qd significatē ī hoc lo-
co. nā plebs ītendit aliquid inesse ali-
cui rei, cùm dicit inuenitur p̄ditum

tandem

A tandem apud eos significatur aliq d
inesse subiecto, licet non declarauē-
rint ipsum. Hinc est q̄ aliqui existi-
mauerunt ipsum significare accidēs
in aliqua re existēs, nō eius essentiā,
quia illud apud plebem est de nomi
nibus denominatiuis. sed nos nō de
bemus respicere hoc, immo oportet
vt intelligamus ex ipso hic, qñ vo-
lumus q̄ ipsum significet aliquam
essentiā, q̄ intelligatur p id, quod di
cimus aliquid, & essentia, & tandem
id, quod intelligitē ex nominibus ab-
stractis. Hinc est q̄ aliqui eorū exi-
stimātē q̄ nomen entis, quod est tran
B scendens ad verū, est ipsummet tran
scendēs ad esse. & ideo illi ēt, qui pu
tant ipsum esse accidens, dicūt si ista
dictio ens significaret esse, tūc cum
dicitur de substantia q̄ est, esset con
tratiū dicti, & ipsi nesciunt q̄ ens dē
in hoc loco de alia re, q̄ dicatur ibi.
Si significaret etiā accidens in re, vt
pluries repetit Auic. sequereē de ne-
cessitate vnum duorum, s. vel q̄ il-
lud accidens est de secundis intelligi
C bilibus seu intentionibus, vel de pri-
mis. Si de primis, tūc de necessitate
etit vnū ex nouem prædicamentis,
neq; trāscendeē nomen entis ad sub
stantiā, neq; ad alia p̄dicamēta acci-
dentis, nisi ex eo q̄ accidit eis illud
p̄dicamentū: vel dabitē hic vnū geu⁹
accidentiū cōe ipsis decē p̄dicamen-
tis. & hoc totū é falsum vituperabile.
& ideo nō est cōueniens q̄ fiat respō
sio p ipsum in eo quod quid est de
quolibet indiuiduo decē p̄dicamen
torum. & hoc totū est de se manife-
stum. Si fuerit aūt ex secundis in-
telligibilibus, quorū esse est in intel
lectu tm̄, hoc nō est impossē. nā vna
ex reb⁹, de quibus diximus, nomen
entis trāsumi, é hęc, & est synonymū

ad verū. sed hoc & illud, quo signifi D
catē esse separatū, é valde diuersum:
qd totū est manifestū modica specu
latione. sed ista é via huiꝰ viri in plu
ribus rebus, quas de seipso adducit.

De ipso quod est 5. Met. tex. com. 14. IPsum quod est, quod in arabico
Alhauia appellatē dicitur synony
me de rebus, de quibus nomē entis
dī, sed nō est transcendens ad verū.
Est ēt de dictionibus trāsumptiuis.
nā apud vulgus est verbū, & hic est
nomen. & ideo recipit instrm̄ pro-
prium nominū, i. articulum, s. literā
He notificatiuam, à quo ēt deriuatē
infinitiuum quod est agens, aut for-
ma, à quo deriuatur actio. Et dē ab E
ipso est esse. i. ab hoc quod dico, ip-
sum quod est, dicimus esse. quemad
modum denominatē humanitas ab
hoīe, & indiuidualitas ab īdiuiduo.
quo quidem vsi sunt aliqui exposi-
tores, quia viderūt eē minoris erro-
ris, q̄ sit nomen entis, quia videtur
nomini denominatiuo assimilari.

De Substā tia. 5. Me t. t. c. 15. SVbstātia, quæ Arabice Giauhar
nominatur, dī primo de re p se
existente. & qd est de ipsā famosius
est ipsum indiuiduū, quod neq; est
in subiecto, neq; dē de subiecto vllo
pacto. Dicit secundo de omni prędi
cato vsi notificante quiditatem indi F
uidui vt genus, vel species, vel dīa.
Tertio dicitur de omni eo, quod si-
gnificat ipsā definitio: siue notificet
id, qd est quiditas substātiæ, siue no-
tificet oē id, quod est quiditas alicu-
ius rei, qualiscunq; fuerit ex decem
prædicamentis. Hinc dicitur q̄ defi
nitiones notificant quiditates rerū.
hoc autem dicitur substantia respe-
ctiue, non absolute. Et quia manife
stius de ipsa substātia est ipsum indi
uiduū, quod nō est in subiecto, neq;
dē de subiecto, quia illud indicant

oēs

G omnes Philosophi esse substãtiam, ideo apud ipsos id, qđ notificat quiditatẽ huius rei indiuiduæ, debet denominari magis substantia. Et qui putant vĩa huius indiuidui notificare quiditatẽ eius, dicũt ipsa magis debere denominari substantia. Sed qui existimant corporeitatẽ notificare huius indiuidui quiditatẽ, & ꝙ ipsa corporeitas cõstat longitudine, latitudine, & profunditate, appellãt istas dimensiones substãtias. Et sibi qui credit essentiã indiuidui constare ex partibus indiuisibilibus, appellat eas substantias: vt audiuimus lo-
H quentes nostri æui appellare atomũ substantiã indiuisibilem. Et sic etiã qui imaginat indiuiduum cõponi ex mã & forma, credit materiam & formã conuenientius debere appellari nomine substantiæ, q̃ ipsum indiuiduum. & hoc ẽt iuxta id, quod opinatur de mã cuiuslibet rei, & eius forma. Conueniunt aũt omnes hoc iudicio, s. ꝙ id, quod notificat quiditatem indiuidui, potius debet appellari noĩe substantiæ, q̃ ipsum indiuiduum. quia videtur absurdum & falsum, ꝙ principia substantiæ & eius elementa nõ sint substantia. quia pp
I quod vnumquodq; tale & illud magis. exempli gratia, res, quæ est de se causa rerũ calidarũ, potius debet appellari calida. & ideo nemo ipsorũ posuit accidens, inquantũ est accns esse partẽ substantiæ, sed inquãtum existimat ipsum notificare essentiã substantiæ indiuidui: vt qui posuit dimensiones esse substantias. Hi ergo sic se habẽtibus, cum fuerit ostẽsum ꝙ datur ens separatũ, quod est causa, vt substãtia indiuidui habeat esse, plus cõuenit sibi nomẽ substantiæ. hinc est ꝙ Arist. nominat intelligentias separatas substãtias. Et hoc K nomen ẽt Philosophorũ, i. Giauhar in Arabo est transumptum à lapide præcioso, sic nominato apud vulg⁹, qui lapis est magni prẽtij & valoris. & modus similitudinis iter hęc duo est, quia isti lapides prẽtiosi, cum ita appellent respectu aliorũ bonorum substantiæ pp suam nobilitatem, & pretium apud eos. &, quia prædicamentum ẽt substantiæ est nobilꝰ cęteris prædicamẽtis, appellat substantia Arabica lingua Giauhar.

ACcidens dicit de eo, quod nõ notificat de indiuiduo, quod quidẽ non est in subiecto, quiditatẽ L suam. Et est duplex. Primum, quod nõ notificat de aliqua re essentiam suã, & est sũ indiuiduum. Secundũ est, qđ notificat de indiuiduo essentiam suam, & est, s. suum vsẽ. Et nomen accidentis est transumptum ab eo, quod significatur p ipsum apud vulgus. & est, scilicet id, qđ cito aufertur. Et vniuersaliter diuiditur in nouẽ prædicamenta, quæ sunt quantitas, qualitas, relatio, vbi, quando, situs, habere, agere, pati.

Etiam notificaui in libro Prædicamentorũ significatum harum di- M ctionum, s. ꝙ quantitas dicitur de oĩ eo, quod mensurat sua parte. & dicitur primo secundum verũ genus de numero, & postea de reliquis generibus, quæ ibi enumeraumus. Et ipsius quãtitatis alia est p se, alia vero p accidens. & quæ p se, vt numerus, & reliquæ spẽs ibi numeratæ. p accidens vero quantitas est, vt nigredo & albedo, quæ mensurant ex eo ꝙ sunt in magnitudine & paruitate. Sed p se est illud, quod inest primo illi rei, vt mensura & magnitudo in est numero. qñq; tñ inest secundo, & p

& per aliquid aliud, vt tempꝰ, quod in quantitate collocatur rõne motꝰ, & motus rõne magnitudinis. immo hoc remotius vr, ꝙ ingreditur ipsa leuitas & grauitas quantitatẽ, cum sint qualitates, quæ tñ patiũtur mensuram rõne, qua sunt in magnitudinibus. aliæ ẽt qualitates, quæ in magnitudinibus inueniunt, vt magnũ & paruum, strictum & latum, breue & profundum, appropinquant magis illi. hæ enim licet sint qualitates, connumerantur tũ in quãtitate, quia insunt primo magnitudinib⁹.

Qualitas vero dicit de communiori re, quæ dicat in libro Prædicamentorũ. & hoc, quia dr de quatuor generib⁹ ibi iã enumeratus. Et quandoq; etiam dicit de formis specifis, vt de humanitate & animalitate. Et quædã eius ineſt substantiæ p se, vt habitus & dispositio. & alia ineſt per aliquod aliud prædicamentum vt figura, quę quidem ineſt substantiæ mediante quantitate.

Relatio aũt est cõis omnibus decem prædicamentis. nam inuenitr in substantia, vt verbi gra pater & filiꝰ: & in quantitate, vt duplum & dimidium & æquale: & in qualitate vt simile & scĩa scitum: & in vbi, vt qui in loco esse circunscribit & locus: & in qñ, vt prius & posterius: & ĩ situ, vt dextrum & sinistrum: in agere & pati, vt agens & passum. Extat tamẽ dĩa inter hæc quinq; prædicamenta, quæ relatione consistunt, & inter relationẽ ipsam, cuius essentia est p proportionẽ. Nã habitudo seu proportio accepta in ipsa relatione est proportio inter duas res, quarũ duarum quiditas dr de qualibet ipsarũ in respectu ad aliã, vt paternitas & filiatio. Sed in proportione assumpta in vbi, & qñ, & reliquis alijs dici D tur quiditas vnius duorũ tantũ ad aliud. v.g. quia vbi, vt diximus, est proportio corporis ad locũ, & in definitione loci assumit ẽ de necessitate corpus, sed non est necessariũ ꝙ in definitiõe corpotis inueniat locus, neq; est relatiuum. sed, si definiamꝰ corpus p hoc, ꝙ in loco circunscribatur, tunc relationẽ patitur. & sic aliquo modo hoc prędicamentum ingredietur sub prædicamento relationis, & sic de alijs prædicamentis relationis. Tandem prædicamentũ relationis vel consequit res relatas p se, non p aliud prędicamentũ, vt pater E & filius, dextrũ & sinistrum: vel per aliud prædicamentũ, vt agens & passum, quæ relatione afficiuntur p prędicamentum agere & pati: & qnq; relatio consequit cętera cõcomitantia ipsorũ prædicamentorũ, vt contradictorium, & contrariũ, & priuationem & habitũ. Tandem ipsa relatio quandoq; est de primis intelligibilibus, & de secundis, vt relatio, quæ est inter genus & speciem.

ESsentia, quæ Arabice Dath nominatur, dr absolute de indiuiduo, quod non est in subiecto, neq; dicitur de subiecto, & est scilicet indiuiduum substantiæ. Dicitur ẽt de indiuiduo, quod est in subiecto, & ẽ F indiuiduum accidentis: & de quolibet notificante quiditatem: & sunt scilicet nouẽ prædicamenta, eorũq; species. Et, quia hæc dictio dicit primo de indiuiduo, quod non est in subiecto, ideo cõuenientius erat trãsferre ipsum ad id, quod non est in subiecto, neq; ipsum est subiectũ alicuius rei omnino, si sciatur demonstratiue ꝙ inueniat huiusmodi res sic se habens. Sed, si essentia rei ita capiatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G piatur, significat quiditatem eius, vel partem quiditatis.

7.Me.co6. 23. Illud vero, qđ dicitur per essentiam suam, (seu fm ꝙ ipsum) dicitur multis modis. Primo de indiui duo non existẽte in subiecto, & est indiuiduum substantiæ. Dicitur ẽt de eo, qđ notificat quiditatem alicuius q̃ditatis, & summatim de omni eo, qđ dicitur substantia absolute. Et quandoq; aliquid dicitur per se, cui contrariatur per accidens. & hoc iam in lib. Posteriorũ fuit declaratum, vbi fuit dictum, ꝙ hoc fit H in propositionibus prædicabilibus duobus modis. Primo s. qñ prædicatum est de substantia subiecti, vt rationalitas, quæ est de essentia hominis. Secundo, qñ subiectum est in definitione prædicati, vt sunt anguli æquales duobus rectis in triangulo. Dicitur. ẽt qñq; per se de prædicatis, quæ primo insunt suis subiectis, vt color superficiei, & vita in anima. color. n. inest corpori mediante superficie, & vita corpori mediãte anima. & hoc est vnum significatum, de quo dr̃ nomen primi prędicati in propõnibus demõstratiuis. Et qñq; dicitur per se (vel fm ꝙ ipsum) de ente, qđ non habet causam p̃cedentem sibi, neq; agentem, neq; formalem, neq; materialem, neq; finalem: & est s. primus motor, vt in scientia Naturali fuit declaratum, & in futuro adhuc declarabitur.

De Re. HÆc dictio res arabice alsciai dicitur de omni eo, qđ dicitur dictio entis. Et qñq; dicitur de communiori, s. de omni re concepta in anima, siue ita se habeat extra animam, siue non. vt hircocervus, chimera. & ideo debemus dicere hæc res vel est, vel non est. & ideo nomẽ K rei transumitur ad falsas propõnes: quod tñ non facit nomen entis.

E uenit quidem ipsi enti à cã efficiẽti de necessitate. Nihil aũt dat̃, quo sensibile euadat intelligibile in potentia, i. qđ de sui natura est vt intel
E ligatur, nisi ei⁹ generatio fiat ex intellectuali apprehensione: licet sũ esse sensibile sit cõceptũ à suis principijs sensibilibus, quemadmodũ in artificialibus contingit. nã accidit rebus per artẽ confectis ꝙ intelligãtur ab illo, qui non operat̃ eas, p̃ ea quia sunt ordinatę ab intellectu, q̃ est ipsa forma existens in anima artificis: aliter. n. essent intellectę per accidens, & similiter ẽt res se habet in natura, & in rebus nãlibus. Hinc apparet generatim ꝙ dant̃ formæ
F separatę, q̃ sunt cã, ob quã ipsa substantia sensibilis est intelligibilis. Præstant autem ipsi sensibili formã substantialem, qua sit intelligibile potentia per ipsam naturam, & ꝙ corpora cœlestia, & tales formæ sunt formæ corporum cœlestium. & hoc est, qđ quærebant ponentes ideas, & non attigerunt ipsum.

K

REuertamur autem vnde digressi sumus, & dicamus ꝙ, cũm apparet vt diximus, ꝙ id, qđ generatur, generatur ab eo, quod est idem specie, & quiditate, manifestum igitur est quod quiditas,

Cõpositũ nõ format nec mãt generat. 7. Met. 49 & infra.

A vt quiditas est ingenerabilis & incorruptibilis. Sic̃ etiam & ipsa mã, nã non generat̃ ab agente. Generabile igit̃ & corruptibile est ipsum individuum compositũ ex illis duob⁹, & est illud, quod ẽ numero aliud à generãte, sed sunt idẽ forma. Patet igit̃ ꝙ formæ & materiæ, inquantũ sunt formæ & materiæ, non sunt gñabiles, neq; corruptibiles nisi p accidẽs. sed, quia quiditates rerũ sensibilium nihil aliud sunt q̃ sua forma & sua mã, vt in futuro apparebit, manifestum ergo est ꝙ formæ & materiæ, vt sunt formę & materiæ, nõ sunt ge
B nerabiles neq; corruptibiles nisi per accidens. Corrumpunt̃ aũt & generantur formæ, & tandem transmutantur ex eò ꝙ sunt pars ipsius generabilis & corruptibilis per se: quod quidẽ est individuum cõpositũ ex mã & forma, inquantum est forma rei singularis. Et sic̃ res se habet de mã, quæ quidem patitur transmutationẽ, ex eò ꝙ est pars rei transmutabilis, i. individui, sed non inquãtum est mã. &, cùm materia sit causa trãsmutationis sic aduenientis ipsis formis, cõueniẽtius ergo est dicere formas ita se habere. Quòd aũt mã sit
C intelligibilis, hoc non habet ex eò ꝙ est mã: nam res ideo est intelligilis, quia est in actu. sed, si intelligimus ipsam, cõtinuo illud fit p attributionem, & hoc de mã prima: vel accidit sibi habere actũ, & hoc de materijs proprijs vnicuiq; enti. Et quẽad modum vt ꝙ artifex non facit materiã simpl̃r, sic etiam neq; formam simpliciter, facit tñ aggregatum ex materia & forma. nam ipse facit formam transmutãdo materiã, donec præstet formã sibi. vt de arca, exẽpli gratia. nã ipse nõ facit lignũ, quem-

admodũ neq; formã arcæ, sed facit D
quandã arcã ex aliquo ligno. Si vero formæ vt formę, & materiæ ẽt generarent̃ & corrũperent̃, tũc generatio fieret ex nihilo absolute, & corruptio ad nihil absolute. v.g. si ponamus corp⁹, vt corp⁹, generari, sequeret̃ de necessitate ꝙ fieret ex nõ corpore oĩno. sed gñatio & corruptio est ipsius cõpositi ex vtrisq;, s. ex materia & forma. Hinc ostendit̃ ꝙ generãs indiuiduũ est indiuiduũ: quia qđ trãsmutat mãm, est indiuiduũ. Apparet ẽt ꝙ defiões sunt ingenerabiles & incorruptibiles, licet res definitæ sint gñabiles & corruptibiles. E

Sed quo pacto accidat eis hoc, nõ est necessariũ propterea nos ponere ideas. nã hoc est, quod fecit ponẽtes ideas affirmare eas, sed nõ est necessariũ. Qui enim fuerũt ante Platonem, putabant ꝙ scia erat de sensibilibus: sed quia viderunt ꝙ sensibilia sunt transmutabilia & instabilia, abstulerunt sciam penitus: adeo ꝙ fuit aliquis Antiquorũ, cùm interrogabatur de aliqua re, indicabat digito suo, significabat enim esse instabilẽ & inquietã, & ꝙ res sunt in cõtinua transmutatione, & ꝙ non datur hic vlla verificatio alicui⁹ rei. & ex hoc F
peruenerũt vlr̃ opiniones erroneę. Aduenięte vero ætate Socratis viderunt ꝙ dantur hic intelligibilia ęterna & vtia, ideo dixerunt ipsa esse extra animam eo modo, quo sunt in anima. & cum hoc etiam viderũt ꝙ sunt principia substantiæ sensibilis. & ex hoc, quod diximus, patet ꝙ licet inuenirent̃, vt ipsi putant, adhuc nõ iuuarent ad esse generabilium vllo pacto. quia generans particulare est vnum particulare, vt ipsum in specie, aut sibi simile, vt diximus.

Ideę non sunt ponendæ.

Themi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Themistius vero reddit rationē pro Platone, ꝙ dant formæ agentes ad esse animaliū ortum habentium ex putredine. Et putari pōt ꝙ hmōi principium concedat apud Aristo. & ꝙ non vt necessariū intromittere ipsas in causam generationis hmōi generis tū animalium, sed etiā animalium prolificantiū, vt potest intelligi ex libro de Animalibus. Verū tamen principiū propinquum illorum apud Arist. est virtus animata: & remotū sunt formæ corporū cœlestiū, totum aūt hoc fm viā Aristo. indiget speculatione. Quōd autem H Aristo. credat has formas separatas habere operationem vsem in omni gnato absq; medio, vt putat Auicē. videt esse remotum. In quibusdam tn entibus naturalibus potest existimari ꝙ necessitas cogit ponere formas separatas in generatione indiuidui, vt in animali persuaderi pōt, & pśertim in non gignitiuo. In quibusdam tn non vt hoc, neq; videnť indigere ipso, inquantū sunt generabilia. Verū tamen, si consyderentť formæ generatæ, inquantū accidit eis ꝙ sint intelligibiles, & tandē habentes ordinē, apparebit necessariū I intromittere hanc formā cunctis rebus, vt prius diximus. Sed huiusmodi principiū alio modo se habet, q̄ ponitur à ponētibus ideas. Dicebāt enim ꝙ intelligibile ipsius equi & eius quiditas, vt est in mā, est idem extra animā. & sic sequit de necessitate ꝙ deť equus hinnibilis sine materia, & ignis comburens & si intelligunt hoc, nō errāt. Et si velint id, quod Arist. intendit de esse rerū separatarū, vt existimauit eorum fautor, errauerunt tandem: quia transtulerūt dicta scientifica in dicta poetica, quæ nō sunt vera, & fiunt ād do- K cendum populum. hoc aūt in futuro ostendemus. Ex dictis ergo patet ꝙ & si dantur vsia per se stantia extra animā, non sufficiunt ad scientiā & generationē. nam generatio p se est rei particularis & indiuiduæ, sed de rebus cōibus, quæ videntur generari p accidens, quasi dicas ex eo ꝙ sunt indiuiduum, vē ꝙ causa generationis earū sit ipsa natura. & causa, ob quam inuenieť natura faciens hmōi operationē, est ipse motť corporum cœlestiū. & causa, ob quam motus corporū cœlestium præstat huic naturæ talem virtutē, sunt ipsæ L formæ separatæ intelligibiles. Arist. aūt opponit Platoni, quia posuit id, quod est principiū & agens rei generatæ p accidens, principiū & agens rei generatæ p se quasi dicat ꝙ sic debemus intelligere diam inter istas duas vias: non ꝙ Arist. neget hic, ꝙ formæ separatæ sint aliquo modo principia agentis, sed iuxta illū modum, quē diximus. & sic nō est opus intromittere in rebus naturalib' formas separatas ad aliquā generationem p̄ter intellectum humanum. & hæc ē veritas iuxta viā Arist, & ideo M incœpit declarare ꝙ formæ vsles nō sunt generabiles, neque corrupubiles, nisi p accidens. Nos autem iam declarauimus hoc in expositione nostra super libris eius huius scientiæ.

POst hoc ergo cōuenit nos inuestigare de ipsis vsibus, vtrū hoc sit possibile in eis aut non, videlicet vtrū possint p se stare extra animā, ita ꝙ verius appellętur noīe substantiæ, q̄ sua subiecta sensibilia. Et dicamus ꝙ, si ponantur hæc vsia esse extra animā eo modo, quo sunt in anima, poterit hoc consyderari vno duorū

Verū vsia possint p se stare extra aiam.

A duorum modorum, s. vel ꝙ stent p se, & nullam habeant attributionē ad indiui dua sensibilia. & hoc est cōtra id, quod ponitur in eorum definitione. nam vsle, vt fuit dictum, est illud, quod solet prædicari de pluribus. sequetur ergo ex hac positione ꝙ intelligibile alicuius rei non erit illa res: quod totū est impossibile, vel quod ipsum vniuersale est quid per se existens extra animam in indiuiduo. Sed si res ita ponatur, facile apparebit ꝙ ex huiusmodi positione sequentur falsitates vituperosæ. Nam, si ponamus ipsum esse em B suis indiuiduis extra animam, non euadet quin talis cōicatio eum indiuiduo sit vno duorum modorū, s. vel ꝙ pars eius sit in vnoquoq; indiuiduo, ita ꝙ talis habeat de humanitate quandam partem, & Plato aliā partē: & sic humanitas non prædicabitur de quolibet: istorum duorum prædicatione essentiali in eo quod quid, quia illud, quod hēt partē hominis; nō est homo, qđ est de se manifeste falsum. aut quod ipsum vsle in sua vniuersalitate erit ī quolibet indiuiduo eius. Hæc tn positio contradicit sibiipsi. quia oportet de necessitate vel ꝙ vsle multiplicetur in C se, ita ꝙ vsle, quod notificat quiditatem Socratis, sit aliud, q̄ quod notificat quiditatem Platonis, & sic nō erit eorum ītelligibile idem, & hoc est falsum: vel ꝙ vna & eadem res in sua vniuersalitate sit in pluribus, immo non in pluribus solum, verum etiā in infinitis, quorum aliqua generentur, aliqua corrumpantur, ita ꝙ vnum generabile & corruptibile erit multa fm eundem modum: qđ est falsum. Sequetur etiam ex hoc ꝙ habebit simul contraria: qa multa vniuersalia diuiduntur per diffe- D rentias oppositas, & inuenientur in locis oppositis. Et, si ponamus ꝙ ipsum inueniat' in multis eo mō, quo potest consyderari vnum inesse pluribus, videlicet ꝙ sit vnum numero indiuiduū existēs in pluribus, vt forma torius in partibus, sequeť tūc ex hoc, ꝙ homo erit compositus ex asino & equo, & oībus alijs speciebus diuidentibus ipsum, adeo ꝙ erunt inuicem alligatæ, siue sint cōtinuę, siue contiguę. Et, si ponam' adhuc hæc vniuersalia eť extra aīam, oportebit ipsa habere alia vniuersalia extra aīam, quibus illud vsle primum E sit intelligibile: & sic de secundo tertium, & sic in infinitum. Sed nō accidet nobis hoc dubium, si ponam' ꝙ esse ipsum vsle est esse in intellectu. quia id, quo vsle est vniuersale, iam fuit declaratū in libro de Anima, ꝙ est vna & eadem substantia separata, i. intelligibile ītelligibiliū. Præterea, quomodo vniuersale est substantia per se stans iuxta opinionem eorū, cùm sit de his, quæ dicuntur in subiecto non de subiecto. & hoc patet ex eius definitione, & id, quod ita se habet, est accidens de ne- F cessitate. Si cōcedamus quoq; hoc, runc non inuenietur hic substantia propria alicuius rei: sed substantiæ rerum erunt communes, & substantia propria erit subiectum substantiæ communis, & omnes istæ falsitates sequentur, si ponamus hæc vniuersalia p se stare extra aīam. Sed, etsi non ponim' ea ita se habere, potest adhuc aliquis dicere ꝙ nō sunt verę, sed falsæ, & chimericæ. nā verū, vt in libro Posteriorū fuit definitum, est illud, quod ita se habet in intellectu, quemadmodum extra.

G & tali modo poteris facere obmutescere plures loquentium nostri tpis. & hæremet dicta transferunt ad destruendū esse ipsorū vniuersalium. Neq; ex hoc sequit id, quod putant stollere sciam. quia ipsi nihil dicūt de syllis, qui constant ex duabus ꝓmissis, neq; de prædicatis per se. sed de hoc fiet sermo cum eis, & cū alijs vbi tractatur de verificatione principiorū artis Logicæ, & aliarū artiū particularium. Sed hoc dubiū, qđ accidit circa vlia, paulopost soluet.

R. esse i intellectu aliter q̄ extra

Et dicamus ꝓ, si falsum sit id, qđ est in intellectu alio modo q̄ est extra (vt intelligi potest) ex oppositio definitionis veri, hoc quidē potest H consyderari varijs modis (scilicet ꝓ res sit in intellectu, aliter q̄ extra intellm.) Vno modo, ꝓ res habeat esse inquantum est in intellectu tñ, præter hoc ꝓ habeat esse penitus extra intellm. & hoc manifeste vē subingredi definitionem falsi, & continetur sub eo. Secūdo, ꝓ talis res habeat esse extra intellm, sed accipiat in intellectu alio modo q̄ sit extra intellectum. Et hoc ēt potest consyderari dupliciter. Vno modo ꝓ id, quod ponitur esse in intellectu, sit fm cōpositionem illorū subiectorū, quæ extra intellectum & attributionem vnius ad aliud, sed non eo mō, quo se habent in se. Huius aūt rei falsitas nulli dubia est, & quod continetur sub definitione falsi, vt hircocerus, & conceptus vacui, & reliqua, quæ intellectus intelligit, & cōponit ab eo, quod non inuenit extra animā, in tali modo compositionis. Secundo modo, ꝓ extra animam inueniātur res diuersarum essentiarū, quæ sibi inuicem habent esse, & sunt immixtæ simul, & intellectus separat illas essentias abinuicem, & aggregat illas, quæ inter se sunt similes, & admiscet eas, & separat eas à rebus, quæ inter se differunt, adeo ꝓ intelligit naturas rerum separatarū iuxta veritatem suā. Hoc autem neque est vllo pacto falsum, neq; continet sub definitione falsi. & iuxta hunc modū abstrahit pūctū à linea, & intelligit ipsum, licet non inueniatur nisi in linea, & ipsam lineā quoq; à superficie, & superficiē à corpore. Et tandem iste est modus, quo nos possumus intelligere omnes res, existentes in alijs fm vnionem, siue sint accidentia, siue formæ. Verūtamen, qñ intellectus abstrahit plures harum substantiarum, & distinguit vnam ab alia, & accidat ꝓ sint res, quæ habent primum esse suū i alijs, tunc intelligit eas cum illis rebus, q̄ sunt subiecta earū, vt in formis materialibus euenire solet, quas quidē intelligit, ex eo ꝓ sunt materiales. Sed, si huius essentiæ fuerint de his, quæ non in sunt primo alijs, immo ex eo ꝓ sunt ex consequentibus earum, vt linea, quæ intelligit abstracta de se, hmōi quidem actio est, propria virtuti rationali, vt in libro de Anima fuit declaratum. Nā sensus percipit formas, inquātum sunt singulares, & tandē ex eo ꝓ sunt i materia indiuiduali licet non recipiat eas receptione materiali, eo modo, quo sunt extra aīam, sed spiritualiori modo, vt ibi ostensum fuit. Ipsius nanq; intellectus officiū est abstrahere formam à materia indiuiduata, & apprehendere ipsam separatā fm eius certitudinē. & hoc est manifestum ex re ipsius. & p hoc verificatur ꝓ intelligit quiditates rerū. aliter enim non darentur scīę pœnit. Quan-

Quantum ad primum dicendum, ꝓ ens rationis, quod est falsum, est id, cuius esse extra intellectum est aliud, q̄ quod in intellectu, non comprehendit hoc. & sic definitio veri non prohibet vlia habere illud esse: quia illæ dictiones, q̄ accipiunt in illis definitionib⁹, sunt de nominibus æquiuocis, videlicet cùm dicimus in definitione falsi, ꝓ est extra intellectum, alio modo, q̄ i intellectu, & in definitione veri, ꝓ habet eē i intellectu, eo mō, quo extra.

Sed de vniuersali iuxta hunc modum poterit aliquis dubitare, & dicere ꝓ, cùm nos ponamus ista vlia esse⁹ abstrahibilia, ergo de necessitate sunt accidentia. &, si sunt accidētia, quomodo ergo poterunt notificare substantias rerum singularium per se stātium, cùm iam sit dictū, ꝓ id, quo notificat quiditates substantiæ, est substantia.

Sed hoc dubium facile soluit. videlicet, quia, qñ intellectus abstrahit illas formas à materia, & intelligit essentias earum fm suam veritatem, siue sint formæ substantiales, siue accidentales, tūc accidit eis in intellectu ipsa vniuersalitas: nō ꝓ vlē sit essentia formæ illarū substantiarum, & ideo vniuersalia sint de secundis intentionibus. sed quib⁹ accidunt vniuersalia, sunt de primis. & iam fuit latissime tractatum in arte Logicali de differentia, quę est inter primas & secundas intentiones. & hoc de se patet apud exercitatum in ea arte.

ET postquā fuit ostensum ꝓ vniuersalia non sunt substantiæ rerū sensibiliū, contemplemur modo quidnā sit earū substantia. Et dicamus manifestū esse ꝓ res sensibiles, i. indiuidua subæ sunt cōposita ex

A Quandō ergo accipitur i definitione falsi, ꝓ est id, cuius esse extra intellectum est aliud, q̄ quod in intellectu, non comprehendit hoc. & sic definitio veri non prohibet vlia habere illud esse: quia illæ dictiones, q̄ accipiunt in illis definitionib⁹, sunt de nominibus æquiuocis, videlicet cùm dicimus in definitione falsi, ꝓ est extra intellectum, alio modo, q̄ i intellectu, & in definitione veri, ꝓ habet eē i intellectu, eo mō, quo extra.

Sed de vniuersali iuxta hunc modum poterit aliquis dubitare, & dicere ꝓ, cùm nos ponamus ista vlia esse⁹ abstrahibilia, ergo de necessitate sunt accidentia. &, si sunt accidētia, quomodo ergo poterunt notificare substantias rerum singularium per se stātium, cùm iam sit dictū, ꝓ id, quo notificat quiditates substantiæ, est substantia.

Sed hoc dubium facile soluit. videlicet, quia, qñ intellectus abstrahit illas formas à materia, & intelligit essentias earum fm suam veritatem, siue sint formæ substantiales, siue accidentales, tūc accidit eis in intellectu ipsa vniuersalitas: nō ꝓ vlē sit essentia formæ illarū substantiarum, & ideo vniuersalia sint de secundis intentionibus. sed quib⁹ accidunt vniuersalia, sunt de primis. & iam fuit latissime tractatum in arte Logicali de differentia, quę est inter primas & secundas intentiones. & hoc de se patet apud exercitatum in ea arte.

ET postquā fuit ostensum ꝓ vniuersalia non sunt substantiæ rerū sensibiliū, contemplemur modo quidnā sit earū substantia. Et dicamus manifestū esse ꝓ res sensibiles, i. indiuidua subæ sunt cōposita ex pluribus q̄ vna re, cùm faciamus de D ipsis interrogationē pp quid. quod quidē q̄ sitū non fit de simplicibus. nā nō dr pp quid homo est homo, cùm idē sit subiectū & ꝑdicatū, sed bene conuenit qō pp quid de compositis. vt si dicam⁹, pp quid homo est medicus, & dicat quia est intelligens, & fit responsio p formā rei. & qñq; p materiam eius, vt si dicam⁹, pp quid hoc est sensitiuum, & dicitur, quia est cōpositum ex carne & osse. & tandem ad qōnem pp quid pōt fieri responsio p vnamquanq; quatuor causarum. Manifeste igit patet ꝓ indiuidua substantiæ sunt B compositā, & ꝓ, si sunt vnum actu, inest tñ eis quędam pluralitas in potentia. nam non sunt vna p colligātiā, & contactū, quemadmodū accidit in pluribus rebus artificialibus. quia impossibile est quòd inueniātur elementa alicuius rei in eadem re in actu. aliter enim ipsummet cōpositum ex elementis esset essentia elementorū. vt, exempli gratia oxymel, quod quidem constat ex aceto & melle: &, si essent in eo in actu, tunc nihil aliud esse oxymel, q̄ acetum & mel. & similiter non reperit F ipsamet aqua, & aer, & ignis, & terra in carne & osse. aliter enim caro & os esset aqua, & ignis, & aer, & terra. Hinc potest haberi ꝓ in generato est aliquid aliud præter elemētum, quo est id, quod est. aliter enim eēt ipsamet res, ex qua compositū fuit. vel dicemus in igne & aere & aqua atq; terra esse carnem & os in actu, & tandem res infinitas, & sic reuertetur ad sermonē de immixtione. Neque adhuc euader res, qua distinguitur compositum ab ipsis elemēt⁹ (cùm sit quid sibi additū) quin

G sit, aut elementum, aut ex elemẽto. sed, si fuerit elementum, tunc sequeretur idẽ, quod ī priori, videlicet ꝙ differret à composito ex ipso, & ab elementis prioribus illi per elementum, & sic in infinitum: ideo ꝙ inuenientur in vna re in actu elementa infinita. & si esset ẽt ex elemento, tunc daretur quoq; aliquid, quo differret, & distingueret elementū, ex quo compositum fuit. & si iterum hoc esset ex elemento, fieret in reb' processus in infinitum. Ex dictis igitur apparet ꝙ in composito est quędam substantia, præter elementa, q̄

H forma nuncupatur. Et, quia vt in arte Logicali fuit declaratū definitiones constant ex genere & differẽtia: & iam in præcedẽtibus fuit ostẽsum, ꝙ inquantum sunt vniuersalia, non habent esse extra intellectū, neq; sunt vllo pacto causæ definitorum: patet ergo ꝙ gen' nihil aliud est q̄ conceptus formarum vniuersalium ipsius definiti, q̄ se habent velut materia, & forma vniuersalis. nam materiæ est communicari, & vlt est quid accidens formę vniuersali rei eo modo, quo accidit vlę ipsi intelligibili alicuius rei, & fit appa

I ret de ipsa differentia, quæ est quoddam consequens, quod insequit intelligibile formæ propriæ alicuius rei, ex eo ꝙ est in intellectu: & tãdẽ ipsa representat formam, quemadmodum genus materiam. Et hinc apparet proportio definitionum ad definita: & soluunt multa dubia, q̄ possunt fieri in eis, vt id, de quo dubitauerunt Antiqui, qui dicũt quomodo animal, v. g. quod accipit in definitione hominis est vniuersali' hoīe, cùm sit pars ipsius Silr ẽt dubitant quonã pacto põt p̄dicari * pars

* a. Genus

de specie, & in eo ꝙ quid. Et totum K hoc accidit eis, quia non distinguũt inter esse intelligibile, & esse extra intellectum. & accidunt eis hæc dubia, quemadmodum accidit in reb' quæ accipiunt sim plr fm ꝙ sunt aliquid vnum, & sunt plura. si ergo ita est, & cum hoc fuerit iã propalatũ, qualis sit proportio generis, & differentiæ ad partes definiti: manifestũ ergo est ꝙ partes substantiæ indiui duæ nihil aliud sunt q̄ materia sensibilis, & forma sensibilis. & hoc est, quod intendebamus declarare à principio rei.

L Scrutemur modo de formis rerũ sensibilium absolute, i. de differentijs materiæ primæ, & quid est earum materia. nã ostensum é ofa hęc habere definitiones, & definitiones constare ex generibus & differẽtijs, quæ representant formas & materias, siue sint substantiæ, siue accidentia. Et dicamus ꝙ materia est id, quod est in potentia ad rẽ, q̄ est futura esse in actu, & definitione, & forma. ipsa vero forma est actus & quiditas. indiuiduum aũt sensibile est compositum ex his duob'. Et ipsam materiam concedunt oẽs Antiqui: & apparebit etiã paulopost ex M his, quæ in scia Naturali fuit dictũ, s. ꝙ quælibet quatuor transmutationũ, q̄ sunt s. generatio & corruptio, incrementum & decrementũ, translatio, & alteratio, habent subiectũ, super quod fit transmutatio. Manifestum enim est ꝙ transmutatio ex eo ꝙ est accidens, indiget subiecto. & ideo non reperitur transmutatio sine transmutabili. Attamen res, q̄ habent transmutationẽ in substantia, oportet de necessitate ꝙ habeãt reliquas transmutationes. sed q̄ habent

Subiectum & Materia ẽ idem subiectum. & Met. 12. 4.

A bent reliquas transmutationes, non est necessarium ꝙ habeant trãsmutationẽ, quæ est in substantia, vt quę habent motum localẽ, quemadmodum in scientia Naturali fuit ostensum de corpore cœlesti. Sed, vt diximus, omnes asserunt materiam primam esse substantiam, quamuis dissentient in eius quiditate, s. materiæ primæ. & iam fuit declaratũ hoc in scientia Naturali. Post hoc autem declarabimus eius differentias.

B Onueniẽs quoq; est facere sermonem de forma, q̄ est dfia, & dare differentias vlęs, quibus diuiditur, inquantum est forma. Et dicamus, ꝙ Arist. narrauit ꝙ quidã Antiquorum, inter quos Democritus, dicebant differentias rerum contineri tribus generibus, videlicet figura, situ, ordine. & hmõi dictum licet non complectat formas rerum sensibilium, s. quæ accipiuntur in definitionib' earum, adhuc proiecerũt ab eo id, quod verius nõle differentiarum dici debet, videlicet differentias essentiales, quarũ gradus ī scientia Naturali fuerunt declarati. immo apparet vlr ꝙ differentiæ rerũ

C essentialium sint multæ, ex quibus quædam sunt in substãtia, quędam alię in quantitate, & qualitate, & tãdem in vnoquoq; decem prædicamentorum. Verunt̃, quia in multis accidit ꝙ latent differentiæ substantiarum, ponuntur accidẽtia, p̄pria earum vice differentiarum, vt figura, & situs, atq; ordo, & cętera accidentia. Et ideo, si Democritus intendebat hoc, q̄ ponebat differẽtias substantiæ esse istas tres, nequaquam potent excusari à culpa, cùm manifeste dẽtur multæ substantiæ, quarum differentiæ sunt p̄ter istas res: vt sunt substantię, quarum differentiæ fiũt p calidum & frigidum, & alia accidentia præter hæc. artificialium vero differentię sunt accidentia. Et, cùm res constent ex materia, & forma, ideo q̄ definitiones aggregant hæc duo, sunt perfectissimæ. Nam qui definit domũ, ꝙ est ex lateribus & ligni', tunc dicit domum in potentia. & qui definit ipsam ꝙ continet, & protegit contentum in ea, & ꝙ est in tali figura, tũc affert formam tm̃, sed nõ eo modo, quo vere est, cùm non habeat esse, nisi in materia. tandem ipse definit per partem definitionis domus, nõ E per omnes eius partes, 'quibus constat. sed qui amplectit ofa hęc duo simul in hac definitione, dicit ꝙ domus est lateres & lapides, qui fuerũt compositi tali compositione, & est aptus ad talem & talem rem, ita ꝙ deueniat ad omnia illa, quibus contentum in ea conseruat, & quomodo ster in ea. Accidit tñ circa hoc dubitare. quia dato ꝙ cõcedamus hoc de definitionibus rerum habentiũ materias sensibiles, quo pacto res se habebit in his, in quarum definitionibus non apparent materię sensibiles, vt est definitio trianguli & circuli. Hoc aũt dubium soluitur p hoc, ꝙ licet huiusmodi res non habeant materias sensibiles, (& ideo dicit ꝙ consyderatio de ipsis non est ī quantum sunt in materia) nihilominus habẽt res, quarum proportio ad ipsas, est proportio materiæ sensibilis ad formã naturalẽ: vt cùm dicimus ꝙ circulus est figura, quã continet vna linea, intra quam est punctus, à quo oẽs lineæ egredientes ad lineã circundantẽ sunt æquales. nã, cùm dicim' in hac definitione figurã, &

G dicimus in qua circũdat vna linea, est veluti genꝰ, & reliquum dicti veluti differẽtia. Et proportio existẽs inter istas materias fictas, & materias sensibiles est ꝙ istæ fictæ reperiunt in circulo in potentia, quemadmodum materiæ rerum sensibiliũ ĩ rebus sensibilibus. Hoc aũt declarabimus post hoc, qñ ostendemus quo pacto insunt partes definitionis ipsi definito, & qualr definitũ sit vnũ, & definitio habeat plures partes.

Quid ꝓnomen substantiæ sensibilis significatur 8. Met. te. 7. & inde

CVm ergo hoc totum ita se habeat, vt narrauimꝰ, & fuerit declaratũ ꝙ substantiæ sensibiles sunt tres, s. materia, & forma, & aggregatum ex his duobus, tunc poterit aliquis quærere, si substantiæ sensibiles cõstant ex materia & forma, qd nam ipsorũ significatur per nomen eiꝰ, vtrum. s. materia, vel forma, vel aggregatum ex ambobus. Videt autem nomen famosius significare aggregatum ex his duobus: licet dicatur qñq; de forma, & qñq; de aggregato ex illis duobus. Tamen dicitur hoc secundum prius & posteriꝰ, qa compositum habet esse ex eo, quod est compositum ex forma, & est id, cui verius applicat nomen. Et ideo, I si fiat comparatio inter has duas significationes, tunc significatio de composito erit prior tempore, & posterior fm esse: & eius significatio de forma est posterior tempore, & prior fm esse: quia nõ est moris plebis distinguere inter indiuidua substantiæ tali dria. Neq; debemus tradere obliuioni id, qd sæpissime diximus, s. qd istæ res habent duplex esse, s. sensibile, & intelligibile: & ꝙ esse intelligibile est sensibile, ex eo ꝙ notificat ipsum, & facit intelligere qditatẽ eius, hinc dr ꝙ intelligibile ipsius rei est ipsa res. Sed ꝙ esse K intelligibile sit sensibile, ita ꝙ sensibile sit cõpositũ ex intelligibili, aut generatũ ab eo p se, vt putant ponẽtes ideas, vel ꝙ sit ipsummet ex omni parte, ẽ falsum. quia, cùm nos ponimus intelligibile rei esse ipsam rẽ oĩbus modis, tunc forma compositi in intellectu est ipsummet cõpositũ ita ꝙ homo erit aĩa. Sitr ẽt, si ponamus substantiam sensibilem esse cõpositam ex substantia intelligibili, sequeretr ꝙ res sensibiles non essent generabiles, neq; corruptibiles. nã iam fuit declaratũ hoc ĩ supradictis L de forma absoluta, & de materia absoluta, i. ꝙ sunt ingenerabiles & incorruptibiles. & ideo sequitur de necessitate ꝙ elementa substantiarum transmutabiliũ sint necessario trãsmutabilia p accidens, & nõ per se. Nam formæ naturales, v.g. sunt generabiles & corruptibiles non p se, sed ex eo ꝙ sũt pars generabilis corruptibilis p se, i. ipsius indiuidui, vt prius fuit ostensum. Vtrum aũt dẽtur formæ naturales separatæ, iã in scĩa Naturali fuit declaratũ. De eo vero, quod de definitione fuit dictũ s. ꝙ est enunciatio habens partes, di M cendũ ꝙ definitiones sunt ipsius cõpositi: & ꝙ forma & materia & tandem oĩa simplicia non habent definitiones nisi p modũ similitudinis: & ꝙ qui dixerunt definitiones formarũ separatarũ eẽ easdẽ definitiones, qñ in materia, errauerunt. Sitr ẽt qui dicunt substantias rerũ esse numeros. nã fm istos sequeretr ꝙ numeri non essent compositi ex vnitatibus, cùm res habeant definitiões, & definitio habeat partes plures * non sunt vna. aut dices res sensibiles esse puras vnitates, & non dabitr sic

vlla

A Vlla definitio. Videtr ergo de necessitate ꝙ numerꝰ est in materia, & ꝙ vnitas eius est à forma, pluralitas vero ꝑp materiam. hoc aũt postea declarabimus. & summatim apparet de ipsis indiuiduis sensibilibus ꝙ sunt cõposita, quia habent duas res inter se maxime differentes, videlicet esse sensibile, & esse ĩtelligibile. Imposſibile. n. est ipsa habere hæc duo ex eadẽ parte: immo forma est causa, vt ipsa res sit intelligibilis, & materia est causa ꝙ sit sensibilis.

B ET postquã fuit declaratũ quot sunt modi somarum sensibiliũ ptimarum, consentaneũ est nũc tractare de differentijs substantiæ materialis, & de eius speciebus. Et dicamus ꝙ, cũ genera transmutationũ sint quatuor, videlicet transmutatio in substantia, in quãtitate, & in qualitate, & vbi: & nõ sit necessariũ id, quod habet transmutationẽ fm vbi habere transmutationẽ in substantia, aut in quantitate, aut ĩ qualitate: manifestũ ergo ẽ ꝙ subiectũ transmutationis in substantia qñq; C etit ꝑter subiectũ aliarum trãsmutationũ, & præcipue trãsmutationis localis. Patet ergo ꝙ, cum dicit materia de corporibus cœlestibus, & corporibus generabilibus & corruptibilibus, dr quodam æquiuocationis modo. Duo ergo sunt genera materiarum, vnum s. quod est subiectum transmutationis substãtiæ, & proprie nominat materia. Aliud vero est subiectum aliarum transmutationũ, & noĩatur proprie, vt plurimum, subiectum. Oportet autem corpora cœlestia habere materias simplices nõ compositas ex materia & forma, cum non habeant nisi transmutationem fm vbi tm̃. Sed D transmutatio in substantia bene cogit rem esse compositam ex materia & forma. Transmutatio vero in quantum transmutatio, vt fuit dictũ in dictis vniuersalibus scientiæ Naturalis, est de necessitate in re diuisibili. Diuisio autem rei fit ex eo ꝙ est materialis, non ex eo ꝙ habet formam: diuisio nanq; ineſt formę per accidẽs. Rerum aũt, qũ transmutantur in substantijs, quædam hũt vnam materiam communẽ, quem admodũ cõicant corpora simplicia in materia prima: & horum oĩa habent hoc proprium, ꝙ vnumquodq; E ipsorum põt transmutari ad suum contrarium, eo modo, quo aliud cõtrarium habet potentiam, vt transmutetr in hoc: vt aer, exempli gra, qui habet potentiam, vt transmutetur in aquam, eo modo, quo ĩ aqua est potentia, vt transmutetr in aerẽ. Sunt & quædam aliæ res transmutabiles, quarum materiæ sunt diuersæ: vt flegmatis materia est vnctuositas, & choleræ rubeæ materia sunt resamaræ. Proprium autem huius generis est ꝙ de nullo horũ duorũ F dicitur ꝙ sit in potentia suũ oppositum, quemadmodum dr de alio. vt pinguedo est in potẽtia flegma, sed flegma non est pinguedo in potentia, ita ꝙ transmutetr in materiam pinguedinis. similiter etiam viuens est mortuum in potentia, sed mortuũ non est viuum in potentia, ita ꝙ transmutetr ad materiam vitæ. & ideo non fit quodlibet ex quocũq; contigerit, sed ex contrario ꝑprio existenti in materia conuenienti. Hinc fit ꝙ res non distinguunt abinuicẽ p formas tm̃, sed ẽt per materias: neque his duobus tantum, sed per causas efficientes & finales.

G Hinc apparet manifeste q; cùm inuestigare intendimus vnãquãq; rerũ naturaliũ, oportet nos pquirere de ipsis quatuor causis, & q; non simus in hoc diminuti, ita q; contemur causis remotis, immo nos cõuenit reddere cãs propinquas. Iste ergo est sermo de principio corporũ sensibiliũ per suas differentias.

Quopacto definitionis partes sint plures & definitũ vnũ. 8. me ta. t. 15. & 16.

QVo aũt pacto definitiones habeant plures partes, & tñ definitum sit vnũ, hoc apparet ex eo, q; indiuiduum non est compositũ ex materia & forma, ita q; vnumquodque ipsorũ inueniat' in actu, quẽ ad H modũ fit in rebus cõpositis arte: immo ipsa materia inuenit' in composito in potentia, & forma in actu: & dicere q; inuenitur in indiuiduo in potentia, est aliud q̃ dicere, q; est potentiale ad aliquid tale. Sed, cùm dicimus ipsã inesse indiuiduo in potẽtia, intelligimus q; separabitur forma ab ea per corruptionem illius in diuidui: & sic inueniet' transmutari in actu, postquam fuit in potentia. Et, quia genera representãt materias, ideo sunt in potentia in ipso definito. & ideo non reperitur animalitas abstracta in actu, sed aãlitas aliqua, ac si dicas habens differẽtiam. Et, quanto magis elongantur genera à formis sensibilibus, tanto conuenientius habebunt tale esse, vi I delicet esse in potentia, vt q; indiuiduum hoïs sit corpus. & ideo nõ est opus ponere in definitione nisi genus propinquũ tñ, quia omnia genera rei (si est ex habentibus plura genera) includunt' in eo in potẽtia. Sed, si ponat' in definitione gen⁹ remotum, & non propinquum, tunc non continebitur propinquum in ipso, quare hmõi definitiones erũt diminutæ. Et huiusmodi esse, quòd K representant genera, est medium inter formam, q̃ est in actu, & materiã primam, quæ non habet formã: quæ res, vt diximus, diuersimode se habet. quod quidem ita fuit, propterea quia genera nihil aliud sunt q̃ representatio vel exemplar materierum compositarum, q̃ sunt partim actus, partim potentia. & ideo genera habent definitiones, quemadmodũ & species, vt homo, exempli gratia, constat rationalitate & animalitate, & animalitas ex sensu & nutritione, & sic donec perueniat' ad primum genus, quo nihil propinqui⁹ L ipsi materiæ primæ. Et ꝓpterea huiusmodi genus non habet definitionem: sicut neq; ipsa forma vltima, nisi per modum similitudinis & manifestum est q; vnumquodq; horũ generum dẽ vniuoce: quia id, quod representat' per illud genus, inueniet' in habente illud genus, perfectius q̃ ea, q̃ representant' per genera analoga, vt ens & res: & ideo impossibile est hæc genera esse, nisi æquiuoca. & harum materierũ, quas representant genera, quędam sunt sensibiles, sicut materiæ rerum naturalium, & M hæ verius nominant' materiæ: quædam vero sunt fictæ intentionales, vt sunt materiæ rerum mathematicarum. Licet. n. in harum definitionibus non appareant materiæ sensibiles, habent tñ quid simile materiebus: vt de circulo apparet, cuius genus est figura, in qua circũdat vna linea, & sic est possibile res mathematicas habere definitiones. Et hïc apparet q; mathematicalia nõ sunt separata. nam, si triangulus esset separatus, figura quoq; esset separata, & sic linea ẽt eẽt separata. &, si linea esset

A esset separata, pũctũ esset separatũ. hoc aũt declarabimus post hoc. Si ergo dant' aliquæ res, q̃ non habeãt materias sensibiles, neq; intelligibiles, non erunt equidem compositæ, neq; habebunt definitionem, neq; esse in potẽtia, immo ipsæ sunt act⁹ purus. & causa vnitatis earum nihil aliud est q̃ sua essentia, & tandẽ quiditas in eis est ipsum esse. Hinc apparet error ponentium ideas, cùm dicant ipsas & sensibilia esse vnum quiditate & definitione.

B Ed quæ partiũ definiti sint priores definitione, & quiditate, & q̃ posteriores ipso, i. cuius partiũ definiti definitiones ingrediant' definitionem definiti, dico q; sunt partes, q̃ se tenent ex parte formæ, s. formæ vniuersalis, q̃ est gen⁹, & proprium, quod est differentia. Nam necessarium est definitum substentari definitionib⁹ harum rerũ. vt definitio hoïs, exempli gratia, est animal rõnale, & sic definitio aãlis rationalis, q̃ sunt partes hoïs, præcedunt ipm, videlicet si rationalitas habeat definitionem. & sit figura, quę est pars circuli præcedit ipsum. Sed partes C rei, quæ se tenent ex parte quantitatis existentis in indiuiduo ratione materię, sunt quidem posteriores in definitione ipso definito: vt definitio portionis circuli, quæ est posterior definitione circuli. Similiter ẽt definitio anguli acuti est posterior definitione anguli recti, & definitiones man⁹, & pedis hominis sunt posteriores definitione hoïs. Hinc apparet error dicentium corpora sensibilia existere ex partibus indiuisibilibus, siue fuerint finitæ, siue nõ. & vt q; definitionũ materierũ accidentalium proportio ad rẽ materia lem sit proportio definitionũ partium, q̃ se tenet ex parte quantitatis. exempli causa æs, & lignum, & lapis qñq; sunt materiæ trianguli, & circuli, & tandem eorum partes, & tñ horum definitiones non præcedũt triangulum. materierum vero substantialiũ definitiones necessario precedunt definitũ. Diximꝰ ergo quo pacto definitum sit vnum, & definitio habeat plures partes, & quarum definitionum partes definitorũ præcedant definitum, & q̃ non. Manifestum aũt est q; qui dicunt vniuersalia hæc esse extra intellectũ non pos I sunt soluere hanc difficultatem. nã E apud eos oportet q; homo sit cõpositus ex pluribus rebus, immo contrarijs inter se. Similiter ẽt non possunt ipsi distinguere, & dicere, quare quædã partes definitionũ præcedant definita, & quædã aliæ sint posteriores. Illud quoq;, quod summopere perquisierunt Antiqui, s. cãm colligationis animæ & corporis, & tandẽ materiæ & formę ostendetur ex hoc, videlicet, quia nulla maior ratio est, q̃ conuenientia, quæ est inter potentiam & actum. Causa autẽ efficiens, ob quam potentia efficiat' actus, est mouens. & ideo quicquid F non habet elementum, non habet compositionem istam, neque vllũ habet mouens.

Qñ sit pro nõ cõtra dicamur subæ, vel corpus appellamus.

REstat modo inuestigare q̃situm qd polliciti fuimus pquirere, videlicet contẽplari quodnã genus sit cõius in ipsa substantia, de quo consueuit fuit dicere esse corpus, si ue corporeum. Et dicamus q; quidã dixerunt q; id, quod primo inest materiæ primæ nõ informatæ, sunt tres dimẽsiones, & q; ipsæ sunt principiũ rei, qua informat' materia pri

ma:

G ma: & putant q̃ nomẽ corporis primo competit huic rei, quia substantię signãtur in abstracto, cum non sint in subiecto. & hoc est dictũ Porphyrij, qui putauit hanc fuisse Antiquorum sententiam, vt Platonis, & aliorum. Dixit. Sed diserepauerunt inter se: quia quidam eorũ ponunt materiam primam non esse informatam p se: aliqui vero alij dicunt esse informatam p dimẽsiones tres, & isti sunt habitantes in tentotijs. Nonnulli tñ hoĩes putant ipsas tres dimensiones insequi formam simH plicem, repertã in materia prima, & q̃ per hanc formam debet recipere corpus diuisionẽ & continuationẽ, & putant ipsam esse vnam, cõem oĩbus rebus sensibilibus, quemadmodum materia prima. & vẽ q̃ Auicẽ. fit huius opinionis. ponit tñ corporeum magis indicare hoc, cũ sit denoĩatiuum (siue concretũ) & cõcretũ plus significat accidentia. Et dicamus q̃ fm illos, qui tenent primum dictũ, & sunt illi, qui putant dimensiones esse principiũ rei, qua subsistẽtat materia, sequet de necessitate q̃ dimensiones erunt substantiæ cum I sint primũ, quo cõstitit materia prima, & notificent de indiuiduo substantiæ quid est. Manifestũ tñ est q̃ dimensiones, inquantũ dimensiones, sunt remotæ ab hoc, q̃ notificẽt de indiuiduo substantiæ quid est. quia indiuidua substantiæ vt Sciẽtia Naturali fuit ostensum, sunt duplicia, s. vel habentia formas simplices, q̃ sunt formæ quatuor elemẽtorum, vel habentia formas compositas. & hæc iterũ duplicia, quia vel talia cõposita erunt ex gñe simpliciũ, sicut formæ corporũ similariũ partiũ, vel erũt alata. Videnť aũt dimẽ siones esse posteriores prędicatione K quolibet horũ generũ, imo ipsa accipiunť in definitionibus dimensionũ eo mõ, quo accipiunť subiectaſ definitionibus accidentiũ. & hoc est manifestũ illi, qui exercitatus est in arte Logicali. Neq; põt imaginari q̃ primũ, qd ponitť in materia prima, sint dimensiones, & cũ hoc sint accidentia in actu, q̃a accidentia in actu indigent subiecto, contra idꝰ quo indiget forma. q̃m accidentia indigent subiecto habenti formam in actu, sed forma indiget subiecto, non ex eo q̃ sit in actu. & pp ea indiuiduũ existit p formã. & non p ipsam L accidens. Tandem differentia, quæ est inter habitudinẽ formæ ad subiectum, & habitudinẽ accidẽtis, est de se manifesta apud prouectum in his rebus. Sed dimensiones, q̃ aduenĩunt primo materiæ, sunt eadẽ in potentia, cõia omnibus corporibꝰ. sunt tñ dimensiones in potentia, q̃a non sunt terminatæ p terminos, q̃bus corpora terminãtur ante aduẽtũ formæ ad ea: &, cũm puenerint formæ ad ipsa, tunc efficiunť termiM natæ in actu iuxta quantitatẽ propriã illis formis: q̃a formæ gñabiles & corruptibiles habent quantitatẽ terminatã ex materia prima, à q̃bus tñ dimensionibus non denudať materia prima: suscipiunt tñ excessum & defectum per generationẽ & corruptionẽ. & istę tres dimẽsiones, q̃ sunt in materia prima fm istũ modum essendi, sunt illæ, de quibꝰ Antiqui conueniunt, q̃ sunt illæ tres, q̃ primo aduenĩunt materiæ primæ & ipsa forma per istas tres dimẽsiones. Impossibile aũ t est q̃ tales dimsiões, sint substãtia. nã, si essent substantia, tunc q̃n exirent ad actum

reci

A recipiẽdo terminos suos, essent substantia nõ quantitas. qd est falsum. In scia tandẽ Naturali fuit iã declarata falsitas ponentiũ materiam primam esse informatam p se, & q̃ dimensiones sunt eius forma. nã, si res ita se haberet, vt imaginati sunt ipsi tũc corporeitas esset vna & eadẽ in indiuiduo, permanẽs formis generatorũ. Et causa erroris eorũ fuit, q̃a videtũt corporeitatẽ permanere in gñe, & imaginati sunt ipsam esse incorruptibilẽ, aut pmanentẽ ex eò q̃ est accns, cũ putent ipsam esse substantiã. Et iuxta hanc opinionẽ non B oportebit mãm primã habere formam p dimẽsiones, immo p multa accidẽtia inseparabilia à mã prima, q̃ sunt cõia corporibus simplicibus.

Secunda vero opinio, si intendit q̃ datur forma simplex in actu, præter formam corporum simplicium, quæ est leuitas & grauitas, & tandẽ ipsa inclinatio, vt ex verbis Auicen. potest hoc colligi: & q̃ coniunctio huius formæ cũ materia prima est illa substantia, cui accidit corporeitas, i. cui accidunt illæ tres dimẽsiones, quod significať per nomen corporis (siue corporei) cũ nomen concretũ, vt dixit, prius significet illud, C est equidem falsũ. sequereť nanq; ex hoc, q̃ generatio elemẽtorum esset alteratio. Sed, si intendit p hoc, ipsam naturã inclinationis, aduenientis materiæ primæ, quæ est veluti genus ipsis formis elementorũ, tunc dictum est verum. ita me Dij ament. & fm hoc dicetur q̃ corpus, aut corporeum est cõius genus, quod reperiatur in indiuiduis substãtiæ: & sic inerit cõpositis, sicut insunt genera speciebus, i. quoddã esse medio inter actũ & potentiam. Sed corporei tas, qua cõmunicant corpora simpli D cia, nõ est forma inclinatiõis, ex eò q̃ accidertũt sibi dimensiones. etenĩ dimensiones, quibus cõicant corpora simplicia, sunt eędem numero eo modo, quo diximus ipsas primo in esse materiæ. Neque sunt* corpus, *a. Genus neq; accipiuntur in definitione vice formæ vlis. & ideo corpus positum vice elementi nominis habet aliud intellectum, q̃ corpus positum vice formæ vlis. fuit autem iam alibi dictum, quæ nam sit differentia inter corpus & elementum. Et, quia proprium materiæ cœlestium corporũ est q̃ non insunt ei dimensiones ele- E.K mentales, i. cões, quæ exeunt de potentia ad actũ aduenięte sibi forma, cùm sint æterna, ideo manifeste apparet q̃, cum dicim* corpus, aut corporeum de substantia cœlesti, & de corporibus mobilibus motu recto, q̃ illud dicitur æquiuoce, nam natura inclinationis est valde diuersa in eis cum inclinatione, quæ est in simplicibus. fit inuentio formarum contrariarum in materia prima per inuentionem dimensionum cõium, ideo & formæ eorum sunt diuisibiles ad diuisionem materiæ. Sed inclinatio in corpore cœlesti est inuE tio formæ non cõtrariæ in materia & indiuisibilis per dimẽsiones: neq; de eiꝰ natura est, s. corporis cœlestis denudari à sua forma, neq; habet talem possibilitatem, neq; ita existit in materia, vt diuidatur ad eius diuisionem, quẽadmodum in Sciẽtia Naturali fuit declaratũ. Omnibus ergo his sic stantibus, vt diximus, videtur q̃ corpus, de quo contemplať Mathematicus, est aliud à Naturali. quoniam Mathematicus consyderat dimẽsiões abstractas à materia:

Naturalis

G Naturalis vero corpus compositū ex materia & forma, ex eò q̄ accidunt sibi dimensiones. & de ipsis dimensionibus tractat, inquantū sunt in tali corpore, iuxta id, de quo solēt speculari istæ duæ scięctiæ in eo, quo communicant, vt in libro Posteriorum fuit declaratum. Et hic explentur quæsita huius libri, & continet ex libris attributis Arist. id, quod in Septimo, & Octauo ipsius habetur.

AVERROIS
EPITOMES IN LIB.
H
METAPHYSICAE
ARISTOTELIS
TRACTATVS III.

ET postquam locuti sum⁹ particulatim de speciebus entis sensibilis, & de principijs earum, quibus sunt sensibiles, & notificauimus qualis sit earum habitudo inter seinuicem quo ad esse, cōsentaneum est nunc sermonē habere de rebus, quæ se habent, veluti consequentia earū. Et licet non lateat nos q̄ consyderatio de vno, & de suis speciebus (quāuis ponatur in hac parte à nobis) pertinet tñ ad primam partem, cùm ipsum vnum accipiatur in hac arte, vt transcendens ad ens: quia tamē vni opponitur multitudo, & ipsam multitudinem insequuntur aliqua consequentia, ideo habet ingressum in hac parte quoquo modo. & ideo posuimus hic cōsyderationem de ipso cum inuestigatione de eius cōsequēribus. & iā fecit hoc Arist. in lib. 10. videlicet q̄ singulatim inquisiuit de ipso, & de suis consequentibus.

I

INcipiamus ergo tractare de potē K De positis figuratis 9. Met. t. 14.
tia & actu: & notificabimus quid est vera potentia. Et dicamus q̄ nomen potentiæ multifariam dicitur, vt in præcedentibus distinximus. Id autem, de quo nomen potentiæ dicitur æquiuoce, dignum est animaduerti: vt cùm dicimus talem lineam esse in potētia ad talem lineam. Illa vero, quæ non sunt mere æquiuoca, sed sunt analoga ad vnū principiū, debēt hic quoq; cōsyderari. Is enim modus, quo plures res sunt subiecta huius scientiæ, vt iā diximus in præteritis, & vna ex rebus, de quibus significat ipsa potētia iuxta hunc modum, est duplex, scilicet potentiæ actiuæ, quæ quidem agunt in aliud, inquantum sunt potentiæ agentes in aliud, & sic accidat huiusce modi potentias agere in seipsas, illud est per accidens, vt accidit medico sanare seipsum. sed in natura & potentijs naturalibus res opposito modo se habet, s. q̄ ipsorum operatio est in se. Secundo modo sunt potentiæ passiuæ, & sunt illæ, quæ pati solent ab alio inquantum est aliud: non q̄ res patiatur à seipsa sicut natura, sed q̄ nullam potentiam passibilem à seipsa, sed ab alio inquātum est aliud, N & extra substantiam suam: cùm passum non possit pati à seipso, sed ab alio, inquantū est aliud & extra ipsum. Cùm aūt dicimus passum non habere potentiam q̄ patiatur à seipso, significat inter genera priuationis, s. naturalis priuatio, quæ est ablatio rei ab eo; quod solet inueniri in alio, nō illa priuatio necessaria, q̄ est ablatio rei ab eo, in quo solet inueniri. & nosiā diuisimus quot modis dē priuatio in his, quæ dicta sunt.

Poteſt autē aliquis quærere, cur aliquę

k aliquæ potentiæ, quæ sunt aptę nate pati ab alijs, q̄nq; patiātur à seipsis, vt sanitas, quę prouenit à medicina, & à seipsa: in quibusdā vero hoc est impossē, vt domus, quæ non fit nisi ex arte ipsi⁹ ædificatoris. Huius autem causa est, quia esse sanitatis perficit per artē & naturam. hinc est q̄ officiū harum artium est tantū operari, & postea expectare aduentum finis à mouēte, quod nō mouet per electionē. in ędibus vero, & sibi similibus quicquid innouat, est ab arte, B & reuertitur ad electionem.

ET quia harum potentiarū agentium, quædā sunt in animatis, quædā vero in inanimatis, aliquę ergo earū agunt p naturā, & aliquæ aliæ p desyderiū & electionem. & harū adhuc quædā habēt intellectū, quędam vero nō. & quæ nō habēt intellectū, neq; desyderiū, proprium est sibi operari p se vnū contrariorum tñ, vt calori calefacere & frigori infrigidare. neq; habent potentiā nisi ad vnū ipsorū tantū. cùm aūt dico nō habere potentiā, intelligo priuationē, quę est ablatio rei ab eo, quod est aptū natū, vt reperiatur in alio. C Illud vero, quod operat⁹ per appetitum & electionē, habet potentiā ad faciendū quodcūq; ipsorū voluerit. & ideo in artib⁹ factiuis operatiuis cognitio cōtrariorū est vna & eadē notitia. vt ars medicinalis, exempli gratia, q̄ habet notitiā de sanitate, & ægritudine. Attamen scīa vnius contrariorū est eius intentū per se, alterius vero est p quendā modum accidentis: q̄m non est intentū harum artiū facere duo cōtraria. vt ars medicinæ, exēpli gratia, q̄ quidē nō discit ęgritudinē, vt faciat ipsam: discit tñ sanitatē, vt eam agat & custodiat.

Est quoq; proprium potentiarum D naturalium, vt cùm obuiāt suis passibilibus, de necessitate agant: vt cū ignis obuiat ligno, comburit ipsum proculdubio. Sed in rebus, quę desyderio & electione operant, nō oportet vt oīno operentur, q̄n obuiant suis passibilibus. nam, si ita esset, tūc agerent duo cōtraria simul, cum ex natura sua habeant facere vtrunq;: vel prohibebuntur, & nihil facient omnino. Hinc apparet q̄ id, quod inducit, siue cogit actū vnius contrariorum, est vna virtus, quæ appellat desyderium & voluntas vel electio, E q̄n coniungitur illi potentiæ * vitt⁹ copulatiua, vt ī libro de Anima fuit declaratum. Cum ergo hæc fuerint genera potentiarum actiuarum & passiuarū, manifeste igitur patet q̄ bonitas actiōis & passiōis, & vtriusq; malitia insequūtur hæc duo. q̄m id, quod est bonæ actionis, & passionis eritagēs, & passum, sed hoc nō cōuertit, adeo q̄ id, quod est agens & passum, sit bonæ actionis & passionis.

* a. Lesicordia.

ET postq̄ est declaratum quid est De Actu. 9. Met. t. 11. illa potentia, quæ dicitur de mouentib⁹ & mobilibus, loquamur nūc de eo, de quo dicit nomen potentiæ F sm prius, & est illud, quod significat per hoc, quod dicim⁹ possibile. Hoc autem non cognoscitur ab alijs rebus, de quibus dicitur nomen potentiæ, nisi per definitionem actus. q̄m actus & potentia, licet sint opposita, sunt tñ ex relatiuis. vnūquodq; autem correlatiuorum concipitur per cōparationē ad suū correlatiuum. Non enim debemus omnium rerū quærere definitionem sm eundem modum, cùm nō omnia habeant genera & differentias: immo quędam definiuntur p sua opposita, quędam

alia

G alia per sua passa, nõnulla vero per suam actionem & passionẽ, & tandem per ea quæ inferuntur ipsa. Circulatio vero, quam ponit Auicenna sequi definitionem harũ rerum, nihil est: quia de natura correlatiuorum est vt de necessitate capiatur vnum in alterius formatione. Neq; qñ accipitur vnũ correlatiuorum in formatione alterius, videtur vnũ eorum præcedere aliud eo modo, quo videntur causę rei in sua formatione quia nullum correlatiuorum est cã alterius. vtraq; H n. sunt simul. & ideo in conceptu, siue formatiõe vnius eorum applicatur conceptus, siue apprehensio alterius. Sed bene sequeretur dictũ Auicennæ, si vnumqdq; ipsorum inueniretur in conceptu alterius, inquantum esset prius fm esse, notiusq; fm apprehensionẽ (siue formationem:) & sic oporteret rem ipsam inueniri in suijpsius conceptu. sed non est ita, immo vtraq; ipsorũ sunt simul fm esse, & notiã. Cuius rei causa est, quia hmõi predicamentũ est quid fabricatũ ab aĩa in ipsis entibus, & si non esset anima, non esset relatio: sicut si non esset I aĩa, non esset proportio, siue cõparatio. & qñ in huiuscemodi compatatione concipitur vnũ subiectorũ eius, oportet necessario illã rẽ concipi per cõceptum alterius subiecti, cũ habeat existentiam per illa duo subiecta. His sic verificatis, sequit̃ q̃ actus est, qñ res existit nõ eo modo, quo dr̃ q̃ est in potentia. Et ista privatio ĩtelligitur dupliciter. V nõ modo, vt est ablatio rei ab eo quod est aptum natum reperiri in eo in alio tẽpore, & iã habuit illam rem. & hoc fit in rebus, q̃ qñq; sunt potẽtia, qñq; actus. Secundo mõ est ablatio rei, ab eo qđ est aptum natum reperiri in alio: & fm talem privationem cõprehẽdit actus in rebus æternis: & potentia est aptitudo, q̃ est in rẽ, & possibilitas existẽs in ea, vt inueniatur in actu. Et hoc, qđ dicimus de potentia, non est sicut illud, qđ dicimus infinitũ esse in potentia: vt dicitur de motu q̃ est infinitus in potentia, & de tempore: quia infinitum non exit ad actum ex eõ q̃ est infinitum, donec auferatur ab eo potentia. sed res ita se habet, sic̃ eius actus est cõiunctus cũ potentia semper. Et hoc iã fuit declaratũ in lib. Phys. nam multa declarantur in illo libro, q̃ in hac scia sunt propositiões. Et si ita est, & fuerit tã propalatũ quid potẽtia, qđq; actus, vr̃ ergo q̃ vtrunq; ipsorũ reperitur prius in substantia, & secundo in reliquis p̃dicamentis, q̃ sunt quantitas, qualitas, relatio, vbi, qñ, habere, agere, pati: siue hmõi passio rei sitĩ seipsa, vt in reb' naturalibus, siue extra, vt in potentijs p̃nominatis. Similiter ẽt intelligitur, qñ agit quodcunq; agens in se, vel in aliud. Nam potentia, quę est in sanguine menstruo ad hoc, vt fiat ex eo hõ, é prior potentia eius ad hoc vt sciat grammaticam. quoniam aptitudo propinqua ad recipiendum grammaticam est, postquam iam peruenerit forma hominis.

Et iam fuerunt aliqui homines tẽporibus præteritis ante hanc nostrã tẽpestatẽ, qui negabant possibilitatẽ præcedentem rẽ possibilẽ, et ponebãt possibile cũ ipso actũ. qua rẽ, cum tollerent penitus naturam possibilis, sequitur fm ipsos q̃ possibile sit necessarium, & necessariũ possibile.

Cõtra negantes possibilitatem, quã res est in actu, p. Meta. tex. 5.

possibile. Homines tũ huius nostrę ætatis ponebant possibilitatem pp actũ. Nos aũt narrabimus falsitates sequentes positionẽ illorũ, qñ faciemus tractatum de principijs artiũ particulariũ. Hoc n. est vnũ ex magnis principijs artium speculatiuarũ. & vnus error in eis est cã multorũ errorũ, & tandem est pessima cã, quę inducet nos ad errandũ. Et isti contẽporanei nostri negant hoĩem habere voluntatẽ, & posse. Et fm hanc opinionẽ tolletur scia practica, & tollentur ẽt voluntates & electiões, & oẽs artes factiuæ. Sed K illi hoĩes, vt sæpissime diximus, si proferunt hęc, nõ id faciunt ppea q̃ cõtẽplatio duxerit eos ad illud: sed vt ea verificentur res, quas intẽdũt primo verificare & decreuerant in mente sua, & quærunt falsificare, siue destruere id, quod est sibi oppositum, & confirmare quod sibi opitulatur. Et iam egressi sumus, vnde eramus.

RE uertamur ergo, & dicamus q̃, cũ iam propalatum fuerit, quid sit potentia & actus, dicamus nunc, quando est vnumquodq; particularium in potentia, & quando non, cum non quodcũq; acciderit, sit in potentia ad quodcunque. Manifestum autem est quòd potentiarum, quædam sunt propinquæ, quædam vero remotæ. subiecta ergo quædã erunt propinqua, & quędã alia remota. Potẽtię vero remotę non exeunt ad actũ, nisi postq̃ peruenerint propinquę, aduenięte subiecto vltimo. Cum dicimus ergo, quòd aliquid est in aliquo in potentia, & illa potentia est remota, tunc illud dicitur largo modo: vt si dicamus hominem esse in frumento, immo remotius in clementis. sed hõ profecto est in sanguine menstruo & spermate. & hęc est potentia propinqua, qũ est in subiecto vltimo propinquo. Neq; huiuscemodi potentia aduenit huic subiecto, quomodocunq; acciderit, sed eo mõ, quo possit exire ad actum: vt si dicamus genituram esse hominem in potentia, quæ est proiecta in vulua, quam nõ offendit aer extrinsecus, ita q̃ refrigeretur & alteretur. & simili modo de aptitudine artificiali. non. n. quilibet æger est sanus in potentia, nisi fuerit in tali dispõne, q̃ eius sanitas sit possibilis. E Necessario igitur potentia propinqua indiget qualibet harum duarum rerum, & tunc inuenietur, vcz esse ipsius subiecti propinqui, & illa dispositione, qua est potentialis. in aduentu naq; harum duarũ rerum, & perfectione causarum efficientium, & remotione impedientium, res de necessitate exit ad actũ. Proprium autem huius potentiæ propinquæ est, quòd extrahens ipsam ad actum, atque mouens, semper est eiusdem speciei, & idem mouens numero, & præcipue in rebus naturalibus. vt potentia, quæ est F in sanguine, exempli gratia, ad hoc vt conuertatur in carnem extrahitur ad actum, ab vno tantum mouente, quod est ipsa virtus nutritiua membrorum. sed potentia existens in pane, vt fiat ex eo caro, indiget prorsus pluribus mouentibus quàm vno, vt ore, & stomacho, & hepate, & venis. & remotior potentia hac est, quæ existit in elementis, ad hoc vt conuertantur in carnem, quia cum hoc indigent adhuc corporibus cœlestibus.

multa.

G multa nanq; nutrimenta indigent adhuc, cū mouentibus naturalibus, mouentibus artificialibus plurib⁹ q̄ vno: vt panis, qui pluribus quā vna arte īdiget. Et qūq; percipitur subiectū propinquū alicuius rei, in quo est potētia ad illam rē, ita q̄ appelletur generatū ex eo nomine de nominatiuo ab ipso, non p idēmet nomen, vt Grēcorū cōsuetudo abolevit. Ipsi nanq; non dicunt arcam esse lignū, sed ligneā. est aūt lignū. arca in potentia propinqua. A subiecto vero remoto non denominat nomē rei, neq; dicunt areā esse ter-
H ream, aut aqueā: sed apprehensio subiecti propinqui tali mō notificationis, & doctrinæ cadit hac nostra tempestate. hmōi nanq; significationes non reperiuntur in lingua nostra, sed in accidētibus & differētijs bene appareat hoc in lingua Araba. nā non dicerent ipsi aliqua aīalia esse intellectū, sed intellectiua hinc ostendit q̄ forma est aliud à subiecto. similiter ēt non diceret corpus esse albedinem, sed albū: prę dicantur tñ genera de speciebus, q̄ significant ipsam p nolā in abstracto, & dicunt hō est aīalitas, & arca
I est lignū. Et si ita est, s̄ q̄ particularia constent ex aliquo in potentia, & aliquo in actu, & qd potentię plurium rerū sunt plures q̄ vna, sequitur ergo q̄ habent plura subiecta q̄ vnū. & quia subiecta habent esse ex eò q̄ sunt in actu, ī vna ergo re erūt plures actus q̄ vnus. Sed, quia ipossibile est q̄ res procedat in vtroq; extremorū in infinitū, vt post hoc ostendetur, & in scīa Naturali fuit propalatū: manifeste igitur patet q̄ vltimū subiectum est in pura potētia, & est causa vt alia subiecta acq-

rant potentiā. ita nanq; se habent K
ea, quæ fm prius & posterius dicuntur cum illa re, ad quā referuntur. Sic ēt vltimus actus in vnoquoq; ente est causa vt inueniantur in eo plures actus q̄ vnus. Et ideo illud, qd est inter hæc duo extrema, non dicimus esse purā potentiam, neq; purum actū. Materia nanq; prima, exēpli gra, est vltīa cāad hoc, q̄ alia subiecta hoīs sint ī potētia ad ipsū: vt potētia q̄ é in elemētis ad ipsum, mox in frumento, deinde in sanguine, postea vero in carne, demum in
vnaquaq; partiū aīæ: & pari modo actus vltimus cuiusq; entis est L
causa, vt reliqua, quæ in ipso reperiuntur, sint in actu. exēpli cā rōnalitas, q̄ est vna ex causis, ob quā inuenitur aīalitas. nā non reperit animalitas simpliciter, siue absolute, s̄ q̄dā animalitas. & sic ēt aīalitas est vna causarū ipsius nutribilis, cū nō inueniatur nutribile absolute, sed aliq̄d nutribile. tandē inueniet inter oēs has duas operationes quędā proportio formę simplicis ad materiā primam, & quēadmodū materia non inuenitur, nisi cū forma. nā ł sine forma reperiret, tunc id, qd non esset, esset, & sic se habebunt q̄- M
libet duæ actiones, inter quas reperietur talis proportio. Hinc apparet q̄ potentia est quoddā consequens ipsius materiæ, eiusq; vmbra, licet dicat fm prius & posterius. itidem & actus est consequens formæ, & vmbra insequens ipsam, licet dicatur fm prius & posterius. &, cū fuerit declaratū q̄ datur forma existēs in puro actu, absq; admixtione alicuius potentiæ in ipsa, manifestum igitur est, qd ipsa erit causa, ob quā sint res in quarum operatiōe admiscetur

A scēt potentia, qualiscūq; fuerit illa, videlicet siue sit potentia transmutationis in substātia, vel in alijs trās mutationibus. Et hui⁹ rei causa est, quia actus in hmōi rebus reperitur fm quandam dispōnem, & nomen simpliciter. id nanq;, qd in aliquo ī uenīt genere absoluto, est causa, vt in eo reperiat aliquid fm dispōnem aliquam, vt sæpissime dixim⁹, nam ignis, exempli causa, dē simplr calidus, & est causa, vt caliditas inueniatur in quolibet ente. Huiuscemodi aūt propositio frequentissime assertur in hac scīa, & est vnum magnū
B principium ex principijs p se notis. De forma quidem par est ita etiam nostra tractare, & exercere, vt habeat de ea veritas. & ideo in ea elaborauit Arist. i. q̄ posuit ipsam tanq̄ supposītum in primo libro huius operis. Et post q̄ ostensum fuit quid sit potentia, & actus, & q̄ñ est quodlibet singulariū in potētia, & q̄ñ nō: & fuit quoq; declaratū qualis sit p portio potentiarum ad se inuicem, & proportio actus: consentaneum est inuestigare de ipsis; quodnā istorum præcedat aliud, videlicet vtrū
C potentia præcedat actū, aut act⁹ potentiam. Nos autem iā in præcedentibus diximus, q̄ ipsum prius dicit multis modis, primo, prius tempore, secundo vero prius causa. de his igit duobus, de quib⁹ dē ipsum pri⁹, est hic sermo principaliter, q̄ñ de potentia & actu tractatur.

Et dicamus q̄ plures Antiquorū ante Arist. immo omnes fuerūt opinati q̄ potentia præcedit actum tēpore, & causa. & ideo aliqui posuerunt immixtionem illā, siue chaos & atomos: aliqui alij motum inordinatum, & fuerunt ad id ducti, qa de principijs non peeperunt nisi pri D
mum principiū materiale, & vē verisimile q̄, cum ipsi viderint potentias rerum particularium præcedere vtroq; modo, s. tempore & causa, iudicauerint idem iudicio vniuersali de partib⁹ vniuersi. sed si recte res cōsyderet, & inquātum talia sunt naturalia, apparebit manifeste q̄ actus præcedit potentiā illis duobus modis. q̄ñ in scientia Naturali fuit iam ostensum q̄ oē, quod transmutat, & hoc in
quatuor speciebus transmutationū. Nam ipsa potentia non vē esse sufficiens exire ad actū de se: quod quiE
dem patet in tribus transmutationibus, videlicet quæ in substantia, & in quantitate, & qualitate. nā in his mouens & agens est extra. Sed de transmutatione locali extat ambiguitas. de hoc tñ iam satis innotuit in Septimo & Octauo Physi. & hoc est, quod rectius vē dici, s. q̄ actus p cedit potentiam causa & tempore.
Ex ipsis quoq; potentijs particularibus id ostendi videt. nam licet ipsæ potentiæ præcedant actum tēpore, sunt tñ posteriores causa, cum ip
se actus sit perfectio potentiæ, gra- F
tia cuius talis potentia habet esse, & est causa finalis eius. Perfectiones autem non possunt procedere in infinitū, vt post hoc ostendet. Actus ergo est prior potentia, eò quia est cā efficiens & finalis. Finis aūt est causa cārum, cū alię reperiant gra ipsi⁹. hæc quidē præcellio est, q̄ debet cō syderari. Nā prioritas tēporalis, siue fuerit in potentia, siue in actu, in est ipsi priori p accidens. i. q̄, si causæ rei p cedunt ipsam rem tempore, illud est quid accidēs rebus particularibus generabilibus & corruptibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

G libus. nam si per se ineſſet ipſis cauſis efficientibus, tunc nulla daret̃ penitus cauſa ęterna. & ſi non daretur ęternum, neq; etiam generabile & corruptibile inueniretur de neceſſitate, vt in ſcīa Naturali declaratum fuit. Item eſt manifeſtum ꝙ cauſæ dant per ſe, & primo eſſentiam cauſati. Si enim hoc eēt ſibi neceſſariū, videlicet præcedere tempore ipſum cauſatum, hoc non apparet in eis, vt putant plures loquẽtium: immo ex hmōi poſitione ſequentur illæ falſitates, quas narrauimus, ſ. ꝙ nihil generaretur, & prę ſertim ex ipſo ęterH no. nam, ſi concederemus hoc ita ſe habere, tunc cauſæ poſſent in infinitum procedere, & non daretur aliq̃ prima cauſa. & ſi non daretur primum, neq; vltimum daretur. Poſito igitur ꝙ cauſæ totius vniuerſi p̃cedant ipſum vniuerſum tempore, quemadmodum præcedunt cauſæ partiū vniuerſi generabiliū & corruptibilium ipſā neceſſario, ſequereť ꝙ iſte mundus eſſet vna partiū alterius ſeculi, & ſic fieret proceſſus in infinitum: vel ꝙ ponāmus hunc mundum eſſe corruptibilẽ ſm partem, non ſm totum. & ideo ſequenť I iſtę falſitates, & multæ aliæ ipſos ponentes hmōi poſitionem. quod totum ideo ſequitur ipſos, quia putāt actum oīno præcedere tempore. Et ideo, qñ interroganť quō hat prioritas actus ad ipſum tempus, mouēt caput. quia, ſi ipſi dicerent ſine tempore, tunc iam concederent inuenitī aliquod agens nō præcedere ſuū paſſum tempore. ſi autem dicerent cum tempore, tunc reuerteretur quæſtio aduerſus ipſos de hmōi tempore: vel dicerent ꝙ tempus eſt per ſe ſtans, & ꝙ non eſt cauſatum, & hoc non diceret. Totum autem hoc plꝰ K cōuenit tertiæ partī huius ſcientiæ. Reuertamur ergo nunc ad id, vnde digreſſi ſumus, & dicam⁹ ꝙ adhuc apparet potentiam non præcedere tempore actum ratione ipſius potẽtiæ, videlicet, quia ipſa potentia nō poteſt denudari ab actu, vt de materia prima oſtenſum fuit. Item quia in multis rebus inuenitur potentia ad aliquas alias res, ex eo ꝙ hñt aliquem actum illius rei, ad quā ſunt in potentia: vt diſcipulus, exẽpli gratia, qui eſt in potentia ſciens. nā deL ueniet ad vltimū gradū, propterea quia habet aliquam ſcientiā. aliter enim ſequereť error Mennonis, narratus ī primo libro Poſteriorū. Ad hæc, cùm res æternæ, in quibus nulla admiſceť potentia, præcedant corruptibiles, in quibus admiſceť potentia, ſequitur manifeſte ꝙ actꝰ eſt prior potentia. Quòd aūt in rebus æternis non admiſceat̃ potẽtiæ ſimpliciter, i. quæ ſit in ſubſtantia, manifeſte oſtenſum eſt in libro de Cœlo & mundo. & ſiť potentia ad nutritionem & augmentum, & ad alterationem paſſibilem. De potentia vero in loco & tranſmutatione M ſituali non fuit oſtenſum eſſe ipoſſibile, immo fuit declaratum eē neceſſarium illud. veruntñ fuit ibi declaratum de ipſa potentia in loco ꝙ extat ibi actus præcedens, nullā omnino hās potentiam. Iſte inquā eſt ſermo de his rebus per declaratiōes proprias. multa. n. quæſita huiꝰ ſcięntiæ, immo maior pars eorum declarata ſunt, cùm opponiť per modū proœmij ad ipſā id, quod declaratū eſt ibi in ſcīa Naturali, & ſoluuntur dubia vniuerſalia eorū ex hoc loco.

At poſſumus hic facere declarationem

A tionem vſem. & ideo dicamus ꝙ ꝙc quid eſt in potentia ad aliquid, ſiue illud fuerit mouēs, ſiue mobile, poſſibile eſt ipſum eſſe & non eſſe, cum hoc ſit de natura poſſibilis & potentiæ. & diximus aliquid eſſe neceſſarium, cùm non ceſſat eſſe, neq; ceſſabit, & eſt impoſſibile omnino ꝙ non inueniatur, neq; habet potentiam ad hoc. nullus nanq; arbitrabitur triangulum habere potentiam, vt eius anguli ſint æquales quatuor angulis rectis. Naturæ igitur inter ſe maxime differunt. & qui dicit neB ceſſarium eſſe poſſe, dicit tranſmutationē diuerſitatem veritatis, & iſtiť ſm hanc ſuam opinionem ꝙ nō eſt neceſſariū. Si ergo ita eſt totū hoc, vt diximus, ſequitur ꝙ actus de neceſſitate præcedit potẽtiam ſm omnes modos prioritatis. Dubitare tñ contingit hic, ſ. quonam pacto res ſempiternæ ſunt principia rerū corruptibilium, cùm ea, q̃ ſunt in continuo actu, neceſſario eorū actio debet eſſe continua: aliter. n. haberent eſſe in potentia, & ſic eorū cauſata habebunt continuum eſſe. Nam rerum, quæ qñq; ſunt, qñq; non ſunt, C oportet neceſſario ꝙ earum motor ita ſe habeat, videlicet ꝙ moueat & nō moueat. Soluiťn hoc dubium per id, quod in ſcīa Naturali fuit declaratum de motu locali continuo, videlicet ꝙ huiuſmodi eē, quod ipſe motus habet, eſt veluti medium inter purum actum, & res, quæ ſunt partim actu, partim potẽtia. aſſimilaťnanq; rebus exiſtentibus ī actu, propter æternitatem, quam habet per ſe, & ꝙ nullam habet potentiam ad corruptionem: ſed ſimilatur rebus quæ partim in actu, partim in potentia reperiuntur, propter varietatem ſituum, quæ ſibi accidit, & tā D dem ratione motus localis. Et animaduerte quo pacto cura diuina ē ingeniata colligare illa duo eē, vnū ſcilicet cum alio, & poſuit inter puram potentiam & purum actū huiuſcemodi potentiam, videlicet potentiam, q̃ eſt in loco, adeo ꝙ p hoc perficiť colligantia inter eſſe æternum & corruptibile. Quapropter non eſt timendum hunc motū cor rumpi aliquo tpe, aut quieſcere, vt aliqui ſunt opinati: qm eius motus vel motor nullam habet potentiam ad hoc. Et qui non poſuerunt motum continuum, non poterunt red E dere cauſam, quare Deus glorioſus, cum ſit ſempiternus, ſemper agat, poſtq̃ non fuerit agens. ſequitur nāq; de neceſſitate ſm ipſos, ꝙ ſit agēs in potentia, anteq̃ operet̃: & qcqd eſt in potẽtia, reducit̃ in actū p mouens, tandem per agens prius ipſo, cum exitus de potentia ad actum ſit quædam tranſmutatio: quęlibet autem tranſmutatio ſit à tranſmutante. & hoc totum patefiet tibi, ſi eris memor radicum naturalium.

Actū p̃cedere potẽtiā nobiliF tate, & bonitate. 9. Me. te. 19

CVm ergo iam oſtenſum ſit ꝙ actus præcedit potentiam, cauſa contemplari decet quodnam horum duorum præcedat aliud nobilitate & bonitate. Et dicamus quòd malum de neceſſitate fit per priuationem, aut per vnum contrariorum, cui acciderit priuatio ſui contrarij. vt ægritudo, quæ quidem licet ſit quoddam eſſe, nihilominus eſt malum, ex eò quòd eſt priuatio ſanitatis: & quia potentia eſt ad cōtraria ſimul, ideo ex hoc quòd potentia, non poteſt eſſe bonum ſimplex, ſed mixtum. Potentia quoque dicitur bona, vel mala in

G comparatione ad actum. Actus ergo est nobilior potentia de necessitate. & cum potētia sit cā priuationis, q̄ est ipsum malum, sequit ergo q̄ res, q̄ non habent potentiam, nullū habent malū, cùm non habeant priuationē, neq; contrariū, & huiusmodi res sunt illæ, in quibus ipsum bonū, quod quidē est ipsa veritas, vndiq; perdurat, i. q̄ verum in eis non variaſ, ita q̄ in aliquo tpe euadat falsum: quemadmodū solet accidere rebus, quę q̄nq; potentia, quā doq; actu inueniuntur.

Quopacto inueniť veritas & falsitas i ofonibus. 9. Meta. t. 21. & 22.

AMbigere tñ cōtigit circa hoc. nam si ipsum, verum perseuerat, inueniet in rebus existentib⁹ sē per in actu. nulla ergo demōstratio fiet de rebus, quæ q̄nq; potentia q̄nque actu inueniūtur. & si de his nō erit demonstratio, nequaquam poterimus habere viam ad sciendum esse entium: & sic nulla erit demonstratio de rebus existentibus continuo actu, cùm scientia necessaria acquiraſ per se ex rebus necessarijs, & nos ex his aſecēdim⁹ ad sciam earū.

Et dicamus q̄ oratio vera necessario est, aut affirmatiua, aut negatiua. Affirmatio autē nihil aliud est I q̄ compositio alicuius cum aliquo: & negatio nihil aliud est q̄ eorundē diuisio. Et si dantur aliqua, quę non possunt componi, tunc negatio est semper vera in eis. Sed, si dantur aliqua composita, quæ videlicet non possunt inueniri absq; tali compositione, tunc affirmatio est semper necessaria in eis. Si vero deuſ aliqua, in quibus sit possibile vtrūq; simul, s. q̄ q̄nq; componunť, & q̄nq; diuidunť, tunc veritas in his non semp perdurat. manifestum autem est q̄ in hac re reperiuntur hi duo modi. Ea autem, quæ q̄nq; componūtur, K q̄nq; diuiduntur, sunt res particulares. nam iste triangulus singularis quandoq; componetur, & habebit angulos æquales duobus rectis⁹: & q̄nq; diuideť, & verum in eis euadet falsum per se. & ideo dicitur q̄ oppositum veri in his dum verificať, est falsum possibile. Ea vero, quorū compositio est continua & diuisio continua, sunt res vniuersales, ex eo q̄ ad seinuicem comparantur. Ex hac ergo parte inest necessitas reb⁹ transmutabilibus. exempli gratia, q̄ Anguli æquales duobus rectis in L quantum sunt æquales duobus rectis, semper inueniuntur compositi cum triangulo, & triangulus cū figura. & sic rationalitas reperitur de necessitate cū animalitate, & animalitas cum nutritione, & nutritio cum corpore. sed anguli æquales tribus rectis semper inuenientur diuisi à triangulo. & eodem pacto rationalitas semper est diuisa ab asino & equo. In his ergo non accidit falsū nisi ex errore, videlicet vt opineť id qđ est, cōpositū, esse diuisum, aut diuisum compositum. Inest aūt actus & ꝓpetuitas his, ex eo q̄ sunt intelligibilia, nō ex eo q̄ sunt. aliter. n. vniuersalia essent separata. & hoc non cognouerunt ponentes ideas, sed, si tribuitur eis istud eē extra intellm, illud fit, ex eo q̄ habent potentiā ad hoc. nam, si non haberent aptitudinē ad hoc, tunc id, quod intelligereť de eis, esset inane. & propterea verū dī de rebus, q̄ sunt extra intellm in actu continuo, & de his fm prius & posteri⁹. &, quia illa sunt vera, ideo hæc sunt vera, vt est de proprietate rerum, quæ dicuntur secundū pri⁹ & posterius. & fm hunc modum au

fertur

A fertur malum, quod est falsum, à rebus sensibilibus, & acquisierunt ipsum bonum, quod est verum.

Vnum sit principium vnū. 2.

HAbitq; locuti fuimus de potētia & actu, & de eorum consequentibus, nunc loquemur de vno & multis, & de eorū consequentib⁹. Et dicamus q̄ vnum dī illis modis, quos narrauim⁹ in p̄dictis: & ī summa reducunť ad duo, s. ad vnū numero, & vnū p aliquid vle. & hoc, vt iā dictū fuit, diuidiť in vnum spē, & vnū gñe, & reliqua, q̄ antea enume B rauimus. Sit ēt unū numero dī primo de continuo, & postea secundario & fm similitudinē de coniūcto, postea vero de composito, deīde de colligato. Nōnunq̄ tñ dī vnum numero de indiuiduo singulari: quod quidem non diuidiť ex hoc, quod est indiuiduum alicuius speciei, vt Socr. & Plato. Q̄nq; vero dicitur de eo, quod est indiuisibile quātitate, & istud est illud vnū, quod est principium numeri. Diciť quoq; de indiuisibili q̄litate & definitiōe, hoc est diuidi multitudine & compositione. & his duobus maxime conue C nit dicere vnum numero. Denique dī vnū numero de oī eo, quod est de se distinctum, & separatū ab alio, siue sensu, siue intellectu, siue per se. Manifestior aūt distinctio est sensiua, & harū est distinctio rerum p sua loca, mox p cortices earū. Distinctiones vero rationales sunt manifestæ, & per hoc mensurantur longitudines, & demum quantitas continua. At distinctiones rerum indiuidualium fm earum essentias est quid remotum à fama. & remotius adhuc est distinctio rerum per suas quiditates intelligibiles, & est id, de D quo dī vnum forma. Et q̄nq; diciť vnū de aliquo vero simplici (vel cōmuni) & est ipsum primum indiuisibile in vnoquoq; genere, vt color albus inter colores, & mēsura citharistica in melodijs, & litera vocalis & non vocalis in dictionib⁹, vt vnū in quantitate, quod nō diuiditur p ipsam. Et quemadmodum in omnibus his generibus est vnū primo, sic etiam est & numerus. Sed de numero, qui est in quantitate, consyderat mathematicus. Et hinc apparet q̄ vnum dicitur de decem prædicamentis, & sit numerus. Vnum ve- E ro, quod est principium quantitatis discretæ, non est illud vnum, quod dicitur fm prius & posterius de omnibus generibus. Neq; etiam ille numerus, qui est in quantitate, est numerus, qui reperitur in vnoquoq; genere, vt post hoc videbiť. Et definitio ipsius vnius absoluti est q̄ est mensura numeri, & q̄ est indiuisibile aliquo modo diuisionū. Et vnū numero est indiuiduum in intellectu & indiuisibile in quantitatē, & q̄ est synonymum ad nomen entis. Differunt tñ in modo tantum. nam F cùm capitur quiditas ei⁹ ex eo q̄ est indiuisibilis, est vnum: sed si sumiť inquātum est quiditas tñ, tunc nūcupatur essentia & ens.

Et si ergo totum hoc est, vt diximus, nescio quid sit istud vnum, qđ est principium numeri, & quod esse habeat. nam cognito quid est principium numeri cognoscitur quiditas numeri, cùm numerus resultet ex ei⁹ iteratione. Et dicamus q̄ vnū numerale est illud indiuiduale, qđ est in intellectu indiuisibile in quātitatem, neq; qualitatem, neq; posi-

quid sit vnū qđ est principium numeri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tionem. Addidimus autem in definitione neq; positionem, quia punctum est indiuisibile quantitate & qualitate, sed habet positionem: & hoc est principium numeri, & non est numerus. & propter mensuratio nem huius vnius existentis in quãtitate dicitur quodcũq; aliud vnũ: quemadmodum propter multitudinem numeralem dr̃ multitudo de reliquis rebus. vel quia istud vnum, quod est in quantitate, mẽsurat numerum, ideo mensurat in vnoquoque genere aliorum numerũ illius generis. Quód autem illud vnum,
H quod est principium numeri, sit de his, quæ sunt in subiecto, est manifestum. & ideo dicitur in definitione vnitatis, ꝙ est id, quo dr̃ de rebus ꝙ sunt vnum. & ꝙ Mathematicus abstrahat hoc à subiecto indiuiduali, consyderet tñ ipsum, quemadmodum abstrahit lineam & superficiẽ & corp', est etiam per se manifestũ. & hæc est dr̃ia inter consyderationem professoris huius scientiæ, & Mathematicum. Nam huius scientiæ professor consyderat de ipso, ex eo ꝙ est vnum quantitate, aut vnũ substantia: Mathematicus vero cõ-
I templatur de eo, sm ꝙ est vnum tñ abstractum à subiecto. quemadmodum Physicus cõsyderat lineam & superficiem, ex eo ꝙ sunt extrema corporis physici: sed Mathematic' consyderat vtrunq;, inquantũ sunt linea & superficies tñ. Vtrunq; ergo, s. vnum & multa consyderantur à professore huius scientiæ, & à Mathematico: nisi ꝙ consyderatio vtriusq; ipsorũ de hoc est sm duos modos diuersos, quemadmodum consyderant variæ scientiæ idem subiectũ. &, quia vnũ numero, si accipiat' inquantum est vnum, non videt' in K
digere subiecto, & ingreditur prędicamentum quantitatis hoc tñ modo, & hæc est vna ex rebus ipsius indiuidui denudati à diuisione i quãtitate & qualitate & situ: ideo ẽ principium multitudinis numeralis, & multitudo numeralis subr̃greditur etiam prędicamentum quantitatis. sed, cum diuidit' ad res, de quib' dr̃ per ipsum, ꝙ sunt vna absolute, tũc comprehendit oĩa decem prædicamenta. & sic pluralitas etiam erit ex consequentibus decem prædicamẽtorum. & hoc s. si ponamus subiectũ ipsius vnius absoluti nihil aliud esse L
q̃ decem prædicamẽta, i. vnitates in decem p̃dicamentis existentes, quas numerauimus: quemadmodum linea, quam consyderat Mathematicus nihil aliud est q̃ linea, q̃ est i coporibus. Si ergo ita est, non euadet quin subiectum ipsius vnius absoluti sit vel aliquid cõe omnibus decẽ prædicamentis, vt dicit Auic. vel ꝙ sit synonymum ad nomẽ entis, i. ꝙ dicat' sm prius & posterius: nõ ꝙ significetur per ipsum aliquod accidens (vt opinatur Auic.) vel ꝙ sit aliquid separatum, vt imaginati sunt M
de natura vnius quamplures Antiquorum, quod sit quædam res separata. Arist. tñ conabit' destruere hãc opinionem in futurum. Illud vero quod dicit Auicẽ. subiectum ipsius vnitatis esse quid additum prædicamentis, & quod semp significat hoc & omnino accidens commune prædicamentis omnibus, est falsum. Nã si semper significaret illud, & omnino res egredientes essentiam rerũ, de quibus dicitur, tunc non daretur vnum per se, neq; in indiuiduo, neque in vniuersali, i. sm formam, & sic

Quid sit subiectum ipsius vnius absoluti.

A sic de oĩbus prædicamentis. & tunc vnum erit accidens ipsis de cem prædicamentis per hoc, quod est quid aliud præter ipsa, commune tñ omnibus ipsis. Iste equidem sermo est de se manifeste falsus & hoc apparebit ex his, quæ modo dicam, videlicet ꝙ, si vnum sm vniuersalitatẽ dicatur significare accidens cõe decẽ prædicamẽtis, oportebit ergo ipm significare illud accidens inhærens vnicuiq; ipsorum, vel sm significationem vniuocam, vel sm cõicationem, i. quæ dicitur sm prius & posterius, vel sm puram æquiuocationẽ.
B Quód autem ipsum vnũ non significat res, de quibus dr̃ sm significationem æquiuocam, est manifestũ: cũm æquiuoca non habeant subiectum essentiale, neq; vnam definitionẽ. Neq; etiam habebit significationẽ vniuocam. falsum. n. est inueniri in prędicamento substantię, & prædicamentis accidentium aliquod genus, quod dicatur de eis vniuoce, cum sint in vltimo differẽtiæ. & si ita eẽt, sequeretur ꝙ indiuiduũ illius accidentis sensu perciperet', sicut fit in alijs prædicamentis accidẽtium habẽtiũ esse. Nihil ergo aliud
C restat, nisi ꝙ significet sm prius & posteri'. quo fit, vt nihil aliud significet q̃ essentias prædicamẽtorum, cùm huiusmodi significatio sit cõparatio eorum inter seinuicem: vel oportebit inueniri in prædicamentis alia prædicamenta, & sic in infinitum: quod est falsum. Ergo nihil aliud restat esse subiectũ ipsius vni' absoluti, q̃ vnum existens in quolibet prædicamento.

Contra hoc tñ contingit dubitare, quonã pacto dicimus vnũ, & numerum esse in prædicamento quãtitatis, & in quolibet p̃dicamẽtorũ, D
ita ꝙ sit de ipsismet p̃dicamentis, & non quid additum eis. & hic putauit Auic. ꝙ oporteat eius subiectum inesse oĩbus prædicamentis. Sed res non ita se habet, vt imaginatus est. qm̃ vnum numero non est idẽ natura cum alijs, cum vnum numerale sit ipsa indiuidualitas abstracta à quantitate & qualitate, i. qua indiuiduum est ĩdiuiduum. nã est indiuiduũ p aliquid indiuisibile intellt̃ ãt est qui abstrahit ipsum à materijs, & determinat ipsum, & accipit ipm distinctũ: quia vnũ numero, & vnitas numeralis est quid fabricatũ ab E
aĩa in ipsis indiuiduis entium. & si non esset aĩa, neq; etiam vnitas numeralis ĩueniret', neq; numerus penitus: cuius tñ rei contrariũ accidit in linea & superficie, & demũ i quãtitate continua. & ideo numerus est immaterialior. Auicẽ. tñ admiscuit secum naturã ipsius vnius, quod est principiũ numeri cũ vno absoluto, qd̃ est commune oĩbus p̃dicamẽtis. sed quia illud vnum, qd̃ est principium numeri, est accidens, ideo putauit, ꝙ vnum absolutũ, qd̃ est synonymum ipsi enti, sit accidens. & cum hoc conat' ponere numerũ, ita se ha F
bere, vt se hẽt linea & superficies, videlicet ꝙ habeat quandam naturã, & si nõ reperiat' anima: adeo ꝙ fuit coactus ponere in p̃dicamentis qd̃dam esse additum eis.

Si ergo natura vnius numero, & ipsius numeri talis est, sequit' ꝙ primũ metrũ natura ineſt ipsi numero: quod quidem est ipsum vnum, aliorũ vero generum metra sũt ex positione: & ideo computus, & mensura inest eis mediante numero. & secundum hunc modum accipiunt'

Ex vnius mẽsura alia mensurari. x. me. t. 2. & ide.

G alia metra, assimilando ipsi vni vt plurimum, i. ꝙ ſueniat in tali genere indiuiſibilia. vel difficile diuiſibilia. Hinc fit ꝙ oēs gentes menſurāt oēs motus per motum diurnum, cū ſit velocior cæteris motibus. i. ꝙ ipſi menſurāt alios motus, tpe huiꝰ motus. & ſiſt quies cęterorum mobiliū p tempus huius motus menſuratur. & ob hoc etiam capiunt de ponderibus & menſuris id minimum, quod poſſunt. Sed ſi alijs rebus præter prędicamentum quantitatis adſit menſura, illud quidē fuit p accidēs & rōne huius prædicamēti, ſicut eſt mēſurare leuitatem & grauitatem: immo qđ plus eſt menſurare nigredinem, & albedinem. Ex his igit̄ patet quid ſit vnum, quod eſt principiū numeri, & cuius ſit naturæ, & ꝙ numerus eſt congregatio harū vnitatum, & multitudo conſtans ex ipſis. Obijcit tñ Auic. contra hmōi definitionem numeri, dicens quonam pacto multitudo pōt eſſe genus ad numerum, cùm ſit ipſemet numerus, cū ipſa multitudo, vt multitudo diuidatur in talem & talem multitudinem, quemamodum numerus in talia & talia numerata, i. in res sēſibiles. Hoc tñ eſt erroneū, qa multitudo abſoluta cōior eſt multitudine numerali: quemadmodum & ipſum vnum abſolute eſt cōius vno numerali, quod eſt principium numeri. & dato ꝙ eſſet, vt ipſe dicit, ad huc poteſt imaginari numerus, ac ſi ſit ſpēs ex ſpēbus rerum numeratarum: & tunc ipſa multitudo erit genus ſibi, & alijs rebus multis. & hoc non eſt impoſe officium ipſius animæ accidit nanq; hoc ipſi numero, quia eſt operatio animæ in numeratis. Siſt ēt dubitauit de definitione vnius, & numeri, hoc modo. videlicet dicit ipſe ꝙ cū vnū accipiatur in definitione multitudinis, quę eſt ipſe numerus: & ipſum vnū concipiat̄ p priuationē multitudinis in eo exiſtentē: ergo vtrunq; ipſorum accipitur in ratione alterius: & hoc eſt petitio circularis. Ego aūt dico ad hoc id, quod iam prius dixi ī definitione relatiuorum. Et nos egreſſi ſumus, vnde eramus.

Mot⁹ diurnus mēſura ē oſum motuum apud oēs gentes. 10. Me. t. 4.

H

I

K

L

M

De vno ſynonymo ad ipſum ens. 10. m. t. 6. & ſeq.

REuertamur ergo ad illud, & dicamus ꝙ iā fuit oſtenſum hic ꝙ p vnum ſignificantur oīa prædicamēta, & ꝙ eſt ſynonymū ad ens. eſt igitur manifeſtum ꝙ conſyderatio de eo in hac ſcīa fit ex hac parte. Et quia de ipſo vno tractauerūt Antiqui hoc, ſ. ꝙ eſt tranſcendens ad ipſum ens, ex eo ꝙ ſubiectum amborū eſt idem: Differunt tñ eo modo, quo diſcrepant eorū opiniones de vno primo, quod eſt principiū vniuerſi, & cauſa, ob quam cætera alia entia hñt eſſe, & in menſurando ea, inquantum ſunt entia, in duas ſ opiniones. Sed priores Naturales, quia putabant res ſenſibiles particulares præcedere vīes earum: & propterea quia ſic ſunt opinati: & cū hoc etiā putant oportere in quolibet gñe dari vnum primū, quod eſt cauſa, ob quam vnaquæq; ſpecies eſt in genere: & cauſa ēt, pp quam reliquæ ſpēs menſurent̄, & cognoſcant̄, cùm de illis ſpēbus dicat̄ illud genus ſm priꝰ & poſteriꝰ, quemadmodū res ſe habet in decē ꝑdicamentis: vt exempli gīa calor, qūi dr̄ de igne, & de alijs rebus attributis igni, ſm prius & poſterius, & ignis eſt cā, ob quā reliq̄ calida hēant eſſe, & ſint menſurata & numerata: & ideo impoſe eſt ꝙ numerent res calidas p vnū, qđ ſit albedo,

A do, aut nigredo: qm̄ menſura ī quolibet gñe oportet d neceſſitate, vt ſit proportionata, & ſimilis: & hoc habent ipſa entia inquantū ſunt entia, videlicet ꝙ dūr ſm prius & poſteriꝰ ideo putarūt oportere ſueniri vnū primum ens, quod eſt cauſa vt alia entia ſint entia, & numerata & ſcita: quemadmodū vnum ī numeris eſt cā vt reliquæ ſpēs numeri ſint, & numerent̄. ſed, quia ipſi non cognouerūt de cauſis niſi materialē, ideo fuerunt imaginati ꝙ hmōi vnum, eſt iſta cauſa, & hoc ēt iuxta varias eorum opiniones de cauſa materia

B li vltima. nam quidā eorū putant eſſe aquam, alij vero ignem, & nōnulli infinitū. Poſteriores vero, qa pceperūt cām formalem, aliter tñ q̄ ē, putant ipſi ꝙ ipſum intelligibile alicuius rei exiſtit extra intellm: qđq; ipſi conuenit magis eſſe q̄ ſuo ſenſibili. & dicunt ꝙ vnum vīe, cui plus cōuenit ipſum eſſe q̄ ſenſibili ſuo, quod continet quicquid dr̄ vnū, eſt cauſa vt ſint reliqua entia, q̄ dicunt vna, & cauſa ēt menſurationis eorū Hæc igit̄ eſt ſumma conſyderationis, quam habuerunt prędeceſſores Ariſt. circa hoc quæſitum. Ariſt. ve

C ro cùm diſtincte cognouerit eē formarum intelligibiliū ab eſſe earum ſenſibilium, & ꝙ intelligibile nō habet eſſe extra intellectum, inquantum eſt intelligibile: habent tñ eſſe extra intellectum, inquantum ſunt ſenſibiles: & non latuit ipſum, ꝙ inter res ſenſibiles nihil eſt cōmunius decem prædicamentis: & eſt quoq; manifeſtum, ꝙ in quolibet gñe prædicamentorū accidentiū dat̄ quoddam vnum, quod eſt cauſa, vt reliq̄ ſpēs exiſtentes in illo gñe habeāt eſſe, & menſurent̄: vt inter colores, exē pli gratia albedo, quæ quidem ē cā D vt aliæ ſpēs ſint & menſurent̄: nam nigredo potius debet eſſe priuatio albedinis, q̄ quid per ſe: & ſiſt in ſermonibus ſyllabæ & pedes, quibus menſurant̄ tales dictiones, & neuma in muſica: ideo eſt opinatus ꝙ in prædicamento ſubſtātiæ oportet dare aliquid ita ſe habens, cùm ipſæ ſubſtātiæ ſint plures: videlicet ꝙ detur in eis vnum, quod ſit cauſa vt aliæ ſubſtantiæ ſint, & non ſolum aliæ ſubſtantiæ, ſed & alia entia. Nam reliqua entia menſurant̄ quidem inquantum ſunt entia per ſubſtantiam, cùm eorum eſſe conſiſtat E in ea, vt in principio huius ſcientiæ fuit declaratum. & hmōi vnum, ſi reperiatur ſeparatum à materia, plus conueniet ſibi nomen vnitatis, cùm plus conueniat ſibi hoc nomē eſſe. Et ideo hoc quæſitum reuertit̄ ad illud met quęſitum, quod à principio rei non deſtitit inquirere. Et præpoſuit huiuſmodi res, vt deueniret poſtea ad ipſum: videlicet, vtrum det̄ ſubſtātia ſeparata, quæ ſit principiū ſubſtantiæ ſenſibilis, aut ſufficiat ipſamet ſubſtantia ſenſibilis ad ſuum eſſe. Hæc aūt duo quæſita ſunt vnū ſubiectiue, & duo in modo. & ideo F habita notitia vnius eorum, aliud quoq; noteſcet. Siſt etiam, ſi manifeſtabit̄ ꝙ dant̄ plures ſubſtantiæ ſeparatæ q̄ vna, oportebit etiam inueniri in eis vnū, qđ ſit cauſa, ob quā ſint multę, & numeratæ. & hoc totū apparebit in ſecūda parte huius ſciētiæ. quia cōſyderare in hoc loco de hmōi rebus eſt quidem veluti præludium ad illam partem, quæ eſt vt finis huius. & pp eius nobilitatē fuerunt imaginati aliqui quōd ſciētia Diuina conſyderaret de rebus ſeparatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ratis tantum. Iste ergo est sermo de vno inquantum est synonymum ad ens.

De oppõe vnius & multitudi nis.x.mer. c.9.& inde

COnsentaneũ aũt est q̃rere qũo comparet ad ipsum vnum primum. & quia vnum opponit multitudini, contemplandũ est quot modis opponit ei. Et dicamus q̃ vnum opponit multitudini pluribus modis. Vno quidẽ modo p diuisibile & indiuisibile. & hoc est fere sile oppositioni, quæ est inter habitũ & priuationẽ, quia vnum est priuatum diuisione existenti in multitudine. Vnum adhuc opponit multitudini H ratione suarũ proprietatũ. nam ipsum vnum hẽt quasdã proprietates vt esse idem in substantia, & sile in qualitate, & æquale in quãtitate. nã vnum in substantia est in qualitate sile, & in quantitate æquale. Multitudo vero hẽt proprietates oppositas illis proprietatibus vnius, q̃ sunt, aliud, & diuersum, & oppositũ. Veruntñ id, quod opponit ex his ipsi vni, inquantum dicitur idem, & diuersum: quia idem & diuersum sũt opposita: & ideo necessario quicqd est in substantia, vel est idem vel diuersum. & hoc etiã iuxta suos mo- I dos, de quibus dr̃ idem & diuersum esse opposita. Nos autem iam diximus q̃ dr̃ idem genere & forma & individuo, vt qñ hẽt duo noĩa, aut eim comparat significatio noĩs ipsius ad signationẽ definitionis. Et quia qñ vnum est in substantia dr̃ sicut ipsum, & qñ in quantitate dicitur æquale, & in qualitate sile, & hoc etiam dr̃ iuxta illos modos, de quibus iã diximus ipsum sile dici: quare oportet vt res sit sicut alia, vel nõ sicut illa, aut æqualis vel inæqualis, aut similis vel dissimilis. & oĩa hæc concurrũt in hoc, q̃ aliquid vel erit K idem, vel diuersum, siue absolute, siue cum colligantia. Aliud autem & differens inter se consequuntur. Distinguunt tñ: qñ aliud est in se diuersum, sed differens est differẽs eũ alio per aliud, & qñ differt ab aliquo conuenit cum eo quod est idem: & differens suscipit magis & minus, sed diuersum non.

De oppositis .x. mer. c.ij. & ide

QVæ aũt sunt diuersa, non possunt aggregari in vno subiecto sm̃ vnum modum & vno tẽpore. & talia sunt opposita, q̃ vlr̃ sunt quatuor, s. contraria, & habit⁹ & priuatio, & affirmatio & negatio, & relatiua. In præteritis aũt iam dictum fuit quot modis dr̃ contrariũ, & habitus & priuatio. Verumtñ duo cõtraria re vera sunt, q̃ inueniunt in eodem gñe, quæ maxime differunt & distant: sed q̃ sunt diuersa in gñe, licet distent, tñ non suscipiunt magis & minus in distantia: & ideo eorum distantia nõ est ex hoc, q̃ sunt contraria. nam quãdoque possunt plura congregari in vno subiecto, vt decem prædicamenta, quæ sunt distincta in suis generibus. sed si dicimus hæc inter se distare, illud est, M quia non generantur mutuo ex seinuicem, neque aggregantur penitus in aliquo genere: & non propterea quod eorum distantia proueniat à contrarietate. Contraria vero sunt eadem genere, & maxime differunt & distant forma. & ideo non possunt conuenire in vno subiecto, & vnum eorum corrumpit aliud de necessitate. & quæ ita se habent, videlicet quod vnum corrumpat reliquum, distant eorum esse in vltimo distantiæ. & propterea dicitur in definitione contrariorũ q̃ habent

A habẽt vnũ subiectũ, & vtraq; maxime distant sm̃ esse. Hinc apparet q̃ vni cõtrario vnũ tm̃ contrariatur. qa si illud, qd̃ est pfectũ ĩ suo genere, est illud, extra qd̃ nihil est vel supra ipsum, ergo pfectũ in distantia nõ habebit aliq̃d remoti⁹ ipso. Nã si reperiat aliq̃d aliud sibi contrariũ, tũc vel erit maioris cõtrarietatis eius sm̃ esse quãprimũ, aut minoris. si minoris, tũc se habebit veluti mediũ inter duo contraria, & nõ est in extremo. & si maioris, ergo qñ ponitur in vltio, nõ est in vltimo, sed est mediũ. Impossẽ aũt ẽ q̃ B reperiant duę res in eodẽ gradu cõtrarietatis ad vnã rẽ, q̃ sunt in vltio distantię: qa vltima distãtia reperitur inter duo extrema: & duo tm̃ sunt in vltimo distantię. & ideo impossẽ est q̃ inter duo extrema cadat plusq̃ vna linea recta. Et quia in definitione contrariorũ apparet distãtia: & nomen distantię dr̃ primo & sm̃ prius de quãtitate: oportuit cõtrariũ primũ esse in loco, & q̃ sit cã vt alia opposita sint p se & sm̃ eẽ simul. nã, si nõ esset magnitudo, nõ possent inueniri contraria sm̃ eẽ simul, vt calidũ & frigidũ, & reliqua. C & pp hoc inhærentia distãtię materiæ primæ est cã vt contraria sint.

Extra. Media Lineã. 10. 11.

ET quia cõtrariorũ aliqua sunt, quorũ vnũ non euadit à subiecto recipienti ipsa, vt par & impar, à quibus nõ expoliatur numerus: aliqua vero alia sunt, à quibus vtrisq; subiectũ, qñq; euadit, vt color, qui recipit albedinẽ & nigredinẽ: ideo cõtraria sunt duo specie, vnã. s. habẽs mediũ, & aliud immediatũ. Et quia transmutatio est de contrario in contrarium, vt in scĩa Naturali fuit ostensum: ideo est mediũ inter duo contraria de necessitate. Nam D mediũ est primum, ad qd̃ transmutabile transit: vt transmutatio, exẽpli gra, de nigredine ad albedinẽ, q̃ quidẽ fit, postq̃ fuerit transmutata in vnũ mediorũ inter ipsa existentium. & iõ est necessariũ q̃ mediũ, & extrema habentia illud mediũ, sint in vno genere, qd̃ sit idẽ. aliter .n. mediũ non esset illud primũ, ad qd̃ fit transmutatio: qa ea, q̃ sunt distincta genere, nõ transmutantur mutuo inuicẽ: etsi extrema & media sunt in vno genere, qd̃ sit idem, quo manifestum est q̃ media sunt cõtẽpata ex duob⁹ extremis. Nã, si E nõ eẽnt cõtẽpata, & tñ eẽnt ĩ cõposito, tũc essent ipsamet extrema sicut sũt. i. si extrema existerẽt ĩ medio ĩ actu eo mõ, quo existũt sẽpata. & tñ iã fuit positũ q̃ media sunt contraria inquantũ acquirunt de contrarietate extremorũ, & q̃ ipsa tãdem non sunt extrema. hoc ergo indicat media nõ posse eẽ extrema in actu puro, vel q̃ sint in eis extrema. Et ppea sunt posẽ q̃ ipsa extrema, ex eo q̃ insunt medijs, vt inueniant simul ĩ vno subiecto: sed hoc est impossẽ, inquãtũ sunt extrema & in actu vltimo suo. Et qa extrema sunt ĩ me- F dio, quodã esse medio ĩter actũ purũ & purã potentiã, iõ oportet non inueniri mediũ nisi in rebus cõtemperatis. Et ppea ĩter sanitatẽ & ęgritudinẽ nõ datur mediũ, cũm de natura sanitatis non sit admiscẽri cum ęgritudine: & est impossibile q̃ subiectũ recipiens vtrunq; euadat ab vno illorum duorũ, cũm ægritudo sit læsio actionis membri sensibilis, aut eius passio, & sanitas illæsio: inter læsionem autem & illæsionem non datur medium sensibile: licet

Inter sanitatẽ & ęgritudinẽ nõ dari medium.

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

G in læsione inueniat magis & minus quod Gal. appellat largo modo neutrum, quod significat id, quod non est, neq; sanitas, neq; ægritudo. nam hoc necessario é, vel sanitas, vel ęgritudo, sed nõ ī vltimo. Et ideo oportet ꝙ quicquid appropriatur noīe medii p abnegationẽ duorũ extremorum, ꝙ intelligat p illud verum medium. nam cũ dicimus, exempli gratia, colorem flauum non esse album, neq; nigrũ, signatur ꝙ est ꝙdam essentia, à qua priuat aliquid, quod inest duobus extremis existẽtibus sub vno genere. & hẽt aliquid
H de duobus extremis p modum mixtionis. Sed id, qnod signatur per abnegationem duorũ extremorũ ab eo, quod non est ipsum, & extrema sub eodem genere, nõ est medium. vt si dicamus lapidem loquentem, aut mutum: & Deum non esse extra mundum, neq; intra. & hac proprietate differunt contraria ab alijs oppositis, cum non habeant verum medium. In affirmatione aũt & negatione res est manifesta. Priuatio vero, ꝙ habet vim negationis, se hẽt vt negatio, & est illa priuatio, ꝙ opponit entī: vt si dicamus ens genera
I ri ex non ente. Inter reliquos tñ modos priuationis possibile est imaginari medium, sed non verũ. vt cum dicimus embryonem non videre, neq; esse cæcum: & lapidem non loqui, neq; esse mutum. & hoc iã fuit rememoratũ. Relatiuorũ vero natura, inquantum sunt relatiua, non est ꝙ habeant medium. nã non cõditionaĉ in eis, vt sint in vno genere, sicut agens & passum, quod possunt esse vnum eorum in vno genere, & aliud in alio. sed si in aliqua relatione inest contrarietas, habebit quidem medium: illud tñ euenit ratione contrarietatis, non ratione relationis, sicut medium, quod est inter magnum & paruum, & inter sursum & deorsum.

EX his igitur patet ꝙ isti quatuor modi oppositorum sunt diuersi, & ꝙ priuatio & habit⁹ sunt tanquã principia contrariorum, & affirmationum, & negationum. quia, cũm gñatio fiat vel à priuatione formæ, vel à forma contraria: & ipsi formę contrariæ de necessitate inest priuatio contrarij rei generabilis, quę est aliquod contrarium, & si priuatio de necessitate præcedit generatum: ergo de necessitate priuatio inest cõtrarijs, & præcedit ea, natura. Inest quoq; vni contrariorum, vt sit imperfectius alio, & imperfectio est priuatio perfectionis: vt caliditas, & frigiditas, & humidum & siccum. Manifestum quoq; est ꝙ inter negationem & hũc modũ priuationis (Labsolute) non inest differentia.

ET quia, vt diximus, contraria sũt diuersa, forma, & idem gñe, conueniens est vt consyderemus, vtrũ quicquid est contrarium sit diuersum forma, aut nõ sit necessarium hoc. Et dicamus ꝙ contrariorum, quodcunq; sequit formã rei, est de necessitate diuersum forma. nã impossibile est inuenire gñabile & corruptibile, & perpetuũ in eadem forma. aliter. n. esset posse inuenire homines ꝑpetuos Sed illa contraria, ꝙ insunt alicui rei pp materiã, non inconuenit ꝙ sint in eadem forma, sicut mas & fœmina in eadem specie, & albedo & nigredo, quę sunt ī vna specie. Ex hoc igit patet quid consequat vnum & multa, & ꝙ ipsa sunt principium generũ oppositionis. & ideo

Priuatio & habitũ est contrariorũ principia. 10. me. t. 15.

Antiquiq; é contrariũ, sit diuersus forma. 10. me. te. 25.

A ideo decet nos consyderare quo pacto insit eis propria oppositio. nã, si nõ daretur vnũ, non darentur plura ét. & si non daretur multitudo, nulla daretur penitus oppositio.

ET dicamus ꝙ impose é, ꝙ vnũ opponatur multo p modũ contrarij, cũ contrariũ multitudinis sit paucũ, & vnũ non est paucum, quia paucũ est de affectibus ipsius diuisibilis: & si cõtingat vnũ esse paucũ, illud fit, ex eo qđ vnum est multitudo diuisibilis, nõ ex eo qđ é vnũ. Pręterea, si vnũ sit paucũ, duo erũt multũ: q̃a paucũ & multũ dicunt relatiue, & ppea vnũ erit quędã multitudo. & hoc totũ est impose. Adhuc ipsum contrariũ, vt ostensum
B fuit, habet contrariũ, quæ vtrunq; sunt in eodẽ generetur sed vnum & multa non ita se habent. At vtrum oppositio istorũ sit oppositio priuationis & habitus, cõsyderatione indiget: quia vr, cùm ipsum vnũ sit quid diuisibile, & multitudo sit diuisibilis, ꝙ insit ei priuatio diuisionis, quam quidem habet ipsa multitudo. Plures tñ Antiquorũ fuerunt opinati huius oppositum, vc3
C ꝙ ponebant multitudinem esse priuationẽ vnitatis. qđ quidẽ ideo putarunt (vt arbitror) quia viderunt priuationẽ semper esse imperfectiorem habitu, & habitum nobiliorẽ esse. & ita se habet vnum ad ipsam multitudinẽ: est. n. cã vt illa sit. Sed vt prædiximus, magis euidens est, ꝙ ipsa vnitas sit priuatio multitudinis. nam quãplures priuatiões sunt nobiliores aliquibus entibus imperfectis. & ideo nonnunq̃ contingit melius esse nõ videre, q̃ videre. Sed dato ét ꝙ hęc esset oppositio existẽs inter vtrunq; eorũ. sequeret adhuc ex hoc falsitas vituperanda, videli- D
dictionis formam dicetur? Dico q̃ Cõmen. contra Auic. tenet in. 3. cõ. quarti meta. & etiam in. 10. meta. cõ. 8. q̃ ens & vnũ signiheant vnam naturam, i. vnum conceptum, non tñ distinctũ realiter vel ex natura rei, sed sola ratione à conceptibus suorum inferiorum sed diuersis modis. vnitas. n. nõ importat aliquem conceptum vel formalitatẽ positiuã, vt dixerunt posteriores distinctam à conceptu entis, sed solam in suttionem superaddit vnum ex modo significandi ad ipsum ens. sed in re significata conueniunt. & ideo dicit q̃ ens & vnũ significat vnam naturam in subiecto, sed differunt secundũ modum significandi. Auic. aũt voluit conuersim, videlicet q̃ tam ens q̃ vnum importarent de per se vnũ quodq; aliquid conceptum positiuum: quorum vnus erat ab altero distinctũ, sic igitur Auer. ponit ens & vnum idem significare. sed qñ dixit q̃ ens & vnum non significat aliquã naturam, intellexit ad modum Platonicorum, videlicet ista natura sit natura tertia à suis inferioribus separata & distincta. vnde ipse dicit. 12. meta. cõ. 21. ens & vnum sunt ex rebus vltimis, quæ non hñt esse extra aïam. Et idem habet. 10. meta. cõ. 6. sic. ens & vnum non dicunt vnam intentionem vniuocam tertia ab intentionibus decem prædicamentorũ, sed solum est indifferens per analogiam, vt diximus ex intentione eius. 4. meta. cõ. 6. & cõ. 2. Vnde ẽt 10. meta. cõ. 6. dicit. impossibile est vt aliquid cõe plumbo sit substantia, nisi secundũ q̃ est in aïa tñ. & subdit parum infra, q̃ ens & vnum sunt de intentionibus vltimis, quæ non hñt esse nisi in aïa. vnitas igitur conceptus entis & cõitas eius est cõmunitas & vnitas analogię, non vniuocationis, non distincta secundũ esse, vel ex natura rei à suis inferioribus, sed solum in anima & in conceptu. Et nota bene ista, quia multi laborauerunt in videndo veritatem in via Auer. & non potuerunt. Et q̃ hoc sit verum probatur ratione duplici. Si ens inquantum ens non diceret vnum conceptũ analogum distinctum ratione à conceptibus suorum inferiorum, sequeretur q̃ non posset de eo aliqua demonstratio fieri. consequens est falsum, quia bonitas demonstrari potest de ente mediante veritate non ratione alicuius inferioris ad ens, sed ratione sui: ergo ens inquantum ens dicit aliquid vnum conceptũ. Confirmatur, quia si ens, inquantum ens. non diceret aliquem conceptum proprium ratione distinctum à suis inferioribus, sed solum cõitatem nominis importaret, sequeretur q̃ nullum prædicatũ esset tiale, & per se de eo diceretur. consequens est falsum: nam dicim⁹ q̃ ista est per se, ens est vnũ. probatur consequentia. quia secundum Auer. 4. meta. cõ. 2. de termino æquiuoco bene aliquod prædicatum accidentale potest verificari vltr, sicut ista propositio est vltr vera, omnis canis est pulcher: nullũ tñ prædicatum per se de tali potest verificari. cũ igitur vnitas & bonitas primo verificentur de ente ratione sui, & non ratione alterius, demonstratiue sequi videtur q̃ ens inquantum est cõmune Deo & creaturę, substantiæ & accidenti, non sola communitate vocis, sed conceptus distincti ratione à conceptibus inferioribus. & hæc non possunt negari ab homine habente intellectum habilitatum ad bonum.

4. Meta. cõ. 4. Quarta contradi. est in cõ. 4. Enumerat scientias medias Cõmen. in numero scientiarum Mathematicalium, sicut est Perspectiua & Musica, huius tñ oppositum videtur sentire Philosophus. 2. phy. tex. cõ. 20. vbi habet. Demonstrant aũt & quæ ex Mathematicis magis Physicæ. vbi loquitur, vt dicit Cõmẽ. & vlt oës expositores de scientijs mediis.

Solutio. Soluitur. quidquid dicant alij scię mediæ vt est Musica, Astrologia, & Perspectiua, & quæ assimulantur his, sunt potius inter Mathematicas scientias enumerandæ q̃ inter Physicas. Et ratio est ista. nam habitus scientificus specificatur à medio: ita. n. Philosophus posuit distinctionẽ inter specularias scientias in. 6. met. tex. cõ. 2. quia aũt media talium scientiarum subalternatarum mathematica sunt, licet applicata sint materię sensibili, dicimus q̃, cum denominatio insequatur formam & non materiam, actum & non potentiam: sicut est de intentione Philosophi. 2. phy. tex. cõ. 11. & . 9 meta tex. com. 7. propter hoc & si materiale in talibus naturale sit, cũ formale sit mathematicũ, potius ergo Mathematicæ q̃ Naturales debent nuncupari. Et istius etiã opinionis est beatus Doctor. qui etsi in. 2. phy. super allegatum tex. oppositũ dicat, tñ seipsum retractauit in quæstionibus super Boetio de trinitate. Ad authoritatem aũt Philosophi dico q̃ illa est multiplex secundũ amphibologiam, quia vnus sensus esse potest, q̃ duo sint cõparata, & vnum sit illud, ad quod fit comparatio. vt sit sensus q̃ Mathematicæ puræ & scię mediæ comparent ad Physicas tñ. Et tunc sensus esset iste q̃ scientiæ mediæ sunt magis Physicæ q̃ Mathematicæ puræ sunt Physicæ. & iste sensus verus est. & sic

parcl-

Universidad de Deusto
Biblioteca

intellexit Philosophus. Vnde trãslatio Arabica ibi clarior est nostra & sonat hoc, qđ diximus. & hoc est rationi consonum, medium. n. magis conuenit cum extremo, q̃ vnũ extremum cũ alio extremo, cũ maior sit distinctio extremi ab extremo, q̃ extremi à medio, seu medij ab extremo. Alter sensus põt esse. vt vnũ sit cõparatũ, & duo sint. ad que fiat cõparatio. & tunc sensus est iste, vt scientiæ mediæ cõparatæ ad Mathematicas, & ad Physicas sint magis Physicæ, q̃ Mathematicæ, & isto modo intellecta propositio Philosophi falsa est propter rationem, quam adduximus.

4. meta. com. 21. Quinta contradi. est in cõ. 21. Dicit Cõmen. q̃ nullus intellectus intelligit contraria esse simul. Sed opponebat ibi in margine de veritate intellectꝰ. nã, cum opiniones de contradictorijs sint contrariæ, teste Philosopho in. 2. perihermenias, si vnus est omnium intellectus, vt ipse ponit. tunc contraria erũt in eodem simul. & cũm intellectꝰ possit intelligere omnia, quæ sunt in eo, si igitur tales opiniones contrariæ sunt in ipso, ipse poterit intelligere contraria simul

Solutio esse. Ad hoc aũt videtur Aner. respondere in. 6. meta. cõ. vltimo, vbi dicit propositionem istam nõ tenere in anima, sed solum in materia. nam licet materia extra animã non possit recipere duo contraria infimul, tñ anima bene põt. de hoc tñ videbimus infra in illo loco, ideo pro nunc dimittat.

SOLVTIONES Contradictionum in dictis Arist. & Auerrois,

Super Quinto Metaphysicorum.

1. meta. com. 3. COntradictio est in cõ. 2. Dicit Commen. q̃ principiũ materiale est illud, quod denõminatur cum hac præpositione ex. Huius tñ oppositũ videtur sentire ipse in 1. phy. cõ. 53. vbi dicit, q̃ in subo dicimꝰ q̃ hoc fit hoc, i. permutatione

Solutio. aũt, q̃ ex hoc fit hoc. Solutur. vt ipsemet Commẽ. dicit in hoc. 5 meta. cõ. 29. famosior ex significationibus, ex, est qñ importat genus causæ materialis. & hoc est rationabile. materia. n. sic describitur à Philosopho in. 2. phy. 27. Materia est, ex quo fit aliquid cũm insit. Quod aũt dicit de primo, quorum privatio est manifesta, generatio attribuitur privationi cum illa præpositione ex, aut etiam in recto: generatio. n. fit et non esse, & non ex esse. & ideo magis dicimus, q̃ infirmus fit sanus, q̃ q̃ homo sanus fiat sed in subiectis, quorum privatio latet, generationes subiectis attribuuntur : sicut dicimus, q̃ domus fit ex lateribus. Pro hoc vide cõ. 25. septimi meta. & nos ibi etiam dicemus magis.

Secunda contradi. est in cõ. 5. Dicitur, q̃ natura prius de forma dicitur. Sed. 2. physi. cõ. 1. dicit, q̃ prius dicitur de cõpositoquia inquit, q̃ illa sunt magis naturalia. Solutꝫ nã fm ipsum. 1. phy. cõ. 3. &. 4. nõ dicit vnivoce, nec equivoce de materia, & forma & composito, sed analogice : licet compositũ proprie loquendo verius naturatũ, vel habens naturam dicatur, q̃ natura. sicut patet ibidẽ. Vnde vniuersaliter apud ipsum nil vnivoce dicitur de causa, & causato, præcipue in prædicatis, quæ sunt primo intellecta, & habent modum intentionis primæ. Vlteriꝰ debes scire, q̃ analogia est duplex, quædam est fm famositatem, & quædam, fm veritatem. vnde composita existimant cõmuniter esse magis entia, & magis substantiæ, q̃ forma aut materia: quia talia no stræ primę cognitioni naturali sunt notiora: sicut est de intentione eius. 1. phy. com. 1. vbi per confusa magis exponit composita causata. ex elementis, sed fm veritatem natura per prius dicitur de forma, q̃ de materia, aut de composito : quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis.

5. meta. com. 5. Solutio. 5. meta. com. 5. Solutio.

Tertia contradi. est in fine com. 6. Dicit Cõmen. q̃ æterna non habent esse necessarium ab alio. Huius tñ oppositum patet. 2. cap. de substantia orbis, & 2. meta. com. 4. Soluitur. æterna citra primũ non habẽt esse necessarium ab alio fr̃maliter : habent tñ esse necessarium ab alio, vt à fine, & ab efficiente. Ratio primi est ista. quia, si aliquid non esset formaliter ex se necessariũ, sed contingens, tale nullo pacto posset ab alio fieri necessitatem, fm ipsum. 2. phy. cõ. 48. contra Aut. nisi tu ponas naturã corruptibilẽ conuerti in naturã æternam. vnde quodlibet æternum caret materia, quæ radix est contingentiæ, & possibilitatis. Et ideo fm Philosophos quodlibet æternum formaliter est necesse esse ipsũ, effective vero, & finaliter talia æterna sunt à Deo, & propter Deũ: sicut demonstrauimus in qõne nra de triplici causalitate intelligentiæ.

5. meta. com. 6. Solutio.

Quarta contradi. est in com. 7. Habetur hic cõiter, q̃ duo accidentia numero dñia non pñt esse simul in eodem subiecto. Sed huic

huic authoritati resistunt Medici, ponẽtes cõplicationẽ febrũ i eodẽ subiecto simul. quia vt patet per Gale. in. 1. de differentijs febriũ, hectica febris põt esse coniuncta cũ putrida, & tũc duæ calitates numero differentes simul sunt in eodẽ subiecto, sicut patet. quia febris nihil aliud est, nisi calor naturalis conuersus in igneũ. Nisi esset, q̃

Solutio. in tali corpore, in quo est istarũ duarũ febriũ cõplicatio, est vnamet numero caliditas. genera. n. febriũ non distinguunt gñe, vel specie penes caloreẽ, sed penes diuersitatẽ materierũ, in quib⁹ est calefactũ esse. & ideo non prohibet, vt vnamet caliditas, vt est in facto esse, quæ remota putrida febre adhuc remaneret in mẽbris, illa rõne dicat esse caliditas febris hecticæ, quæ fm aliam rõnẽ, vt est in fieri ab humore putrido causata dicat esse caliditas putredinalis febris. stat. n. absq̃ repugnãtia fm diuersos respectus: sed de hoc nõ est nobis locus in præsentia dubitandi, quia multa dici pñt hinc inde, q̃ transcendunt nr̃m negocium.

5. meta. com. 14. Quinta contradi. est in cõ. 14. Nomẽ accidentale primo significat accidẽs, & secũdario subiectũ. Huius tñ oppositũ dicere videt. 1. phy. com. 25. vbi habet, q̃ significat nomen cõcretũ duo, s. subiectũ & formã. quia dicit, q̃ albũ significat albedinẽ, & receptiuũ albedinis. &. 2. de anima. cõ. 8. dicit, q̃ nomina rerũ artificialiũ, quæ accidentia sunt, primo significant subiectũ, & secundario formã. Soluit. nomẽ significat rem, fm, q̃ est in actu. actus aũt duplex est, substantialis. & accidentalis. substantialis dat esse simplr, & accidentalis dat esse, fm qd. Et ideo, cũm cõposita substantialia sint in actu simplr nomẽ taliũ primo significat formã, quia forma est 16, pp quam compositum est in actu simplr, secundario aũt importat cõpositũ. In compositis vero per accidens nomina talium in concreto sumpta primo formã significant, & secundario subiectũ, quia à forma fit denominatio non à materia. &, quia subiectum respectu accidentis est sicut materia. 4. meta. cõ. 2. ideo dicimus nos, q̃ talia primo significant formam, per quam sunt in actu fm quid, q̃ ipsum subiectũ. Accedit ad hoc, q̃ si talia prius significarent subiectũ, q̃ formam, tũc sequeretur, q̃ esset negatio dicendo homo albus, sicut deducit pulchre Cõmen. hic contra Auic. De nobis aũt rerũ artificialiũ quid primo significant an formã an subiectũ dixi in cõ. 8. secundi de aia. & ideo illuc recurre. Quantũ ad propositũ spectat, dico nullã esse contradictionem in Aner. si qñq̃ dicit nomen concretũ accidẽtale duo significare, s. subiectũ & formam, seu compositũ ex forma, & subiecto : sicut ipse habet. 5. meta. cõ. 16. vbi habet nomina denominativa significare vnũ cõpositũ: Quãdoque aũt dicit talia significare formã primo, & secundario subiectũ. aliud. n. est significare absolute, aliud est primo significare. dicimus talia nomina concreta significare vtrũq; non tñ primo significare vtrũq; dicimus, sed talia primo formã significant. denominatio ab actu fit, non à potentia. 2. physic. 11. &. 9. meta. tex. cõ. 7. &. 8. meta cõ. 7. &. 1. phy. 63. &. 1. cap. de substantia orbis. nam, qñ amittitur forma substantialis rei, ibi materia ammittit nomen, & definitionẽ rei : cũm aũt destruitur forma accidentalis, ibi etiam amittitur denominatio, quo ad esse fm quid, quod erat à tali forma, licet esse simplr, quod est à forma substantiali non amittat per amissionẽ accidentalis formæ. fit igit̃ solutio ad oẽs authoritates patet.

5. meta. te. sine cõ. Solutio. Sexta contradi. est in tex. sine cõ. Aristo. dicit in hoc cap. 9. non posse dici oẽm Socratem musicũ esse, quia Socrates non est in pluribus, sicut dicitur omnis homo musicus. Sed huius oppositũ habet in. 1. cœli & mundi, vbi dicit, q̃ ois mundus est ex propria materia in tex. cõ. 98. vbi litera græca habet ἐ πᾶς κόσμος, & tñ mundus non est in pluribus, vt patet ibidem. Soluitur, & est sententia Alexan. ibidẽ referente Simplicio, q̃ in individuis, in quibus saluat tota natura speciei, sicut est in sempiternis. põt poni signũ vlr distribuens, sicut est de mũdo & Sole, & id genus. secus aũt est de individuis rerũ generabilium. in talibus. n. tota natura perpetuari non põt, nisi per successionẽ. solicitudo. n. diuina propter hoc misericordia dedit talibus virtutẽ, vt possint perpetuari in specie, vt dicit Cõmenta. in. 2. de anima. cõmen. 34. Et nota bene hoc.

5. meta. com. 16. Septima contradi. est in cõ. 16. Inquit Cõmẽ. q̃ in intellꝫ vlr notius est particulari. Huius tñ oppositũ sequi videt ex dictis eiꝰ in. 12. meta. cõ. 4. vbi habet, q̃ vlia intellecta apud Arist. sunt collecta ex similitudine, quã accipit intellectus. ex particularibꝰ, & facit ea intentionẽ vnã: & p consequens singularia notiora intellectui esse videnť.

Solutio. Nisi esset, q̃ authoritas ista in oppositũ adducta, procedit de vlr pro secunda intentione, non aũt pro prima. quia vniuersale, vt est de primo intellectus præcedit cognitionem singularis. Singularis enim cognitio

repugnat

Universidad de Deusto
Biblioteca

repugnat intellectui vt intellectus est secundum Philosophos, non inquantum singulare, sed inquantum materiale. Et sic intellectui nro cognitio singularis attribuitur, hoc est, vt habet respectum ad materiam & ad sensum ex sui imperfectione, cū sit vltimis in genere abstractoꝝ. 3. de aīa. com. 15. & ideo Cōmen. super cō. libri de Diuinatione dicebat q⁹, si substantiæ abstractæ singulare materiale cognoscerent, contingeret illas materiales esse. Et ideo intellectus noster primo aspectu vniuersale cognoscit, quia hoc cōpetit sibi ratione, qua intellectus est, cū sit abstractus à materia, & habeat oppositum receptionis modum modo, quo materia recipit nā materia singulariter, & intellectus vt abstracte recipit. sic ergo directe vſe cognoscitur ab intellectu singulare autem cum non cognoscatur ab intellectu, nisi vt ipse inclinationem habet ad materiam, sic dicimus tale cognosci ab intellectu, vt super phantasmata se conuertit. & ista cognitio reflexa est, & non competit intellectui nisi mediante sensu: ficut patet. 3. de anima. cō. 9. Caueant ergo Nominales, & Burlestæ tenentes singulare esse primo cognitum ab intellectu. Sed de hoc in quæstione nostra de primo cognito diximus satis.

4. Meta. tex. 18. Octaua contradi. est in tex. 18. Arist. dicit in tex. cō. 18. q⁹ motus & tempus sunt quanta per accidens. Sed oppositum habetur in prædicamentis, vbi tempus posuit esse per se quantitatem continuā. Soluitur. tēpus quiditatiue est numerus numeratus secundum prius & posterius ipsius motus, & præcipue primi motus. & quò ad hoc est per se quantitas, quia talis numerus numeratus potest esse quantitas continua, sicut tripedaneum telū, vt dicit lucidissimus Themist. & ideo quiditatiue consyderatum tempus est per se quantitas, quia nihil addit supra motum nisi numerum numeratum. Aliud aūt est cōsyderare in tēpore, & est quod habet per se mēsurare motum. Motus autem mensurat tēpus per accidens. & hoc est accidens tpis, & non est quiditas tpis, vt inquit Alex. in. 4. phy. in expōne tex. cō. 118. & quò ad hoc tēpus est q̄tum per accidens, p quāto imaginamur q⁹ tēpus mensurat per sui quantitatem q̄titatem motus, & adæquat ei. & diuisio & continuatio eius adæquatur diuisioni & continuationi motus, à quo tēpus dependet, tanq̄ à causa, saltem in genere causæ materialis. & sic dicit Philosophus q⁹ tēpus est diuisibile & continuum p̄pter motum, & motus propter magnitudinem.

Solutio.

Non incōtinent ergo tēpus, quò ad id, quod est secundū sui quiditatem esse q̄titatem p se, & quò ad id, quod accidit ei, quod sit q̄tum per accidens. nā vt inquit Alexa. quiditas t pis est in numerato esse prioris & posterioris motus, secundū quod illud est pri⁹ & illud posterius, sed mensurare motū accidit tēpori, sicut propria passio accidit subiecto. Sed nunquid motus secundū sui quiditatem sit per se q̄tas? videtur q⁹ sic. quia Cōmen. 4. phy. com. 99. declarans dictū Philosophi ibi, quō motus & prius & posterius in motu sunt eadem subiecto, sed differunt secundum esse, inquit q⁹ prius & posterius, cū fuerunt accepta secūdū q⁹ sunt in subiecto, tunc sunt partes motus: cum autem fuerint consyderata secundū definitionem & & quiditatem, tunc prius & posterius erit aliud à motu, qm̄ motus est in quantitate, & prius & posterius sunt in numero. ex quo videt motum quiditatiue esse q̄titatem. & hoc ſurſum, & multi alij Auerroistæ tenēt. Ex aduerso autem instatur ex authoritate Philosophi in. 5. meta. collocantis motū in quantis per accidens. Amplius aūt. 4. phyſi. com. & tex. 118. & 119. dicit q⁹ tempus mensuræ rem morā, non simplr̄ secundū q⁹ motus est quantum, sed secundū q⁹ mot⁹ ipsius quātus est. vbi Cōmen. in cō. dicit q⁹ tēpus mensurat quantitatē accidentem motui, & per consequens, si q̄tas motus accidit motui, essentia & quiditas motus est aliquid, cui illa quātitas adueniat, quia nihil dē sibi met accidere. vbi Cōment. elicit vnum pulchrum documentum per locum à maiori, q⁹, si tempus non mensurat rem motā, secundū q⁹ est mota simplr̄, dignius est ipsum non mensurare aliquid secundū q⁹ est ens, ex quo vī q⁹, si essentia motus nō mensuratur à tpe, sed quantitas accidens essentiæ motus, multo minus essentiæ aliarū rerum à tpe mensurabant. & ratio est, quia vt inquit Philosophus. 12. meta. tex. cōm. 29. tempus aut motus est, aut est motus passio quædam. Et ideo magis vī q⁹ temp⁹ habeat mensurare essentiā motus, q̄ essentiam aliarum rerum. & ideo, si non mensurat mot⁹ essentiam, sed quantitatem accidentē motui, multo minus mensurabit essentiam aliarum rerū. & ista ēt fuit sententia Alexā. vt recitat Cōmen. 4. phy. cō. 101. q⁹ tempus non est numerus motus, i. q⁹ non est incrementum tempus numerare motum. quod ideo dicit, quia secundū Alex. quiditas temporis non consistit in numeratione actiua respectu motus, sed in numerato eō prioris & posterioris. quia illud est accidens temporis seu proprietas, & non est quiditas temporis. Amplius aūt dicit illud. quia dato q⁹ tēpus mensurat motum, tñ non mensurat eius quiditatem & essentiam, sed quantitatem accidentē ei. Et confirmat per Cōmen. 4. phyſi. com. 96. vbi Philosophus dicit q⁹ tempus non determinatur per temp⁹, neq; quò quantum, neq; quò quale dicit, non dicit hoc, quia tempus sit quantum & quale. qm̄ tempus est quantū, & non quale sed, si tempus haberet qualitatem, sicut motus habet quantitatē & qualitatem, non mensuraretur à tēpore, sicut motus, qui quò ad vtrunq; à tpe determinatur. nam quātitas motus determinatur p tēpus, quia dicimus motum magnitudinis esse in magno tpe, & velocitas mot⁹ q̄ est qualitas motus etiā determinatur p tempus, igitur quātitas est accidens motus, & non est quiditas eius. & hoc teneo, q⁹ quiditas & essentia motus est actus imperfectus in mobili. vt patet ex. 3. phyſi. & huic accidit quātitas & qualitas, & multa alia accidentia, sic ut est videre de cō tinuatione & alijs in. 4. phyſi. tex. cōm. 99. Ad authoritatem Cōmen. in cō. 99. dico q⁹ motus est in quātitate, vt habet mēsurari p tempus, non aūt quo ad sui quiditatem & essentiam pertinet ad quantitatē. alioquin idem esset mēsurare motus quātitatem, & motus essentiam, quod est contra Philosophum & cōtra Cōmen. 4. phy. in te. cō. 119. & tunc sequeretur q⁹ quiditas motus tēpore mēsurarentur, & tēpus esset mēsura motus in esse quiditatiuo. & tūc sequeretur q⁹ motus non posset quiditatiue intelligi sine tempore: cuius oppositum scribit Cōment. in. 4. phyſi. in tex. cō. 97. vbi dicit q⁹ tempus non imaginatur sine motu, & motus pōt imaginari sine tpe. & confirmatur, quia in 3. phy. in definitione motus tēpus non ponitur, vt patet intuēti. Alexan. aūt in. 5. meta. in cap. de quanto istā contradictionem isto modo soluere nititur. inquit. n. q⁹ tametsi in prædicamētis tempus fuerit dictum esse quantum p se, & morū, quod intelligit vt tempus est idem quod motus, tñ nunc in quinto talia dicit esse quanta p accidēs, sed non sunt quāta, sīc vt quæ sunt quātorum passiones, quatenus quanta sunt, sicut est magnum & parum, & multum & paucum, lōgū & breue: talia. n. sunt per se quanti passiones, in eo q⁹ quantū est. sed motus & tēpus non sunt passiones quanti, in eo q⁹ quantum, & ideo dīr quanta per accidēs. Amplius aūt vt asserit Antī. in 5. meta. strictius vī loqui de quanto, q̄ in prædicamentis. nam in quanto illud p se quantū esse, dē quod permanet, & affectiones illæ per se quanti sunt, q̄ permanent, sicut & subiectū, motus aūt & tēpus permanent. Vnde definitio quanti in. 5. meta. erat, quantum est quod est diuisibile in ea, q̄ insunt, quorum quodlibet & vnūquodq; vnū quid, & hoc aliquid aptum est esse. Vbi Alex. ponderās illa verba, quorū vnūquodq;, &c. dixit addita esse ad distinguendum à quantis ea, q̄ constituuntur ex partibus situ carentibus, cuiusmodi est tēpus & oratio: addē etiā motum, talia. n. non propriē dīr quāta. & ideo oēs affectiones, q̄ insunt quātitatibus pmanentibus, q̄ proprie sunt quantitates, quia tales sunt permanentes, sicut & subiecta illarū, sicut multum & paucū, quæ sunt numeri passiones: longū & breue, q̄ sunt passiones lineæ: latum & angustum, quæ sunt passiones superficiei: altum & humile, quæ sunt passiones corporis, talia sunt quanta p se, sicut affectiones eorū, quæ per se quanta sunt, quia subiecta talium passionū sunt vere quantitates permanentes. sic & istæ passiones. sed motus & tēpus non sunt passiones quanti per se, neq; sunt permanentia. vnde motus nō est passio magnitudinis pmanentis, inquantum magnitudo permanens est, neq; tēpus est passio alicuius magnitudinis permanētis. vnde vere illa sunt p se quanti affectiones, q̄ sunt consequentia sua subiecta necessario. motus aūt non necessario consequitur magnitudinem, super qua fit motus, neq; aliquid magnitudinis est motus. licet in magnitudine fiat. Hæc sunt dicta Alexan. Et tu, frater mi, elice q. quid tibi melius apparebit. scito. n. quiditatiue motum quantitatē non esse tēpus vero, cū sua quiditas sit in numerato eē prioris, vt q⁹ sit per se quantitas quo ad hoc, sed penes mensurare motum hoc sibi accidit: & sic est quantum per accidens. quia refert dicere tempus esse numerum motus, & eū motum mensurans. prima est per se in primo modo, maxime sumendo numerū pro numero numerato: secunda vero est in secundo modo. sic dicit Themi. in. 4. phyſi. in expōne tex. cōm. 117. & 118. & ante ipsum fuit dictum Alexā vt recitat Simplic. vnde tempus est mensura motus, & quietis licet motus per se, & quietis per accidens. sed tēpus est numerus motus tantum, & nō quietis. quies. n. non consistit in transitu prioris ad posterius secūdū se, sicut cōsistit mot⁹. Nona contradic. est super eo. tex. Aristo. dicit

Verū motus ſ; sui quiditatē sit per se quātitas.

Hic dicit Anmon. prædi. quantū placet mi liga hoc tem, post qua scripſi illud.

Deus.

Alexādri sententia.

5. Meta. t. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit motum,& tps esse quãta per accidẽs. Sed hui⁹ oppositum vider de motu Aristo. dicere in. 5. physi. in tex. cõ primi. vbi dicit. videt aũt motum esse de genere continuorum. De tẽpore etiam oppositum patet in prædicamentis, vbi enumerauit inter species quantitatis continuæ per se. Dico, q⁹ motus quiditatiue non põt in alio genere, nec in alia natura colloc ari, q̃ in gñe actus permixti cũ potentia. hoc.n. fuit bene determinatũ per Arist. in. 3. phy. in tex. cõ. 12. Et miratus sum per vitã meã, quõ aliqui ausi sunt dicere in via Peripateticorũ motum quiditatiue esse quantitatẽ. nam tunc ifti detrahunt Arist. qui in definitione quiditatiua eius non posuit quantitatẽ, & aperte reclamat contra illos, qui per inequalitatẽ, quæ pertinet ad quantitatẽ, aut per alteritatẽ, quę pertinet ad quatitatem, definiebãt ipsum. immo, vt ait in nullo alio genere quiditatiue reponi põt, nisi in genere actus medij inter actum purum, & potentiam puram. Et ista fuit causa erroris Pythagoricorũ definientium ipsum per non ens, & priuationẽ. quia, vt dicit Aristo. & Cõm. 3. phy. cõ. 14. &. 15. latuit eos iste actus medius. licet. n. eius potentia, & actus non sint genera vniuoce dicta, dicunt tñ analogice, sicut notat Cõmen. ibidẽ. cõ. 4. &. 12. & de anima cõ. 30. Vnde quantitas, & continuatio, & velocitas, & successio sunt de accidẽtibus motus. cuius argumento est, q⁹ Arist. in 4. physicæ auscultationis, & Comment. in tex. cõ. 119. dicit, q⁹ tps non mensurat essentiam motus, sed quantitatem accidentem motui. vbi Commen. notat vnũ pulchrum documentũ, q⁹ est manifestum, q⁹ si tps non mensurat rem motã, fm, q⁹ est mota simplr, dignus est ipsum non mensurare aliquid fm, q⁹ est ens. Arguit enim per locum à maiori negatiue. quia tps, aut est idem quod motus, aut est quædam passio eius. 12. meta. tex. cõ. 29. & ideo magis apparet tps mensurare motus essentiam, q̃ essentias rerũ permanentium. Si igitur nõ mensurat motus essentiam, sed quantitatẽ accidentem motui, multo magis non mensurabit essentias aliarum rerum, quæ non sunt motus. & ibi manifeste apparet sine aliqua cõtrouersia, q⁹ quantitas est de accidentibus motus. Et hoc etiam expresse habet Cõmen. in 4. phy. in cõ. 98, vbi dicit, q⁹ accidentia motus sunt multa. & in. cõ 96. dicit expresse, q⁹ motus est quantus, & qualis, & q⁹ vtroq; modo motus determinatur per tps, & ex parte qua quantus, vt cùm dicimus q⁹ motus magnus est in tpe magno & paruus in tpe paruo, & fit ex parte qua qualis, vt motus velox, qui fit in tpe breui, & tardus, qui fit in longo tpe. & in cõ. 99. expresse dicit, q⁹ vnum accidentium motꝰ est continuatio. Mirum est igit de Burleo, & de multis alijs Peripateticis, qui voluerunt motum esse quiditatiue, & per se quãtitatẽ. Nec obstat authoritas Comment. in 4. phy. cõ. 99. vbi declarans dictam fm rõnem inter motum, & prius, & posterius, q̃ sunt in motu. quę sunt eadem subiecto, & dixerunt rõne, vt dr in tex. vbi dicit, q⁹ cũ fuerint consyderata, fm quiditatem, prius & posterius erit aliud à motu, qm motus est in quantitate, & prius, & posterius sunt in numero. dico, q⁹ sumunt ibi quiditatẽ large pro descriptione, quæ notificat rem per accidentia, & cõsequentia. Et sic glosa, frater mi, dictum Arist. in. 3. phy. vbi dicit, q⁹ videtur motus esse de numero cõtinuorum, non quod continuũ sit de quiditate motus, sed est de consequentibus motum. Et ideo Commenta. 4 physicæ animaduertens ad hoc, quod modo dixi, notãs. 3. phy. cõ. 2 inquit q⁹ illorũ, quę sequuntur motũ quę sunt propinqua substantiæ eius, est cõtrarium, & non dixit contrarium esse de substantia motus, sed esse de propinquis. accidentia enim propria magnam partem conferunt ad cognitionem quod quid est 1. de anima. te. cõ. 11. Et sic glosa dictũ Themistij, & aliorum expositorũ iuxta sententiã Arist. asserentem contrariũ accipi in rõne motus modo prædicto. De tpe aũt est alia ratio. quia tps formaliter supra motum nõ addit nisi rationem mensuræ. & ideo inquit Commen. in 4. phy. in cõ. 113. tempori essentiale est mensurare motum, cum essentia eius sit mensurare motum. & ideo tps est per se quantitas. quod aũt Arist. dicit tps esse quantum per accidens, hoc est pro quanto extenditur, & continuatur ad extensionẽ, & continuationem motus, vt ipsemet se declarat in hoc loco, & in 4. phy. in tex. cõ. 99. & in tex. com. 113. Et nota bene hoc, quia non fuit ista solutio mihi declarata nisi post longum tempus, & non sine magno labore vitæ meæ.

Solutio.

Decima cõtradi. est super eo. te. Arist. declarando quõ motus dr esse continuus, inquit, dico aũt non qđ mouet, sed quo motũ est. vbi videtur motꝰ continuitatẽ esse à spatio, & non à mobili. Huius tñ oppositũ innenit determinatũ ab Arist. in 2. de gene. & corru. in t.c. 62. & in 6. phy. te. cõ. 37. vbi dicit

5. meta. tex. 18.

dicit secutum est aũt oña diuisibilia esse ab ipso mutãte. i. à subiecto, qđ mutat. Solut, vt dixi i n. 2. de gener. vbi solui istã cõtradictionẽ, q⁹ sine dubio illa videtur fuisse ista Philosophi ibi, q⁹ cõtinuitas motꝰ pricipalr est à mobili. sed in. 5. meta. qa posuit quãta p accidẽs eẽ duobꝰ modis, vno rõne subiecti, vt album est quantum ratione subiecti. Arist. aũt ponit aliũ modũ, non rõne subiecti in quo. sed circa qđ, ideo illo mõ, vt dicit ibi Alex. Arist. posuit motũ esse diuisibilẽ nõ à subiecto. qa rũe idẽ esset secundꝰ modꝰ, & primꝰ eiꝰ, qđ est p accidẽs quãtũ: sed posuit, q⁹ sit à spatio, circa qđ sit motꝰ, ꝑsertim qa diuisio, et cõtinuatio nobis imotu ex ista causa magis nota est. Aut aliter dicere possumꝰ, q⁹ motus habet duplices partes. qđa sunt simul, & tales hẽt ex diuisione mobilis, & hẽt quasdã nõ simul, sed successiue, qa vna est prior, & alia est posterior. 4. phy. cõ. 102. Tũc igit, si loquamur de diuisione, & cõtinuatione, quõ ad partes motus, quas hẽt simul, deputat à mobili pricipalr non à spatio. sed quo ad alias videt magis à spatio q à mobili. ideo volui hic repetere cõtradictionẽ, vt innueré istã distinctionẽ. & cogita, qa pulchra est & quietãs animã. non põt.n. mobile simul, & semel esse in diuersis partibus spatij. & ideo ista continuitas, & diuisio magis est ex spatio, quàm ex subiecto.

Solutio.

3. Meta. cõ. 18.

Vndecima contradi. est in cõ. 18. Scribit Commen. graue & leue quantitates esse. Oppositũ tñ scribit. 2. de aĩa cõ. 108. & 4. cœli. cõ. 2. Vide ibi, quia sunt solutum clare.

Solutio.

3. Meta. cõ. 19.

Duodecima contradi. est in cõ. 19. Scribit Cõ. bonũ & malũ eẽ in alatis. Sed oppositũ patet. 6. meta. t.c. 8. vbi dr solũ verũ & falsũ esse in aĩa, sed malũ & bonũ esse in rebꝰ. De hoc dicemus statim in cõ. 8. sexti meta. vbi declarabimus illud dictũ non hic veritatẽ cũ ꝑcisione, & qualiter, & quõ ibi dicet.

Solutio.

3. Meta. cõ. 22.

Decimaterția cõtradi. est in cõ. 22. Habet q⁹ definitio est finis in cognitione. Sed huius oppositum patet. 1. de anima. cõ. 11. in quod dr q⁹ est principium. Soluitur. est principium cognitionis demonstrationæ. est finis simplicis, & intuitiuæ cognitionis.

Solutio.

3. meta. com. 25.

Decimaquarta cõtradi. est in cõ. 25. dicit Cõmen. in c. 25. q⁹ compositio est in positione partiũ adinuicẽ. Huius tñ oppositũ habet. 1. de gña. t.c. 85. Solutio est ista, q⁹ positio partiũ requirit in maxtione ipsa tanquã conditio necessaria, vt patet ex. 89. eiusdẽ primi & gñe. non tñ formaliter est ipsa: & ad istum sensum negatũ fuit. 1. de genera. 85. hic vero concedatur fm primum sensum.

Solutio.

5. meta. tex. 33.

Decimaquinta contradi. est in t. 33. Dicit Arist. q⁹ materia & forma sunt gñe diuersa. Sed oppositũ patet ex. 12 meta. t.c 22. vbi dicit q⁹ materia & forma sunt propria prædicata substantiæ, ex consequenti sunt eiusdẽ gñis. Soluit. Arist. definit illa esse diuersa genere, quorũ subiectũ primũ receptiuũ aliorũ nõ resolubile in alterũ, nec ambo in idẽ, & loquit de subiecto receptionis, & resolutionis. & qa primæ materiæ nihil subijcit, ideo materia prima, & forma illo modo genere diuersa sunt. sed quia materia prima, & forma vicissim nõ alterant, nec primæ materiæ & formæ reperitur aliqua materia subiecta, in quã vterq; resolui possit, sic materia & forma sunt gñe diuersa. In. 12. autẽ meta. dicit materiã, & formam esse in eodẽ gñe ꝑdicabili reductiue, ꝑ quanto sunt ꝑpria ꝑdicati substantiæ, & principia reducũ tur in illo genere, in quo est principiatum.

Solutio.

SOLVTIONES Contradictionum in dictis Arist. & Auerrois.

Super Sexto Metaphysicorum.

6. meta. com. 1.

Commento primo huius sexti habet q⁹ ens diuiditur prima sui diuisione in per se, & per accidens. Sed in. 5. meta. te. cõ. 14. ens. 1. diuidit in decẽ prædicamenta, primo vero physico. tex. commen. 6. primo diuiditur per finitum & infinitũ. Tertio physico. tex. commen. 5. primo diuiditur per actum, & potentiam. Soluitur. plures sunt diuisiones entis primæ, tamen quælibet est prima in suo genere. quædam est diuisio entis in partes subiectiuas, sicut est diuisio entis in decem prædicamenta, quædam est diuisio entis in passiones, sicut diuisio entis per vnum, & multa, per necessarium, & contingens quædam est diuisio entis per modos, seu analogas differentias modo loquendi Auerro. sicut est diuisio entis per actum & potentiam. Et istæ diuisiones sunt entis, quod est subiectum in metaphysica, quod secundum Auerro. habet vnitatem conceptus analogice dicti non vniuoce. est etiam diuisio entis in anima, & extra animã. & ista diuisio, vt periitissimis in hac arte videtur, est vocis æquiuoce in suas significationes. Non est igitur habendũ pro inconuenienti plures diuisiones entis primas esse modo declarato. sicut non inconuenit

Solutio

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõuenit plura esse gña prima teste Porphyrio, capño de specie dicte decẽ prædicamẽta esse tanquam decem rerum principia.

6. Meta. cõ. 1. Secunda contradictio est in eodẽ cõmẽto. inquit Cõmentator quod nõ est demonstratio ad genus artis, neq; ad species illius. hoc idem habes. 2. de aïa cõm. 27. Sed oppositum fuit adductum per nos in margine de esse ignis, quod demonstratum est 4. cœli. tex. cõ. 32. cùm th ignis sit pars subiectiua illius libri. Soluunt aliqui q; ibi non demonstratur esse ignis, sed demonstratur ignem esse in loco. Ista soluio non est de intentione Auerr. quia ipse habet ibi in cõmento, quòd ibi demonstratur species subiecti artis. Ideo dicamus non inconuenire demonstrari species seu partes subiectiuas, quod idem est, in scientia, vbi illæ ignotæ fuerint. & nulla alia ratione mouemur ad hoc asserendum nisi in casu, quo illæ fuerint ignotæ. nã quid prohibet eas in scientia demonstrari posse demonstratione signi, vbi in tali scientia fuerint ignotæ? & cùm hoc in tali scientia fuerit medium notius, per quod in illa scia demonstrari queant, quod dico propter substantias separatas, q̃ licet sint partes subiectiuæ entis, inquantũ ens, quod est adæquatum subiectum Metaphysicæ, non th possunt demonstrari ex defectu medij. quia nullum aliud est medium, vt dicit Cõmentator ad probandum substãtias separatas esse, nisi motus, vt dicit. 12. metaphysi. cõ. 5. hoc aũt raro contingit in scia, q; tales partes subiectiuæ in scientia demonstrantur: vel qa raro contingit quòd sint ignotæ: vel qa raro contingit illã scien tiam habere medium notius in illa scientia ad illas demonstrandas. Vnde Cõment. 4. cœli. 32. expresse dicit raro istud cõungere. & vt ego puto, hoc non cõungit, nisi ꝓpter alteram istarum duarũ causarum. Propositio igitur ista Auer. non habet veritatẽ, nisi vt in pluribus, nõ semper. & ita est de multis ꝓpõnibus naturalibus, q̃ non sunt veræ, nisi vt in pluribus. Et de hoc non debemus admirari. nã. 2. phy. 48. 62, q̃ sunt à natura, aut sunt semper, aut sunt vt in pluribus.

Solutio.

6. Meta. cõ. 1. Tertia contradictio est in eodem primo commento. Dicitur quòd eiusdem scire est scire quia est rei, & quid sit res illa. Huius th oppositum sequitur ex dictis Auerro. 2. phy. cõ. 26. vbi habet quòd scientia Naturalis bene cognoscit esse abstractorum, non autem cognoscit quidditatem. Soluit. dictũ Philosophi habet locum hic, quando si est inuestigatum fuerit à priori: fallit autem, qñ tale si est inuestigatum fuerit à posteriori sicut ꝓcedit instantia ex. 16. secũdi phy. Et ista glosa est ipsius Aristote. 2. poster. & Auer. tex. cõ. 8. sicut clare videre poteris.

Solutio.

6. Met. t. 4 Quarta contradi. est in tex. 2. Arist. dicit in. 6. meta. tex. cõ. 2. quòd formæ naturales sunt sicut simum, & formæ mathematicæ sunt, sicut cõcauum. vbi colligitur formas naturales non posse secundũ rationem cõcipi sine materia. Sed huius oppositum expresse colligitur. 1. cœli. tex cõ. 92. vbi dicit quòd tam in rebus naturalibus q̃ etiã arte constantibus aliud est secundũ suam propria forma, & aliud vt est mixta cũ materia. Et confirmatur per Auerr. 12. meta. cõ. 39. vbi habet quòd intellectus natus est diuidere coniuncta in esse, sicut diuidit materiam à forma, & formam à congregato ex materia & forma. Soluitur. aliud est formã naturalem rõne esse separabilem à materia, aliud est eam definiri posse sine materia. primum verum est. 2. phys. 12. forma est natura, quæ non est separabilis nisi ratiõe, th definiri non potest. nam definitio est ratio complete significans rem suam esse. Vnde Cõmẽ. 1. de aïa, cõ. 16. dicit quòd formæ naturales non possunt definiri sine materia, alioquin talis intentio esset accepta alio modo q̃ est. Et quia Arist. in. 6. primæ philosophiæ scientiarum speculatiuarũ distinctionẽ venatur penes distinctum modũ definiẽdi, ideo dixit quòd naturales formæ sine materia definiri non possunt, possunt th intelligi & abstrahi à materia. Et hic nota errorẽ illorum, qui non distinxerunt inter modũ abstrahendi, & definiendi. & est differentia magna valde, sicut vides. vtrum autem ista abstractio sit naturalis vel mathematica, de hoc vide quæ scripti super cõsimili difficultate in. 2. phys. in tex. cõ. 12.

6. Meta. tex. 2. Quinta contradi. est super eodẽ tex. Arist. venatur diuisionem Philosophiæ theoricæ ex triplici modo diuerso definiendi, & ostẽdit quòd sunt tres, videlicet Naturalis, Mathematica, & Theologia. Sed huius oppositum inuenimus ab eodem in. 11. primę philosophiæ, in cap. 2. vbi concludit Mathematicam Naturalemq; partes esse sapientiæ. consueuit aũt Arist Metaphysicam nuncupare plerunq; primam Philosophiã Sapientiam, & interdum Theologiam. sicut notat Alex. in. 4. meta. impossibile est autem vt vnum & idem sit pars condiuidens genus, & sit pars postmodum speciei alterius condiuidentis. sicut si irrationale cõdiuidit eũ rõnali a/al. impossibile est irrõnale esse partem rationalis.

rõnalis. Si igit Sapiencia, & Naturalis, & Mathematica sunt partes Philosophiæ theoricæ, quo igit Naturalis, & Mathematica partes poterunt esse Sapientiæ, & est ardua contradictio, sicut vides. Scire igit debes, q; multiplici existentiæ diuisione, vt innuunt Boetius in lib. diuisionũ, & Anuqui Peripatetici: nã aut est generis in species, aut speciei in individua, aut totius in partes, & hoc dupliciter, vel in partes homiomeras, vel i partes anomiomeras, aut est diuisio vocis æquiuocæ i suas significationes, aut est diuisio subiecti in accidentia, aut accidentis in subiecta, aut accidentis in accidentia, aut est diuisio ab vno, vel ad vnũ, dubiũ est qualis sit ista diuisio. Non. n. põt esse generis in species, tũ quia in his, quæ sunt species eiusdẽ gñis, non est hoc prius & illud posterius, sunt .n. simul natura, vt dr in prædicamentis cap. de simul. q̃ sunt idẽ genus condiuidentia: sed in talibus est prius, & posterius, vt patet, natura, quia prima Philosophia est natura prior cæteris. Amplius aũt genus æqualiter participatur à suis speciebus: sed vna species non est particeps alterius. mathematicum aũt genus entium, circa quod scientia Mathematica versatur, quodãmodo est in materia, & sic particeps est entis naturalis, & quodammodo est abstractum à materia, & sic particeps est entis diuinq̃. Nec videt esse diuisio totius in partes homiomeras, quia tales nõ solum sunt eiusdem denominationis cum toto, verumetiam & inter se, sed Naturalis, Mathematica & Diuina licet participent nomen Philosophiæ theoricæ, non sunt th eiusdem denominationis inter se, sicut quæ libet pars carnis caro est. Neq, in partes heterogeneas, quia tales non participant nomen totius, sed Philosophia Naturalis Mathematica & Diuina participant rõnẽ Philosophiæ theoricæ. Naturalis. n. theorica q̃dam est, vt dr in. tex. cõ. 2. in præsenti loco, & similiter Mathematica & Diuina. Nec est diuisio speciei in individua, vt clarũ est, nec substantiæ in accidentia, aut accidentis in substantias, quia cognitio ipsa theorica, & partes eius qualitate. sunt. Nec est diuisio accidentis in accidentia. quia, vt inquit Boetius, diuisio ista enumeratur inter diuisiones. quæ sunt per accidens, quæ sunt tribus modis, vel subiecti in accidentia, vel ecõtra, vel accidentis in accidentia. vnde, si diuidat album in dulce, & in amarum, tale diuisum per accidens verificatur de condiuidentibus, quod in casu non est. nam Philosophia Naturalis per se theorica est, & nõ per accidens. Neque est diuisio æquiuoci in sua significata. quia in talibus non est hoc prius. & illud posterius. tũ quam quia in talibus non inuenitur prædicatio essentialis, & per se, vt notat Commen. in. 4. meta. in c. 2. h. elinquitur igitur q; ista diuisio sit tanquam diuisio eius, quod est ab vno, sicut ab vna Medicina dicit medicinale instrumentũ, & medicinalis dicta, & medicinale pharmacũ, sic ab ipso theorico habitu dr Philosophia Naturalis, & Mathematica. & Diuina theoriæ philosophiæ. & ista est antiqua expositio, & sententia Græcorũ expositorũ. Latini aũt nisi aliter sentiunt, vt poteris videre. Et scire debes, vt dicunt Anuqui Peripatetici, q; in nullo diuisionis modo ex illis, q̃ sunt octo, teste Damasceno, inuenitur dicta fm prius & posterius natura, aut fm magis & minus, nisi in postremo, qñ fit diuisio ab vno, & ad vnũ. vnde fm talem diuisionẽ fit diuisio entis in substantiam & accidens. & ista est expressa sententia Philosophi in 4. primæ philosophiæ in tex. cõ. 2. vbi asserit ens dr multis modis, sed ad vnũ, et ad vnã aliquam naturam, non æquiuocę quã diuisionem Arabes & Latini posteriores appellant diuisionem generis multiplr, seu analogice dicti, quæ sunt media, vt notat Cõmen. ibidem inter æquiuoca, & vniuoca. Pro solutione igit prædictæ contradictionis scias, q; cognitio quidditatum particularium duplex est. Nam quædã est sub proprijs, & specificis rationibus. & de talibus sunt scientiæ particulares, vt Naturalis est de quidditatibus rerũ sensibilium, vt sunt motæ, vel vt habẽt motus principium, & scientiæ Mathematicæ sunt de quanto continuo & discreto: vt continuum & discretum abstrahunt à motu & a materia sensibili. & scientiæ tales sunt distinctæ à scientia Diuina, quæ est de ente inquantũ ens, & non sunt partes eius Naturalis & Mathematica illo modo & sic intelligitur dictum Philosophi in præsenti loco diuidentis Philosophiã theoricã in tres partes, Naturalem, Mathematicam, & diuinam, quarũ neutra subalternat alteri. distinguũtur. n. isti habitus ex diuersis formalibus rationibus definiendi, & abstrahẽdi. Alio modo cognitio quidditatum particularium cõsyderari põt sub rõnibus generalibus, & trãscendẽtibus. sicut quidditas rei sensibilis põt consyderari, vt est ens, & vt est substantia, & quiditas entis mathematici vt est ens, & vt est accidens, vel vt sunt actus, vel in potẽa. & talis consyderatio est pars consyderationis Diuinæ, quia scientia Diuina cõsyderat

Solutio. Cognitio, quidditatũ particularium duplex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ens inquantū ens, & quodlibet inquantum ens. Et ita, ni fallor, intelligitur dictum Philosophi in. 11. meta. asserentis Mathematicā & Naturalē esse partes Sapiē pro quāto videlicet quidditates particulares, de quibus ista cōsyderant, participāt rōnem entis inquantum ens, & quæ enti insunt. Sic cōcordat mecū Philosoph⁹ in principio. 4. & 6. meta. Et concordat etiā Alex. in. 6. met. cō. 5. vbi dicit, & cūm interrogat vtrū vīs sit prima Philosophia, mea quidē sententia non dicit vīs, pro eo, quod est alias cōplectens, quēadmodū exponebamus: sed vīsem p potiore, & nobiliore dixit. Et scribit etiā præfatus Alex. in. 4. meta. in tex. 1. q⁹ prima Philosophia non versat in particularibus entibus, quia tunc non esset à cæteris scientijs particularibus diuersa. & sic exponit dictum Philosophi ibi, qualiter scientia Diuina consyderat ens inquantū ens simplīr aliæ aūt particulares scientiæ partes entis, & fm curā illā. accidētia speculant. Vides igitur, q⁹ non sub eadem rōne aliquid esset sub membro contradiuidente sibi aliquod, sub qua contradistinguitur illi. Nec hoc inconuenit, vt idē sub diuersis respectibus consyderatū, sit distinctū ab aliquo & sit pars subiecta eidē. dicit etenim. Cō. in. 3. cœli & mundi in cō. 9. ens fm q⁹ est respectiuū habet dispositiones contrarias & infinitas, & fm q⁹ est essentia non est nisi vnū. & est quasi sua essentia, cōparatio. n. est accidens separabile à re, res aūt non separatur à se. Michael aūt Ephesius aliter interpretat illū locū. 11. meta. asseru. n. Naturalem philosophiā, & Mathematicā esse partes Sapientiæ, qm̄ iste demonstrant, & non fallunt, quod maxime Sapientiā attingit, ad diuinam Sophisticæ, quæ semper accipit falsū, & Dialecticæ, quę studio persuadendi interdum accipit falsū. Sed ista expositio vera esset, si textus diceret partes esse Philosophiæ, sed asserit esse Sapientiæ. inquit. n. μέρη τῆς σοφίας. Sapientiam autem Arist. primam Philosophiam appellare solet. vnde bene Arist. Philosophiam diuisit in theoricā & practicā, & theoricā in tres partes. Dialecticā aūt nō partē Philosophię sed instrumentū virtuosū opinar⁹ est esse, vt notat bene Alex. in topicis, & in lib. priorū, licet, Plato aliter sēserit, vt dixim⁹ alibi.

& formæ est agere & mouere. 2. de generatione. tex. cō. 55. & 9. meta. tex. cō. 20. & 3. phy. 17. materiæ aūt est moueri, & pati. vnde qualibet forma, siue materialis, siue separata fuerit, actiua est: nec aliqua sub hac ratione, qua forma est, est passiua: qa passiuū esse insequitur potentiam, quæ est primo diuersa ab actu. Si igitur aliqua forma passiua fuerit, ista passibilitas competit sibi rōne, qua potentia participat. passibilitas aūt ista duplex est, quædam signata, & realis, & ista insequitur primo fm Philosophos materiam quantam. Vnde, si qua forma passiua fuerit passione, & receptione signata, siue realis, siue spiritualis fuerit, hoc est rōne materiæ, sicut scribit Commen. cōm. 5. 3. de anima ad principium cū, & cō. 38. Alia est passio & receptio vlis, & abstracta, & illius ratio est intellectus. possibilis, qui nullam aliam naturam habet, nisi quia possibilis vocatur est & ille intellectus est materia intelligibilium. & est quartum genus entium: sicut dicit. Cōm. 3. de anima. cō. 5. in solutione. 3. qōnis. Si formæ igitur existentes in materia reali passione patiantur, hoc est rōne materiæ. Vnde Cōmen. 4. cœli. cō. 22. dicebat. forma in motu elementi mouet, sed vt est forma in materia mouetur, q. etiam sensitiuæ virtutes signatæ recipiāt est, quia sunt in materia. Sequitur igitur q. cùm omnes formæ à materia separatæ præter animam nostram intellectiuam, quæ infima est fm ipsum inter abstracta. 3. de anima, cō. 19. nullo modo passiuam esse non essentialiter quia cuiliber formæ, vt forma est, repugnat essentialiter pati, etiam materialibus. vnde Cōmen. 3. phy. cō. 5. qui dixerit formas per se moueri non est amplius loquendum cū eo in hac scientia, neque etiam accidentaliter, quia forma accidentaliter patitur ratione potentiæ, quæ vel est materia, vel est intellectus possibilis. in talibus autem non est materia: ideo non possunt pati passione reali & signata fm Philosophos, neque etiā passione spirituali, quia non intelligunt per receptionem, nec in eis est vere intellectus possibilis. licet Cōmē. videatur illud dicere, sed fm rationē, vt alias declarauimus. Nullo igit' modo pati possunt tales formæ, neq; per se, neq. per accidens, nec passione reali, nec spirituali, cùm intelligant per essentiā, & non per species fm Philosophos. Anima aūt intellectiua, cum sit infima inter abstracta, cùm sit composita ex intellectu possibili vere, & ex intellectu agente, ratione possibilis passiua est ratione vero agentis est actiua. sed passio ista est alterius rationis à passione materiæ, sicut scribit Commen. 3. de anima cō. 38. vbi formaliter ponitur ista solutio ad instantiam motam à nobis hic, sicut tu diligenter potes ibi videre.

Secundā contradi. est super tex. 3. Aristo. & Commen. ponunt differentiam hic inter potentias rationales, actiuas, & irrationales quia rationales sunt contrariorum, irrationales vero nequaquam, sed vnius tantū per se loquendo. Sed est instantia de virtute motiua voluntatis: cuius nedum est mouere corpus de loco ad locum, verumetiā & retinere. sicut auis volans in aere. dum sibi ipsam, ille status causat' à tali virtute motiua. & similiter homo, qñ stat erectus, ille stat' à tali virtute causatur, alioquin homo non posset stare, si ille status ab illa virtute non esset, sed caderet. quemadmodum si homo dormiens poneretur erectus, vt dicit Galenus in lib. de rigore, & tremore. Amplius per eandem virtutem mouetur graue deorsum, & quiescit deorsum, & patet, q. virtutes istæ sunt irrationales, sicut patet Auer. aūt videtur soluere primam difficultatem occulte in. 2. phy. cō. 48. videtur. n. velle, q. virtus concupiscibilis est de virtutibus passiuis apta nata recipere duo cōtraria æqualiter. & quia ille motus voluntatis fit à virtute concupiscibili, quę determinat' ab obiecto, tū cessat primum. Ad fm aut ē diceret q. virtus grauitatis per se, & primo est causa quietis, & secundario est causa motus. quia elementum est in potentia accidē tali ad motum deorsum, quæ est potentia violenta, postquam passum est violentiam. In hoc igitur consistit differentia, quia virtutes actiuæ rationales per se, & principaliter ex sua natura sunt indeterminatę ad agē dum duo contraria æqualiter, sed naturales vnum per se, aliud per accidens, aut vnum ex principali intentione, aliud vero secūdario, sic calidū per se calefacit, sed per accidens infrigidat, & frigi dū per se infrigidat, & per accidens calefacit, & quandoque accidit, vt effectus per accidens sit validior effectu per se. vt patet expertis in naturalibus. Nec videatur ubi mirum, si dixerim formā grauitatis per se primo esse causam quietis, & non motus. nam ista est etiam sententia Auer. in. 4. cœli. in cō. 26. & hoc etiam supra notaui ubi.

Tertia contradi. est in cō. 19. Scribit Cō. q. potentia ad sanitatē & ad ægritudinē est eadem. Oppositum patet. 3. phyſi. tex. cō. 10. vbi habet q. si potentia ad sanitatē & ægritudinem

9. meta. tex. 3.

9. meta. com. 19.

Solutio.

De potentia subiectiua, & obiectiua.

Solutio.

tudinem esset vna, tunc sanitas & ægritudo esset vnum & idem. Soluitur, loquitur hic potentia subiectiua, quia eadē est materia contrariorum. sed. 3. phy. loquitur de potentia obiectiua. idem aūt est ens in potentia obiectiua ad actū, & ens in actu. Vnde Cō. dicit. 8. meta. com. 15. agens extrahens aliqd de potentia ad actum non largitur multitudinem. sed perfectionem. &. 12. meta cō. 18. iuxta dimidium agens naturale non cōgregat inter diuersa. Nota tū hic, q. potentia ista subiectiua, & obiectiua vna & eadem est realiter, sicut mihi videtur pro nunc. sed fortiuntur tales potentiæ distinctas denominationes in ordine ad diuersa, sicut est de actione, & passione. vnde pluralitas entium est euitanda inquātum est possibile. Dico, q. vna & eadem forma, vt est in potētia materiæ, appellatur vt hic esse in potentia subiectiua: sed eadem forma vt est i potentia actiua agentis, dicitur esse in potentia obiectiua, in ordine. s. ad actum. vnde, cùm fm Auerro. 12. meta. cō. 18. oēs formę sint in potentia in prima materia, & sint i actu in primo motore, tales sunt in potentia subiectiua, & passiua materiæ. cùm aūt potentia passiua sit principium trasmutandi ab altero inquantum alterum, videtur mihi q. sit vnus respectus realis, qui respicit tam subiectum, q̄ formam, vt in subiecto inducitur ab agente. sed diuersas sortitur denominationes, vt ad diuersa extrema compārātur: sicut eadem est distantia inter superius & inferius, inter Thebas & Athenas, non tā est idē distare. & ita ego vaeo ponere potentiam obiectiuam realiter distingui à subiectiua in via Auer. & licet multi teneant hoc, tū mihi videtur in via eius. & forte etiam in via Arist. illā non distingui re à subiectiua: quia est principiū per se notum, & ab omnibus Peripatheticis concessum, q. quicquid est possibile respectu agentis, est possibile respectu patientis, & quicquid est possibile respectu patientis, etiam illud possibile est respectu agentis. & hoc loquendo de vera potentia. nam aliter aliquid esset otiosum in natura. & fiustratorium, contra Philosophum. 1. cœli. 32. Et ideo recte diximus nos euitantes pluralitatem entium, iuxta consuetudinē principis nostræ militiæ Aristo. inquantū est possibile, q. respectus ille ad subiectū, & ad formam vt est ab agente vnus & idē est re, sed ratione distinguitur. Sed Theologi nostri, qui habent principia opposita principijs Philosophorum, tenent aliquid esse possibile respectu agētis, quod nō fuit possibile respectu passi. ideo habent de necessitate ponere istos respectus realiter distingui. Vnde mundus ante sui creationē erat in potentia actiua agentis. s. Dei, creatoris, non erat aūt in potentia subiectiua alicuius passi, cùm ex nihilo creatus sit. Similiter angeli ante sui creationem erant i potentia actiua Dei: non aūt erant in potētia passiua alicui⁹, cùm ex nihilo sint creati. immo materia prima fuit in potentia ante sui creationem actiua Dei: in nullius tñ potentia subiectiua fuit. quia primum potentiale in nullius est potentia subiectiua. aliter esset primum & non primum. & ideo Theologus differens à Philosophis i principijs habet etiam discordare in conclusionibus, sed velle tenere conclusionem physicam per principia Theologica distincta à Physicis, vel econtra, ridiculum est. Et ideo subtilissimus Scotus, videns ista vera esse theologicæ, voluit ponere potentiam obiectiuam distinctam à subiectiua mot⁹ vt mihi videt per ista fundamēta. de Arist. in hoc tantum curabat, inquantum authoritates eius glosare posset, ne veritati theologicæ obuiaret. Quòd aūt hoc non possit ipse tenere in fundamētis Philosophi mihi videtur hoc posse rationibus conuinci sic. Nam fm te Arist. ideo ponit potentiā obiectiuam, quia diuisio bona debet enactuare totam naturam diuisibilem, sed Arist. diuidēs ens per potentiam, & actum intellexisset potentiam subiectiuam tantum, & non obiectiuam, tunc sub tali diuisione nō cōprehenderetur omne ens, sicut patet de angelis, de mundo, et materia prima ante sui creationem, quæ erant res in potentia non subiectiua, nec erāt res in actu formali, vel existentiæ ergo oportet dicere potentiam, quæ est dita entis, esse potentiam obiectiuam. Amplius. 9. meta. tex. cō. 13. actus & potentia sunt eiusdem generis sed hoc nō potest de potentia subiectiua verificari. q. a substantia potest esse potentia subiectiua quantitatis, & patet. q. ista sunt diuersorū generum. Trahitur illud sic per Auerro. 8. meta. cō. 15. agens extrahens aliquid de potentia ad actum nō largitur multitudinē, sed perfectionē. & hoc idem habet. 12 met. cō. 18. vbi habet q. agens apud Aristo. non congregat inter diuersa. & hoc idem habet 3. phy. cō. 9. q. potentia & actus sunt eiusdē generis. & patet istæ authoritates non posse salvari de potentia subiectiua: sed de necessitate sunt verę de potentia obiectiua.

& in

Universidad de Deusto
Biblioteca


& in tantum processerunt cum huiusmodi authoritatibus plerique non modicæ authoritatis viri, vt de intentione Auer. substinere ausi sint potentiam obiectiuam distingui a actiua, & à passiua potentijs, nec non à logica potétia, quæ nil aliud est q̃ respectus rationis ex non repugnantia terminorum causatus. & ista per vitam meam non possunt sustineri de mente Philosophorũ. Et vt ægritudini eorũ succurramus, ostendamus eis causam erroris eorũ & est, quia ponentes potentiã obiectiuã, coacti sunt ad illud ex principio repugnante Philosophiæ & est q̃ aliquid esset in potentie respectu agẽtis tantũ, quod non est in potentia passi. & hoc non concedit à Philosophis in reb⁹ nõ uis. immo ipsi dicunt omne, qđ est in potẽtia actiua agẽtis, est in potentia passiua alicuius subiecti, intra illud Cõm. allegatum supra. oẽs formæ sunt in potentia passiua materiæ, & sunt in potentia actiua primi motoris. patet modo q̃ fm Theologos aliqua forma ante sui productionem est possibilis possibilitate, qua respicit agens tantum & ideo istam potentiam à qua possibilis denominatur, nuncupauere obiectiuã. sed Philosophus dicẽs oppositum huius, oportet negare secundum ipsum talem potentiam distingui à potentia passiua, quia per potentiam passiuam forma est possibilis ex parte subiecti eũ respectu ad agens. quia. 9. meta. tex. cõ. 2. potentia passiua est principium transmutandi ab altero inquã tum alterum potentia. n. passiua definitur per actiuã, & econtra. vnde. 2. phy. 48. & 8. phy. 79. & in pleris̃q̃ locis in libro destructionũ contra Algazelem, quicquid est possibile per principium passiuũ intrinsecũ, est possibile per principiũ extrinsecũ actiuũ. Et q̃ ens non diuidat per potentiã obiectiuã, sed per potentiam subiectiuam ostenditur sic. Philosophus. 12. meta. tex. cõ. 8. volẽs declarare q̃ sit esse materiæ diuidit ens per potentiã & actũ, & ibi declarat materiã contineri sub potentia, & non sub actu quia est illud, ex quo ola fiunt per transmutationẽ. manifestũ est aũt potentiã, ex qua aliquid transmutatur, esse potentiã subiectiuã non obiectiuam. quare entis diuisio per potentiam & actũ non est fm Philosophos per potentiã obiectiuam, quia tũc argumẽtum Philosophi adductum esset in quatuor terminis. Amplius Commentator in 12. meta. cõ. 16. declarans intentionem Philosophi. inquit q̃ ibi intendit indurere aliũ modũ, quo principia omnium prędicamẽtorum sunt eadẽ, & est pro quanto actus, et potẽtia sunt in omni genere. & q̃ actus habet reduci ad formam, & potentia ad materiam, & q̃ potentia, & actus propinqui sunt distincti in distinctis prædicamentis. vult ergo potentiam subiectiuam, & actũ esse principia prædicamentorũ omniũ, & non obiectiuam, cũm dicat potentiam reduci ad materiam, & actum ad formã. Amplius ipse in. 5. meta. cõ. 14. vbi declarans, qũo actus, & potentia sunt in omni prædicamento, exponens exemplũ Philosophi in prædicamento substantiæ de forma mercurij, dicit, q̃ in lapide est eadẽ forma mercurij, & in actu, & in potentia, & declarans qũo sit in potentia dicit, q̃ est in potentia, quia habet naturam recipiendi eam: actu vero habet eam quando actu recipit eam. vbi patet de intẽtione eius potentiã, in qua mercurius est, subiectiuã esse, non obiectiuam. Nec valet dicere obiectiuã debere poni propter respectum ad agens, quia iste respectus importatur per subiectiuam, cũm sit principiũ transmutandi ab altero inquãtũ alterũ, & ita non oportet entia sine necessitate multiplicare. Et ideo, sicut mihi videtur, saluo semper meliori iudicio, de intentione Philosophi potẽtia ista obiectiua non est distincta re à potẽtia passiua. quia ista potentia obiectiua, si ponit, non est propter aliud, nisi propter respectum, qué importat forma ad ipsum agens: sed, cũm iste respectus sufficienter importetur per potẽtiam subiectiuã, seu passiuam, sicut clare patet ex definitione potentiæ passiuæ posite in. 9. meta. & in. 5. propter hoc dicimus de intentione Philosophi non dari potentiam obiectiuam, tanquam rem distinctã à subiectiua. Et dicimus q̃ diuisio entis per actum & potentiam est per potentã subiectiuam, & sic dicimus agens extrahens aliquid de potentia subiectiua ad actum non largiri multitudinem, sed perfectionẽ. quia vna & eadem est res, quæ est in potentia subiectiua materiæ, & in potentia actiua agentis, cum re, quæ actu producta est. & sic agens apud Aristo. non congregat inter diuersa. Et sic dicatur consequenter q̃ potentia subiectiua, & actus sunt eiusdem generis loquendo de potentia subiectiua proxima. nam vt dicit Philosophus, & Cõmẽ. 12 meta tex. cõ. 12. licet principia omnium decẽ prædicamentorũ remota possint esse eadẽ, quia principia prædicamenti substantiæ sunt prime pia o um prædicamentorũ, tñ principia ꝓxima vnuscuiusq̃ sunt sibi propria.

propria. & sic patet qũo actus & potentia circuunt omne genus, & qũo sunt eiusdẽ generis, ista est mens Philosophi, & Auer. 12. met. 26. Quod aũt dr de angelis, & de materia, & corporibus cœlestibus, quia non sunt in potentia subiectiua, sed obiectiua, patet, q̃ hoc nihil est contra Philosophum, & Commen. sed apud Theologum bene illud haberet vim. Cogita ergo & consydera, q̃ ex diuersis principijs diuersę sequuntur conclusiones. Et ideo Auer. plerũq; dimauit Aue. in hoc appellans ipsum medium inter Peripateticos, & loquentes.

4. meta. com. 19. Quarta contradi. est ibidẽ. Dicit q̃ in absoluus à motu reperitur melius. Oppositũ patet. 3. meta. tex. cõ. 4. vbi dr in immobilibus non est ratio finis, neq; boni. Soluitur. Solutio. immobilia duplicia, quędam fm esse, & definitionem, sicut sunt substantiæ separatæ, & quędam sola definitione. tunc dico, q̃ in immobilibus sola definitione, qualia sunt ens mathematica, non est in eis ratio boni, neq; finis, quia talia fm esse separata nõ subsistunt. quia, si subsisterent, esset in eis bonum, ipsum esse ipsorum. sed talia sole ratione à motu separata sunt, & sic abstrahunt à ratione finis, qui habet rationẽ mouentis. Nec est inconueniens q̃ in aliquo ente fm rationem non sit bonum, vel ratio boni, cũm ratio entis sit prior quàm ratio boni. loquitur igitur Commentator hic de rebus separatis secundum esse & definitionem à motu, quia in talibus bene potest esse ratio boni, immo summi boni.

SOLVTIONES contradictionum in dictis Arist. & Auerrois,

Super Decimo, & Vndecimo Metaphysicorum.



10. meta. com. 6. Contradictio est in com. 6. In nenimus contradictionem satis apparentẽ. Quia ibi Cõm. dicit q̃ hoc nomẽ ens de pluribus dicitur q̃ vnum. Huius th oppositũ legimus in. 4. meta. tex cõm. 3. Solutio. Solui potest sic, q̃ ens de pluribus dicitur quidditatiue q̃ vnũ. nam eius quidditatiue dicitur de suis partibus subiectiuis: non aũt vnum præcipue fm viam communẽ quantitatiuam. Beatus doctor super. 4. meta. hoc idẽ de vno tenere videas. Et tunc fm istam solutionẽ authoritas Cõmẽ. taliter habet interpretari. ens dr de pluribus q̃ vnũ, vt cũm dr de significato rei, i. quantum ad quiditatem rei, seu quiditatiuã prædicationẽ: sed quantum ad prædicationem identicam de quot dr ens, de tot etiã dr vnum: quia ens, & vnũ, vnam & eandem naturam significant fm Cõm. cõ. 3. quarti meta. & cõ. 8. de cimi huius. Aut aliter, & subtilius meo iudicio, ens dr de pluribus q̃ vnum, qñ dicit de significato rei propter hoc quia stat multa esse vnum subiecto, quæ th in significato rei sunt distantia, & fm definitionem ipsam, sicut patet expresse. 1. phy tex. cõ. 21. vbi Philosophus reprehendit Antiquos fm expositionem Cõm. in hoc, quia credebant ens & vnũ semper idem significare ad modum dictum. Et sic patet contradictionis solutio. nam ens, & vnum, aut sumuntur quo ad natutam significatam, & sic idem significãt, vt patuit, aut sumuntur quò ad significationes, & rationes rerum, & sic de pluribus dicitur ens, q̃ vnum, quia stat aliqua vnum esse subiecto, & talia esse plura fm rationes & significationes. Vide, vt dixi cõ. 21. primi phy. & sic Commentatorem per Cõmentatorem expone, quia nil melius, q̃ ipsummet authorem suimet interpretem esse, quia nemo nouit melius proprium mentem, quàm ipsemet author.

10. meta. com. 7. Secunda contradi. est in cõ. 7. Auer. dicit non est dicendũ colores componi ex albo & nigro, tanquã ex duobus principijs. Huiꝰ tamen oppositum scribit ipse expresse. 5. phy. 6. 19. 52. & hic cõm. 23. Solutio. aliquorũ. Soluitur. forte propter istam authoritatem motus fuit Burleus. & multi Auerroistę ad tenendum de intentione Auer. duo contraria non posse esse simul in eodem subiecto. Et q̃ magis auget difficultatem hanc, est etiam authoritas eiusdem in. 4. meta in tex. cõ 16. vbi assignat causam, quare cõtraria nõ pñt esse in eodẽ, & est quia vnũ contrariũ est priuatio alterius. & hoc etiã dicit ibi Philosophꝰ in litera & parũ infra Commen. dicit q̃ in contrarijs immediatis talia non possunt esse in eodem subiecto simul, sed successiue. contraria vero habentia mediũ possunt esse in medio potentia, nõ actu, nec perfecte & hoc videtur fauere opinioni illorũ, qui dicunt talia media inter cõtraria esse cõposita ex extremis quãtũ ad denominationẽ, non aũt quantũ ad esse, pro quanto mediũ comparatũ vni extremorum, sortitur nomen alterius, sicut pallidum respectu nigri albũ dicitur, & respectu albi dicit nigrum.

Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed proculdubio ista non fuit mens Auer. quia tunc peteret motus inter contraria habentia medium: sicut ipse deduxit. 10. huius cō. 23. nam in omni motu vnitatis prius, muratur forma in medio, q̄ in extremo, & ideo si in tali medio non esset formaliter fm aliquem gradum forma, ad quam fit motus, tunc talis motus nō posset esse successiuus, neque vnus. Dicamus igitur ad

Solutio proptia. authoritates in oppositum adductas. Ad primam hic, quando dr colores non esse compositos ex extremis, verum est tanquā ex duobus principijs mensurantibus perfectionem, & esse ipsorum. nā cūm semper vnum contrariū sit, vt dr in litera, sicut priuatio alterius, ideo impossibile est ambo rationem mensuræ habere, quia tunc mēsuræ attribuitur habitui non priuationi. vn de Philosophus in litera vult probare inductiue, qualiter in omni genere est vnum primum, quod est metrum, & mēsura omnium existentium in illo genere, & sic i genere colorū est albedo. colores igitur medij non componuntur ex extremis. tanquā ex duabus mensuris. Ad authoritatem aūt Philosophi & commenta. 4. meta. tex. cō. 26. q̄ contraria non possunt esse simul in eodem, quia vnū est priuatio alteri⁹. Solutur verum est de contrarijs in illis gradibus considerati, in quibus contrarietatē habent. non enim tenemus albedinem sub quolibet gradu nigredini contrariari, nec calorem frigiditati: sed sub esse actuali, & perfecto contrariantur: & vnum, vt sic, est priuatio alterius. Ad authoritatem Auer. in eodē cō. qñ dicebat q̄ in contrarijs mediatis talia possunt esse in eodem potētia, non actu, nec perfecte. Dico q̄ per potentiā ibi non intellexit puram potentiam: quia tunc nulla esset dria inter contraria mediata, & immediata penes hoc nam etiam contraria immediata possunt esse in eodē subiecto in potentia pura. per potentiam igitur intellexit potentiam actui admixtā, sicut in simili ipse dixit in fine primi de generatione, vbi exponit qūo elementa sunt potentia in mixto, per potentiam exponit pro quanto non sunt in mixto, in suo esse perfecto, sed refracto. Et ideo caueant Burleus, & alij ad pauca respicientes de intentione Commen. negare contraria non posse simul esse in eodem sub aliquo esse refracto: quia tunc etiam oporteret dicere elementa non esse formaliter in mixto fm ipsum Auer. Discordant igitur in principio & volunt cōcordare in conclusione. & hoc non est possibile. Sic etiā exponit scipsum Commen. cō. 6. super. 5. phy. sicut videre potes. Videas etiam qualiter glosa Burlei non potest stare, q̄ media inter contraria componuntur ex extremis, quantū ad denominationem, non quantum ad actualem cōpositionem. Nam. 4. cœli. cō. 16. Auer. distinguit de duplici medio, fm comparationem, & fm compositionem. media fm cōparationem cōponuntur ex extremis quantum ad denominationem. sicut ipse dicit, non quantum ad esse. sicut dicimus aerem esse medium inter ignem & aquam fm cō parationem, quia respectu ignis est grauis, & respectu aquæ est leuis. non tamen componi dicitur propter hoc ex graui & leui. sed media fm compositionē sunt illa, in quibus extrema actu sunt in esse, non in comparatione tantum. & ideo distinctio Commen. nulla esset, quia membra coinciderent, si aliqua media ex extremis contrarijs, non actu, permixto tamen potentiæ essent composita ex talib⁹ extremis. & hoc est certū, nec alicui parū exerci tato in via istius hominis dubium esse potest.

Tertia contradi. est in cō. 10. Auer. Scribit q̄ linea arcualis nō potest æquari lineæ rectæ. Oppositum sequitur de quadratura circuli, sicut patet in prædicamentis. Solutio. aliqui non mediocris authoritatis viri tenuerunt quadraturam circuli minime dari posse. nam, cūm figura circularis, & figura recta sint alterius rationis, minime videnē comparabiles adinuicem, per regulam Philosophi positam. 7. phyticorū. tex cōm. 31. Et confirmant hoc sic, æqualia per communem animi conceptionem sunt, quæ adinuicem superposita non se excedunt adinuicem, nec exceduntur. modo curuum superpositum recto nunquam æquari potest remanendo in sua curuitate, sicut patet. Et confirmatur authoritate Philosoph. 7. phy. tex. cō. 21. vbi probat motum circularem non esse comparabilem motui recto, quia tunc magnitudo recta esset comparabilis magnitudini circulari: quod falsum est, & impossibile apud Aristot. propter superius adductam rationem. Ad authoritatem aūt Philosophi in prædicamentis, dum dicit in capitulo de ad aliquid quadraturam circuli scibilem esse, dicunt, q̄ Arist. loquatur ibi sub conditione & non affertiue. & quantū ad hoc verum dicunt, quia litera taliter iacet. scientia vero si non sit, nihil prohibet scibile esse, vt quadratura circuli, si est scibilis, scientia quidem eius nōdum est. Boetiꝰ autem

10. meta. com. 10.

autem vir summę authoritatis in omni scientia, & Latinorum gloria, asseuerat ibidem scientiam illam post Aristo. tempora inuentam fuisse. sed ipse breuitati studens voluit supersedere a tali demonstratione. Nos igit dicamus non inconuenire aliqua conuenire magnitudinibus mathematice consideratis, quæ tū repugnant magnitudinibus essiłem, vt à Naturali considerantur. sicut pulchre declarat Commen. 1. cœli com. 32. vbi dicit motui circulari mathematice aliquid contrariari, non naturaliter. similiter. 4. phy. 72. linea mathematica in infinitum potest diuidi, non aūt vt est terrestris, vel ignea. Sic etiam naturaliter considerando magnitudinem circularem, & rectam, non sunt comparabiles: quia iste considerat res, vt sunt in motu, et in re extra, & q̄, vt dicebaſ, cum æqualia sint illa, quę inuicē superposita non se excedunt, nec excedunt à se inuicem. & ideo fm rem curuum, & rectum non possunt æquari, quia tunc curuū non esset curuum. sed Mathematicus, cuius propositiones oēs sunt verę ad imaginationem. 3. phy. 60. tenet figuram rectam comparabilē esse figuræ circulari: quia ipse imaginatur, q̄ est possibile, q̄ linea recta incurretur, & fiat circularis. & ideo ipse etiam dicit q̄ linea recta est breuissima, quæ duci potest inter duo pūcta. ex hoc patet, q̄ Geometra comparat lineam rectam curuæ, cū tū æqualitas fm rem dicatur fere æquiuoce. sed istud dictum est large verum, & ad imaginationem. & ita etiam ad imaginationem dicit figuram multorum angulorū comparabilem esse figuræ rectæ. Et ista est solutio Auer. expresse. 7. Phy. cō. 29. sicut videre poteris. Et per hoc possumus moderno cum Boetio concordare de quadratura circulari, q̄ est possibilis mathematice, & sic locutus est Boetius in prędicamentis: naturaliter aūt dictum Modernorum procedit, non aūt absolute, & simpliciter. Et istud multotiens est, quod ducit doctores in graues errores, quia nesciunt discernere considerationem à consideratione. & sic quæ repugnant vni considerationi credunt alij repugnare. sed non est ita, sicut vides. & hoc forte fuit in causa, q̄ Arist. in prædicamentis locutus est sub conditione, dum dixit, si scibilis est. quia ipse videbat non fm quālibet considerationem subilem esse talem circuli quadrationem.

10. meta. com. 13. Quarta contradi. est in cō. 13. Dicit Cōm. q̄ contrarietas in loco est causa contrarietatis in substantijs. Huius tū oppositū patet 5. phy. cō. 10. vbi habet contra Alexandrum in substantijs nullam esse contrarietatem. Solutur in substantijs est contrarietas, quātum ad qualitates suas. ideo Philosophus in 2. de generatione & corruptione. tex. cō. 49 dicit q̄ igni contrariatur aqua, vt contingit substantiam substantiæ contrariam esse. & hoc non propter aliud dixit, nisi quia videbat formas substantiales fm se non habere contrarium, sed ratione suarum qualitatū, sicut ipsemet scipsum declarando in eodē. 2. in tex. com. 24. dicit. elementa omnia habent contrarietatem adinuicem, quia differentiæ contrariæ insunt his. Sic igitur contrarietas in loco est causa contrarietatis in substantijs, non quantum ad esse substantiale, sed quantum ad esse qualitatiuum.

Solutio.

10. meta. com. 22. Quinta contradi. est in cō. 22. Habet. Commen. scienuam esse in qualitate, & scitum in substantia. Sed. 7. phy. 20. dicitur q̄ scientia est in relatione. Solutur. non incōuenit idem in diuersis prædicamentis esse fm diuersas rationes. sic scientia nostra, quæ causaſ à rebus, qualitas est, sed est relatio fm dici, quia ad scibile refertur, licet scibile ad scientiam, aut non referatur, aut relatione rationis referatur. Assimilatur etiam scientia relationi inquantum in indiuisibili consistit, & inquātum in ea non est per se mot⁹.

Solutio.

10. meta. com. 23. Sexta contradi. est in cō. 23. Ait Commē q̄ partes in composito sunt in potentia. Sed oppositum dixit ipse. 5. phy. 6. 19. & 59. & nos paulo ante oppositum determinauim⁹ in cō. 7. Solutur sic. ibi. per potentiam non intellexit potentiam puram abijcientē omnem actum, sed potentiam actui permixtā. vnde partes, vt sunt in toto, non habent tantam actualitatem, quantam habent ipsa, cūm sunt totū. & ideo vt in toto inexistūt, dicuntur esse in potentia, i. in quodā modo potentiæ: qui modus permixtus est actui.

10. meta. tex. 14. Septima contradi. est in tex. 14. dicit Philosophus, q̄ materia negatione ostenditur. Sed huius oppositum habetur in. 1. phy. tex. com. 69. vbi habetur q̄ cognoscitur p analogiam ad formam. Solutur duplex est materiæ notio. vna est, quam dat nobis prima scientia Naturalis. & istam venamur per tranſmutationem, sicut processit Philosophus in. 1. phy. & illo modo materia cognoscitur p comparationem ad formam. Alia est posterior fm ordinem doctrinæ. & illā tradit nobis scientia Diuina, & in tali consideratione materia abstrahitur ab omni forma, & cognoscitur per negationem omnium formarum. intellectus enim, vt scribit

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cõm.12.meta.cõmen.39. innatus est diuidere adunata in esse. sicut diuidit materiã à forma.& materia secundum talem consyderationem non habet esse extra animã: quia tunc quod nõ est in actu, esset in actu vt deducit Commenta. 2.physi.c.12. sed solum habet esse in anima: quia sic est rationis obiectum solum.& sic consyderata materia.pertinet ad Diuinum talis consyderatio,vt pulchre notat Cõmen. 12. metaphy. commen.14.

10. meta. com.24. Octaua contradi.est in commen.24.Dicit Commenta quòd genus significat materiam.Huius oppositum patet primo meta. 17. Solutur. aliud est,genus esse materiã, aliud ipsum materiam significare,& à materia sumi.primum est falsum, vt ipse probat primo metaphysi.17. & 12. metaphysi. commen.14. secundum autem verum est. vide secundo cœli commen. 49.& 7. metaphy. 43. Et hoc est rationabile. nam,sicut dicit Commen.primo de anima commẽ.5. partes definitionis sumuntur à principijs, quæ sunt in re. Et ideo à principio potentiali sumuntur genus, & ab actuali differentia. Ideo dixit Porphyrius in capi.de differentia q genus est proportionale materiæ, & differentia formæ.

Solutio.

11. meta. tex.9. Contradi.est in 11. metaphysi. super tex. 9. Aristo.dicit, quòd infinitum non eodẽ modo est in magnitudine,motu,& tempore,vt vna quædam natura, sed quòd posterius est dicitur secundum prius, vt motus propter magnitudinem, in qua mouetur, & tempus propter motum,& eandem sententiam videtur asserere in.6.physi. in tex. cõm.70.& in.4.physi.in tex.commen.99. ex quo videtur motum esse continuum & infinitum principaliter ex parte magnitudinis,in qua fit motus, & non ex parte mobilis.quod etiam Philosophus in. 5. meta. tex.com.18.expresse testatur. Sed huius oppositum determinat Arist. in.2.de generatione & corruptione in tex.cõm.62.Soluitur.motus: vt inquit Commen. habet duplices partes.quædam sunt simul, & talem partium diuisionem sortitur motus à mobili in quo est, vt in subiecto: motus enim est in mobili, & non in motore, & habet alias partes in successione existentes,secundum quas mensuratur à tempore. dico igitur, q tales partes & diuisionem in infinitum motus sortitur ex diuisione magnitudinis,super qua mobile mouet. sed alias, quas simul habet,sortitur à mobili.sic loca pugnantia concordabis.

SOLVTIONES contradictionum in dictis Auerrois,& Aristotelis.

Super Duodecimo Metaphysicorum.

12. Meta. com. 6. AVerroes in suo. 12. super. 12. meta. Aristote.cõ.6.inquit,q Naturalis consyderat causas mouentes,& materiales ipsi⁹ sensibiles subiantiæ, formales autem & finales cõsyderare non potest. Huius oppositũ legimus. 2.phy. 70. vbi habet q Naturalis omnes causas consyderat. Soluitur.memini me dixisse in.2. phy.cõ.1. & in prologo Auer. differentiam esse dicere Naturalem omnes causas consyderare, & dicere ipsum cõsyderare omnes primas causas.primum est verum,secundum vero falsum.duas primas causas consyderat Naturalis,& duas alias primus Philosophus. primum motorem, & primam materiam Naturalis consyderat? sed Diuinus primã formam & primum finem. vide loco allegato super.1.phy. quia late disputaui. vide com.3.tertij meta & cõm.4.&.19.7.meta. & in prologo suo super.1.phy.& in.4. metaphy.commen.1.

Solutio.

12. meta. com.9. Secunda contradi.est in commen. 9.Dicit Cõmẽ.q Democritus fuit propinquior in aspiciendo materiam.Sed oppositum legimus.1.phy.com.79. vbi illud Platoni attribuit,non Democrito. Soluitur. procedit dictum eius de illis,quos enumerat Philosophus hic,& vniuersaliter de his, qui fuerunt ante Aristo.sed Plato,qui fuit in eodẽ tempore cum Arist. fuit propinquissimus in inspiciendo natura materiæ.& sic intelligitur dictum Auer.in primo phy.cõ.79.

Solutio.

12. meta. com.12. Tertia contradict.est in 12. commen. Inquit Commen.q nec forma, nec materia generatur. Sed oppositum patet de materia primo phy. commen. 60. vbi habet, q materia vere generatur. Soluitur. materia, & forma non generantur, vt terminus per se totalis generationis. nam ex procemio metaphy.actus & generationes omnes circa singularia sunt.& ideo dixit. Commen. ad illum sensum hic q, si materia & forma generarentur isto modo,tunc materiæ esset materia,& sic in infinitum.& ita etiã de forma procedit,q illius esset forma, & sic in infinitum.materia tamen vere generatur subiectiue,sicut ipse dicit in cõm.60. primi physicorum.

Quarta

12. Meta. com.14. Quarta contradi.est in cõ.14. Forma nõ comprehenditur sensu, dicit Cõm. Sed oppositum huius patet. 2.de anima. 63.vbi dicit q cogitatiua hominis cõprehendit intẽtiones individuales decem prædicamentorum.Soluit.forma non cõprehenditur à sensu in eo,q sensus. sic intelligit dictũ ei⁹ hic, tũ forma comprehẽdi potest à sensibus hominis in eo,q sensus hominis sunt. sic intelligitur dictum eius. 2.de anima. 63.sicut ipsemet seipsum glosat ibidem in cõ.65.illius secundi. Et hoc etiam ipse asseuerat in cõ. suo super libro de sensu,et sensi.ad finẽ, vbi dicit,q homo cõprehendit differẽtias rerum,& intentiones earum proprias, quæ sunt in re sensata,quasi medullã de fructu: in animali aũt bruto cõprehendunt ea,quæ sunt extra, quæ sunt quasi cortices fructũ. Alia etiam solutio dari posse, quam etiam in simili tetigimus in alijs locis. sed breuitatis gratia ad præsens dimittatur.

Solutio.

12. meta. com.16. Quinta contradi.est in cõ.16.Commen. dicere videtur materiam præcedere formã. Huius tamen oppositum vde.9. meta.tex. co.15.vbi dicitur actum præcedere potẽtiã.

Solutio. Respondetur,q materia præcedit formam, quæ prioritas est prioritas naturæ, teste Auer.cõm.7.super.2.de generatione, & corruptione. Quòd autem dicitur per Philosophum, actum natura præcedere potẽtiam, soluitur. nam illud dictum habet veritatẽ de actu agentis,non aũt de actu compositi producti ab agente. licet etiam, si vere loqui velimus,non sit simpliciter respondendum ad quæstionem quærentem an materia præcedat formã, sicut colligi potest ex sententia ipsius. 7.meta.cõ.35. vnde materia via generationis præcedit formam,quia forma educit̃ de potentia materiæ: sed forma præcedit materiam via perfectionis.

12. meta. com.18. Sexta contradi.est in cõ.18.Habet.Cõm. calorem igneum nihil generare. Huius oppositum memini me legisse ab ipso in cõ.

Solutio. 15.super primo cantice cantico⁹ Aui. Dixi alias in hac materia calorem cœlestem, & calorem elementalem non differre abinuicem,nisi sicut calor ignis, & calor febrilis. manifestum est aũt calorẽ artis & elementalem vnũ,& eundem subiecto esse, sed nõ differunt,nisi rõne tantũ.nã forma caloris, vt regulatur ab arte,est res artis.sed vt est regulata à forma ignis, est res naturæ, sic vt mihi videtur idẽ subiecto est calor elementalis,& calor cœlestis:quia sensus tactus rectus est index de qualitatibus tangibilibus ex. 2.de aia.nullã aũt diuam percipit tactus inter verũ q; calorem.sed iste calor,vt est regulatus à corporibus cœlestibus,& commẽ suratus,sic cœlestis dr, & dr esse generationis instrumẽtum effectiuũ. si aũt caloris ta regulatus fuerit à forma propria,ignis sicut et calor igneus.et quia vt sic disproportionatus est vitæ & generationi, sic non dicit calor viuificans,sed resoluens,igneus,& elementalis.& tamen i'm rem sunt vnum, & idem. Et sic etiam teneo calorem naturalẽ in animalibus & plantis eundem esse realiter cum calore igneo,& elementali: quicquid dicat Gentilis speculator in hac materia super prima quarti ad principium qui voluit multiplicare entia sine necessitate, imaginando calorem naturalem, & calorem præter naturam esse duos calores realiter & essentialiter distinctos. Sed nobis tutius videtur esse dictu, q vnus & idẽ calor est naturalis.& præter naturã.nã vt regulat̃ ab anima,naturalis dicitur:vt vero regulat̃ à forma ignis, sic apparet elementalis, & igneus. Et hoc voluit Gal.medicorum princeps, dum dixit febrem esse calorem naturalẽ conuertsum in igneum,& hoc, vt mihi videtur,sicut Commen. 2.de anima.cõ.41. Sic igitur sedatur contradictio in dictis ei⁹, quia vtrunque verũ est, & q calor ignis generat,& q calor ignis non generat mixta. nam est eorum generatiuus,vt regulat̃ à superioribus lationibus,iuxta illud Philosophi meteor.1.ad principium, oportet mundũ istum inferiorem superioribus lationibus esse continuum, vt omnis eius virtus inde gubernetur. sed iste idem calor,vt regulatus à sua forma, sic mixta corrumpit. & hoc non inconuenit,q ab vna forma proueniant oppositi effectus, prout respectu vni⁹ effectus concurrit vt agens principale, & prout respectu alterius ipsa efficitur instrumentum, sicut dixit subtilissimus Scotus meus in theorematibus:actio cuiuscunque q̃ ipsum sit instrumentum, specie differt ab actione eiusdẽ vt principalis agentis. Sed contra istam solutionem simpliciter. Tu dixisti q calor cœlestis,& calor ignis sunt idem essentialiter.Sed huic oppositũ apparet ex presse in.1.capi. de substantia orbis ab ipso Auer.vbi tenet q specie distinguunt. Et cõfirmat.illæ formæ specificæ distinguunt̃, q hũt operationes specie differentes.operatio enim fecit cognoscere formã,& transmutatio materiã:sed operationes istorũ duorum calorũ sunt specie differentes,sicut patet ex. 4.meteo. & ex.2. de generatione alalium capi. 3.nã calor cœlestis generat, conseruat,

Instantia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

viuificat, digerit, calor igneus corrũpit, mortificat. seu combusit, putrefacit, destruit: ergo videtur, q̃ sint specie differentes. Ad hoc ego memini me alias dubitasse satis propter authoritatem illam Auer. & tamen sicut mihi videtur potest dici, q̃ distinctio specifica, quandoque est accidentaliter: & ab accidentali differentia, quandoq; vero essentialiter. Dico ergo calorem cœlestem. & elementalem differre specie accidentali ab inuicem ratione diuersorum regulantium, tñ essentialiter sunt vnus, & idem calor: quia non est multiplicanda rerum entitas sine necessitate. Ad rationem autem patet solutio, q̃ non oportet semper oppositos effect⁹ arguere oppositas formas: immo quandoq; effectus oppositi prouenium ab vna & eadẽ forma, opposito modo se habente. Idem. n. inquantum idem semper est aptum facere idem, sicut patet. 2. de generatione tex. cõ. 56. sed idem inquantum diuersum potest diuersa facere: sicut ibi dicitur de Sole, qui per accessum generat, per recessum corrumpit. similiter. 2. phys. 30. nauta sui absentia est causa submersionis nauis, cuius præsentia erat causa salutis: sic forma, cũm ipsa sit instrumentum, sua actio specie diuersatur à seipsa, vt erat principale.

Solutio.

12. Meta. com. 25.

Septima contradi. est in cõ. 25. Auer. exponens propositionem Philosophi: quam etiam. 1. phys. ad principium adduxit, sibi ipsi contradicit in exponẽdo quid nomine causæ importetur. propositio autẽ est ista. omnia habentia principia, aut causas, aut elementa, non cognoscuntur niũ ex horum cognitione. ibi autem exposuit causas, i. finales. principia aũt dixit accipi pro agente & mouente: sed per elemẽta intellexit causas materiales, & finales: hic vero dicit, q̃ per causas Philosophus intendebat illud, quod est cõmune illis quatuor: per principia aũt causas mouentes, per elementa aũt causas, quæ sunt in re. & vult q̃ propositio ista in Physicis adducta, isto modo intelligi debet. Ecce igitur manifestissimam contradictionem. Soluitur. forte litera est corrupta, aut forte peccauit per oblitionem, aut forte hic exponit illam propositionem ex sententia propria: sed. 1. phy. dedit illam expositionẽ ex sententia Alexandri: sicut ipsemet fatet in illo loco. & ista solutio est verior apud me, aut forte fecit hoc, vt ostẽderet illa tria, principiũ, causam, & elementũ: synonyma non esse, non curauit aũt ad hoc declarandum, vt eodem modo illa verba fuerint exposita ibi, & hic, iuxta illud Doctrinalis. Ad placitum poni proprioru̇ multum notaui.

Octaua contradi. est in cõ. 29. Inquit Cõmen. substantia æterna, q̃ sic potest declarari propositionibus communibus vtriq; scitiæ, s. Diuinæ & Naturali. Sed huius oppositum dixit ipse. 1. phys. cõm. vltimo, & hic cõ. 5. vbi dixit solum propositionibus naturalibus istud declarari posse. Longa est discordia. varij modi dicendi in hac materia reperiuntur: an solũ Naturalis substantias abstractas declaret, an cũ hoc etiã Diuinus. Dic resolute in hac materia duas conclusiones, ab alijs forte nondum intellectas. Naturalis purus esse a bstractorũ à posteriori demonstrat via motus. ratio est, quia nullum aliud est mediũ, per q̃d demonstrari queat nisi motus. Istud, vt mihi videtur, est potissimum Auer. fundamentũ super hoc, sicut mihi videtur. 1. phy. cõ. vlti. &. 12. met. cõ. 5. Secunda conclusio. Metaphysicus purus, habito pro constanti substantias abstractas esse à Naturali, potest esse illarum non demõstrare, sed declarare aliqua superficiali via, q̃ sint entia prima, & q̃ sint forma prima, & finis omnium: procedendo à substantijs non vt sunt substantiæ sensibiles, sed vt sunt substantiæ tantum. hoc dixit com. 9. septimi meta. Commen. quando dicit q̃ consyderatio de forma, vt est substantia, perducit ad cognitionem primæ formæ, & primi finis. & ista secunda conclusio est de mente Cõ. 12. huius cõ. 5. sicut potes videre. Adde tertiam conclusionem. Metaphysicus, mediens habitum Naturalis Philosophi aliquid addens etiam de suo ad bene esse põt demõstrare substantias abstractas esse, sed vis medij demõnis est à Naturali, non ab illo addito tali demonstrationi à seipso. Istam conclusionem probo authoritate eius. 2. met. cõ. 6. vbi Philosophus probat via mot⁹ q̃ in causis mouentibus non est processus in infinitũ: sed est deuenire ad vnũ primũ motorem non motum. & Cõm. in fine illi⁹ cõ. ponit quoddam documentũ: in quo docet, quare Arist. multas rationes, quas fecit in Naturali Philosophia adducat in Metaphysica, & inquit, & Arist. quãuis vtatur hic demonstrationibus naturalibus. tñ induxit eas vniuersalius: quoniam quanto fuerit demonstratio vniuersalior, tanto erit magis propria huic scientiæ. & Arist. se obseruat in hac intentione, s. in inducendo demonstrationes vniuersales alio modo, q̃ in scientia Naturali. & hæc est causa in iteratione illarum demonstrationum in hac scientia. Similiter Commẽ. in. 2. cœli cõ. 61. declarat in

12. meta. com. 29.

Solutio.

in exemplo manifesto, quomodo aliqua demonstratio potest fundari super propositiones vtriusque scientiæ. Dixit. n. q̃ Philosophus in illo tex. induxit demõstrationes q̃s ad probandum cœlum animatum esse. sed demõstratio simpliciter in hac scientia fundata est super propositiones physicas, & super propositiones acceptas ex scientia Diuinali. Declaratum est. n. in scientia Naturali in lib. phy. q̃ motor corporum cœlestiũ non est in materia, & declaratum est in lib. de anima, quòd illud, quod est huiusmodi, est intellectus, & declaratum est in 12. metaphysi. quòd forma intellectualis nõ mouetur nisi sm̃ desyderiũ, quod sit à suo intellectu. quaptopter necesse est, vt habeat simm̃ imaginatum, & est corpus cœleste habens desyderiũ. Ecce igitur quomodo substantia æterna corporis cœlestis declaratur esse animata per propositiones communes vtrique scientiæ, s. Naturali & Diuinæ. sic intelligitur dictum Cõmen. hic in isto cõm. 29. Sed hic est locus dubitationis. nam per Philosophum posteriorum. 1. media & extrema oportet in eadem proximitate esse: ergo videtur q̃ non possit fieri demonstratio ex propositionibus communibus scientiæ Naturali & Diuinæ: cuius oppositum Commẽta dicit. Et confirmatur. quia sm̃ ipsum. 2. cœli. cõ. 59. demonstrationes doctinales i. mathematicæ, non sunt innatæ poni in scientia Naturali. ergo à pari nec naturales in scientia Diuina: quia non magis videt⁹ ratio de vna, q̃ de alia. Soluit. vt mihi videtur, demonstrationes istæ, & si Naturales sint, quia vis medij est à Naturali scientia, quia omne medium efficax demonstrationis ad esse abstractorum, & æternorũ demonstrandum inniti̇ motui, tamen tales demonstrationes, vt fiunt in Metaphysica, possunt euẽ inniti veritati alicuius principij diuinalis, quod in virtute intrat tales demonstrationes, & sic possunt induci consimiles demonstrationes in scientia Diuina & naturali: sed in Diuina abstractionis modo q̃ in Naturali. Sicut dem⁹ illa 2. meta. innititur huic propositioni diuinæ, quæ dicit, q̃ mediorũ, extra quæ est aliquid vltimũ & primum, oportet esse illud, quod est primum causam illorum, quæ sunt post. patet aũt q̃ ista propositio diuina est, quia innititur rationi primi & vltimi, & rationi causę, & rationi ordinis. & ista nõ ingredit demonstrationem illã in sua ipsa maxima cõmunitate sumpta, nisi in virtute tantum. Naturalis aũt accipit medium istud ad motum coarctatum tantũ, nõ in sua maxima cõmunitate. sic intelligis modo illud, quod forte adhuc ab alijs nondũ est intellectum, quio Diuinus põt aliquid adminiculari in declaratione æternæ substantiæ. sed hoc nõ tollit quin medium demõnis efficaciam habens sit naturale. Et iste modus est valde subtilis, sicut vides, & consonus doctrinæ Auer. in locis adductis. Aliter etiam põt dici, q̃ substantia æterna põt declarari, q̃ sit per propositiones communes vtriq; scitiæ: non quia in vna & eadẽ demõne accipiantur duæ præmissæ, quarũ vna sit à Naturali scientia accepta, & alia à diuina: sed postquã Diuinus accepit à Naturali pro cõstanti substantias abstractas esse, declarat ipse postea, qualiter prima substantia est finis, & forma oium entium: & sic etiam substantiæ æternæ principia declarantur à Diuino esse principia substantiæ æternæ inquantum substantia est in ratione finis, formæ, & efficientis. & istũ sensum videt sentire Auer. in cõ. 5. 12. meta. si recte inspicias. eligantur alter istorũ modorum: quia sicut mihi videtur vterque verus est.

Soluto.

Nona contradi. est in eodẽ cõ. 29. Scribit Cõm. q̃ sine tempore impossibile est imaginari motum. Huius tamen oppositum patet. 4. phy. cõ. 97. Soluitur. dictum eius hic intelligitur de secunda operatione intellectus, quę ab Auer. 3. de anima appellatur fides, vel credulitas. Sed dictum eius. 4. physi. cõ. 97. procedit ꝺ prima operatione intellectus, quæ ab ipso appellatur formatio. nam cũm tempus non fit de quidditate motus, intellectus potest intelligere motum non intellecto tempore, licet sine tempore verus motus esse non possit.

12. meta. com. 29.

Solutio.

Decima contradi. est in cõ. 30. Commẽ. dicit q̃ omne æternum est actio pura: & omne, quod est actio pura, non habet potẽtiam: ex hoc igitur videtur velle Cõm. nullũ æternũ habere potentiam. Huius tñ oppositum habetur ab ipso. 3. de anima. cõ. 5 in solutione. 3. quæstionis, & in cõ. 14. vbi habet in omni intelligentia citra primam esse potentiam. Soluitur. potentia duplex logica, et physica. Potentia physica consequitur materiam, siue sit materia in potentia ad esse, siue sit materia, quæ sit in potentia ad vbi, siue sit materia, quæ sit in potentia ad intelligibilia. de tali potentia in substantijs æternis non est potẽtia ad esse, siue illæ sint corpora æterna, siue sint motores æterni, vt patet. 8. phy. & in lib. de substãs. orbis, &. 1. cœli infinities. potẽtia ad vbi bene est in corpo-

12. meta. com. 30.

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ribus æternis: quia talis consequitur materiam inactu, quæ est ipse orbis. Materia aũt intelligibilium est intellectus possibilis. & ista materia reperitur in anima intellectiua vere, cum ipsa sit fm Cõm. compositaex intellectu agente, & possibili, tanquam ex duab⁹ partibus essentialibus, per quarũ alteram creat intelligibilia, & per alteram recipit ea. sed in alijs intelligentijs non est intellectus possibilis vere, cum in eis non fiat intellectio recipiendo, sicut fit in nobis. Vnde nulla potentia physica in alijs intelligentijs, excepta anima intellectiua, vere reperit. non potentia ad esse, quia illa insequit materiam primam. non potentia ad vbi, quia illa insequitur mareriam in actu, quæ est corpus simplex, non compositum ex materia & forma. intelligentiæ autem omnes, nec sunt corpus, nec sunt virtutes in corporibus: non est etiam in eis potentia ad intelligibilia, quia in eis non differunt intelligẽs, intellectũ, & intellectio, sicut est in anima nostra in ordine ad nos consyderata, vt ipse teneemulla igitur est fm Auer. vera potẽtia in æternis substantijs. Alia aũt potentia logica est, quæ nihil reale dicit, sed dicit ens rõnis. nã potentia logica apud me nil aliud est q̃ ens rationis causatum ab intellectu ex non repugnantia terminorũ, inquantum non repugnant. Pro quo debes scire, q⁹ solũ vnũ est ens simpliciter perfectũ, in quo est tota perfectio possibilis reperiri in habitu entis, & istud est solus Deus, sicut scribit Cõm. 5. meta. cõ. 21. & tale verius dicitur essentia, q̃ ens, cũ sit ens per essentiã. Alia vero sunt entia per participationem, sicut scribit Cõm. 12. meta. cõ. 4. & 12. meta. cõ. 51. ofa aũt entia citra primũ deficiunt aliquo gradu perfectionis possibilis reperiri in habitu entis: quia omnia emanant à primo, eo modo, quo apta sunt emanare. nullum autem ens actum natum est emanare à primo in æquali gradu perfectionis primi, cũm possibile sit dari duo prima æque perfecta in genere entium, quorum vnum sit ab alio, immo nullo modo, sicut ostendit Philosophus. 12. meta. ad finem, & etiam pulchre deducit Scotus. 1. senten. distin. 2. quæstio. 3. Et ideo, quia secunda intelligentia emanat à prima in actuate naturæ, & cũm essentia li dependẽtia à prima, licet fm Philosophos ista intelligentia sit ab æterno, habens oẽm perfectionem possibilem sibi, inquantũ talis intelligentia est in tali rerũ ordine constitutæ: quia ibi non differt posse ab esse, sicut patet. 3. phy. te. cõm. 32. possibilitas. n. in eis est necessitas, sicut patet. 2. cœli. cõ. 58. Vnde Cõm. ibi dicit, possibile in rebus eternis est necessarium, cũm nihil sit possibile in eis vere. notanter dixit vere: quia nulla vera potentia in eis est, vt deduxi, cũ ista intelligentia, inquantum, ens reperitur prinata a liqua perfectione: quia sibi inquantum ens non repugnat habere maiorem perfectionem, quam sit illa, quam actu habet. quia, si sic sibi repugnaret, cuilibet enti hoc repugnaret, quod falsum est, sicut, si talpæ repugnaret visio inquantum animal, cuilibet animali visio repugnaret. Ista autem potentia non est vera potentia, quia nihil reale dicit, sed solum est ens rationis, fictũ ab intellectu ex non repugnantia talium terminorum, sicut diximus. & de ista potentia loquebatur Commen. tertio de anima. commen. 5. in loco allegato, quando dixit in omni intelligentia citra primam repetiri potentiam. Et ego addo, q⁹ etiam in omni ente absoluto citra primum est potentia. & ideo opinio illa Subtilis doctoris in octaua distinct. primi, quæstione prima, vbi tenet quamliber creaturam compositam esse ex actu, & potentia, tanquam ex primatiuo, & positiuo: est opinio verissima, & de intentione Auer. sine dubio. sic igitur de potentia præfata distinctio conuenit sic nodum soluit.

Vndecima contradi. est in tex. 36. Arist. & Commen. in intelligentijs ponunt intellectum, & voluntatem. Vnde primo mouetur ad amatum in ratione finis, & boni, quod est obiectum voluntatis. Sed huius oppositum legimus in prima disputa. in lib. destructio destructionum in solutio. 11. dubij. vbi dicit q⁹ Philosophi concedunt hoc, q⁹, si antiquum haberet voluntatem, bene nouum ab antiquo proueniret. vbi videtur negare voluntatem in entibus antiquis, & æternis. Nisi esset, q⁹ voluntas dupliciter sumitur. vno modo vt est idem quod intellectus, sola tamen ratione distincta. nam eadem virtus abstracta, vt cognoscens, dicitur intellectus: vt desyderans & amans, dicitur voluntas. & ista est mens Auer. & Aristote. vt ego puto in. 3. de anima. vbi non fecit tractatum specialem de voluntate distinctum ab illo de intellectu. & hoc elicitur ex mente Auer. 3. de anima. cõmẽ. 49. Alio modo sumitur pro desyderio diuersum oppositorũ æqualiter. vnde sic sumpsit Cõm. voluntatem in prima disputatione in lib. destructio destructionum in disputatione prima in solutione secundi dubij. & voluntas isto modo est passio & mutatio, vt testatur Commen. in disputatione. 4. in solutione primi dubij vbi probat in Deo non esse voluntatẽ qualis est in nobis, quia voluntas in generabilibus desyderat id, quod vult, & Deus non desyderat id, quod vult, & talis voluntas est passio & mutatio. Illud confirmat ex disputa. 11. in solutione vltimi dubij, vbi dicit nõ est verum, q⁹ à Deo auferat' voluntas, sed noua voluntas. & isto modo voluntas non est in intelligentijs, sed primo modo.

12. meta. com. 36. Duodecima contradi. est in cõm. 36. Inquit Cõm. q⁹ formę materialis actu sunt in materia, sed potẽtia sunt in primo motore. Huius tã oppositum inuenimus in cõ. 18. Solutio. ad finem in eodem lib. Soluitur. q⁹ fi forma materialis est actu in materia, talis potentia est in Deo, quia eminenter in Deo continetur, non actu formali. Sed qfi potentia est in materia, tũc actu virtuali est in Deo. & ista non contradicunt, sicut vides.

12. meta. com. 37. Decimatertia contradi. est in cõmẽ. 37. Auer. inquit Deũ solicitari circa individua sub ratione speciei, non sub rõne individui. Huius oppositũ habet ab Arist. & ab ipso. 10. ethi. ca. 10. vbi dicit circa singularia, vt singularia sunt, Deũ solicitũ esse. inquit. n. ibi, q⁹ visitat Deus sapientẽ, sicut facit amicus. Soluit ibidẽ. quia dr in tex. nã, si Solutio. Dij curã aliquã habent humanarum rerũ, vt existimatur & creditur, rationabile est eos gaudere optimo & cognatissimo. patet q⁹ ibi loquitur probabiliter. nã sermones fiunt fm materiam subiectam: & quia ibi erat in moralibus, congruũ fuit vulgo persuadere hoc. sed in scientia Diuina te. cõ. 51 determinat Philosophus fm propriã intentionem Deum circa singularia, vt singularia materialia sunt, non habere solicitudinem, sic diceret, vt mihi videt Auer. in ista contradictione. Sed ista opinio falsa est, & hæretica, & contra fidem nostram, quæ falsi non potest, cũm ordine infallibili regat'. nec rationes Phylosophorum cogunt contra nos, immo ipsemet Commenta. ab ipsa quasi veritate coactus dicit se quandoque à Deo illustratũ fuisse in solutione alicuius difficultatis, & multa consimilia. Sed hic est locus dubitationis, quid sit hoc dictu Quomodo intelligendũ sit Deum intelligere entia fecũdum speciem, & solicitari de entibus secũdum speciem: si enim intelligatur Deum cognitionẽ habere de Socrate & Platone, vt conuenit in natura humana, multiplex videtur sequi inconueniens. tum quia talis cognitio esset vniuersalis. quia cognoscere Socratem, vt est homo, est habere cognitionem vniuersalem, et per consequens potentialem, cũm scire in vniuersali sit scire in potentia. 12. metaphy. commen. 14. consequens autem falsum est. nam secundum ipsum duodecimo metaphysicæ commento quinquagesimo primo scientia Dei non est vniuersalis, neque particularis. Amplius accideret positio idearum in mente diuina, quia nõ est maior ratio, quòd species humana cognoscatur ab intellectu diuino, quàm aliæ species. & ita rediret opinio Platonis, quæ secundum excellenter Platonicos fuit, q⁹ ideæ essent in mente diuina. illud autem videtur repugnare dictis Peripateticorum, dicentium Deum tantum vnum intelligere. ista sunt, quæ diu agitauit in via eorum, & tandem deueni ad hoc, quòd secundum ipsius Auerroꝛs sententiam duodecimo metaphysicæ commento 51. Deus sublimis tãtum vnum intelligit, & illud intellectũ, est sua essentia, quæ eminenter est omnia: cũm, sicut supra dictum fuit, nulla sit ibi potentia, neque imperfectio, aut defectus. sequitur autem ex hoc omnia alia entia, suppolita esse respectu essentiæ diuinæ per participationem dicta: sicut patet secundo metaphysicæ commento quarto. Deus igitur intelligens ens per essentiam intelligit omnia secundum speciem: quia omnia entia sunt quasi suppolita per participationẽ dicta in ordine ad essentiam diuinam: non quòd diuina essentia formaliter ingrediatur constitutionem aliorum entium, sed ista participatio est talis, quòd essentia aliorum entium est quædam participatio dependentiæ respectu diuini esse, pro quanto quælibet talis fuit extranea natura à natura diuina, dependens tamen ab ipsa, & secundum q⁹ tales creaturæ magis, & minus distanter dependent, secundum hoc dicuntur magis & minus perfecte. Et sic intelligitur dictum Philosophi secundo de anima trigesimoquarto, vbi habet q⁹ omnia appetunt participare diuinum esse eo modo, quo possunt. & 1. cœli te. cõ. 100. habet. Hic quidem communicatum est esse, alijs quidem clarius, alijs vero obscurius. Nulla igit, fm ipsummet Arist. & Auer. est alia idea, nullum exemplar, nulla alia forma, nisi di diuina essentia, quæ taliter ab ordine participatur. Et ideo dicit. Cõm. cõ. 51 huius, q⁹ si quis cognosceꝛet caliditatẽ ignis, talis non diceꝛet ignorare naturam caliditatis existentis in alijs ensibus, & sic Dei intellectio est per speciẽ, & quanto cognoscẽdo se cognoscit

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud quod est omnia. quia cognoscit: ens per essentiam ens aũt per essentiam species est participata ab entibus per participationem dictis. Istud aũt verificari potest per dictũ Auer. 4. phy. auscultationis cõ. 102. vbi habet. si illud, quod est calidum simpliciter est ignis simpliciter, illud, quod est aliquod calidum, est aliquis ignis. vbi patet manifeste fm ipsum, ens, participatiue dictum, esse quasi suppositumentis per essentiã. Et iuxta hoc consimili modo possumus arguere. si ens simpliciter perfectum est Deus simpliciter, & est essentia simpliciter: ergo ens aliqualiter perfectum est aliquis Deus, vel aliquid deitatis habens. & est aliquod ens, vel aliquid entitatis habens. sic igitur Deũ oia cognoscere fm speciem intellexit Cõmen. sicque Deum solicitum esse ad extra, intelligendum Deũ pro quanto ad gradum entitatis in quolibet concurrit tanquam ad effectum primum, & vniuersalissimum qui vniuersalissimæ & primæ causæ attribui debet, iuxta illud Philosophi in. 2. phy. tex. cõ. 38. Effectum vniuersalium causæ sunt vniuersaliter. Et ideo recte dixit Author de causis propositione quarta, dum dixit primam rerum creatarum esse ipsum esse, & nihil ante ipsum causatum esse. Sic etiam verificantur dicta Philosophorum dicẽtium res mundi huius esse in intentione naturæ sub ratione speciei, non sub ratione individui, nisi per accidens, pro quanto Deus, & intelligentiæ concurrunt per se ad gradus naturæ cõis. Ad gradũ aũt materialẽ concurrit agẽs materiale, & sic solicitudinẽ hñt circa ista, quò ad ea, q̃ sunt naturę, sed quò ad ea q̃ sunt individui, materiæ relinquunt. ponẽtib⁹. n. nobis duo extrema latitudinis entiũ, prima materia, s. & primo motore. 12. met. cõ. 18. cõgruum est materiales formas, quæ sunt in potentia in prima materia, & sunt in actu in primo motore in aliquibus dispositionibus talia attribui materiæ, & in aliquibus attribui primo motori, & alijs abstractis substantijs: quæ cum primo concurrunt insimul, vt ex eis fiat vnus actus, ex 2. cap. de substãtia orbis, & 12. met. cõ. 44. & 2. cœli. cõ. 42. Ex istis iam patet intellectionem Dei actualissimam esse. cũ ni fi tãtum per sui essentiam, quæ est ipsa actualitas. Patet etiam qualiter non est ibi vniuersale, nec particulare, nec potentia aliqua, nec multitudo idearum: fm viam Auerro. & Arist. vt ego puto. licet nos vera hæc esse minime fateamur, quia catholici confitent Deum oia intelligere, iuxta illud Hieronymi. Ne minimum quidem folium cadens in terra cadit absq; nutu Dei. Nec propter hoc sequit intellectum diuinum vilescere, quia nunc intellectus aliquis vilescit ex percepcione rei vilis, qñ talis est causatus à re vili, & qñ distrahitur à perceptione rei nobilis propter rei vilis consyderationẽ. Ista aũt Deo benedicto non attribuimus, tum quia ipse non est causatus, sed causa: tum quia percipiendo alia à perceptione suipsi⁹ non distrahitur, cũm alia non percipiat nisi in seipso. nam sua entia est suum obiectum primo motivum, & primo terminativum respectu suæ intellectionis: alia autem obiecta sunt secundaria terminantia tantũ, nullo modo mouentia Dei intellectum. Licet igitur Arist. ista non viderit, nec Philosophi viderunt tñ ista Prophetæ, qui in superiori gradu sunt constituti q̃ Philosophi fm sapientes. & ideo stante discordia, in talibus potius Propheris credẽdum, q̃ Philosophis, cum ipsi intentiores Deo fint, quàm fuerint Philosophi.

12. meta. com. 38.

Decimaquarta contradi. est in 38. cõm. Arist. Cõm. q⁹ forma hominis inquantũ homo, est intellectus. Sed huius oppositum patet retro de anima cõ. 5. vbi videt velle q⁹ anima intellectiua non sit forma dans esse homini. Defensores Auer. in quæstione de vnitate intellectus, non potentes euadere argumenta à sancto Doctore in tractatu de vnitate intellectus, & in quæstionibus disputatis de anima, & in summa contra Gentiles, deuenerunt ad hoc, vt dicerent animã intellectiuam esse veram formam dantem verum esse subsstantiale homini ad intentionem Auer. & sic volunt hominem intelligere formaliter per animam intellectiuã, tanquam per principium formale connũctum homini fm esse. & sic vnitatem intellectus volunt sustinere de mente Aristo. & inconuenientia multa euadunt posito isto fundamento. Nos autem volumus, veritatis amore astricti, & christianę religionis vinculo coacti, ostendere opinionem istã minime fuisse de intentione Auer. vt destructo fundamento, super quo isti innituntur, destruatur positio vnitatis intellectus. Licet enim veritas ista sit animam intellectiuam esse formam substantialem hominis, dicẽtã Auerroem istam veritatem non vidisse. Moueor autem ad hoc rationib⁹, & authoritatibus eius. Præsuppono de intentione eius formam hominis, per quam homo est generabilis, & corruptibilis. esse animũ cogitatiuam, quæ fm ipsum educta est de potentia

Animam intellectiuam non esse formã dantẽ verum esse substãtiale homini

tentia materiæ, & est multiplicata generabilis, & corruptibilis, sicut patet cõ. 5. & 20 in. 3. de anima. Præsuppono secundo animã istam cogitatiuam prius natura aduenire homini q̃ animam intellectiuam. sicut patet. 2. de generatione animalium cap. 3. & est etiam hoc de mente eius. 3. de anima cõmen. 5. in solutione secundæ quæstionis. Tertio præsuppono de mente Auer. animã intellectiuam esse quandam intelligentiã vnã numero in oibus hominibus, à materia in esse non dependentẽ, eternã à parte ante & à parte post. His statutis, arguo Auerroẽ nullo pacto posuisse animam istam intellectiuam esse formam dantem esse intrinsece, & formaliter ipsi homini. q̃a dato hoc, sequeretur, q⁹ ex duobus entibus in actu fieret per se vnũ, quod est contra Philosophũ, & contra ipsum in. 8. meta. tex. cõ. 15. & 7. meta. cõ. & tex. 49. & 2. de anima tex. cõ. 7. Consequentia probat. quia cum anima intellectiua sit quoddam ens actu per tertiũ suppositum, & homo constitutus ex materia, & anima cogitatiua, quæ est perfectissima forma inter formas eductas de potẽtia materiæ, sit etiam quoddam ens actu. tũm igitur anima intellectiua aduenit materiæ posterius, aut natura, aut tempore, respectu cogitatiuæ formæ, sequitur igitur ex duobus actu existẽtibus fieri vnũ per se formaliter, & intrinsece quantum ad esse: quod est contra omnem Philosophiam. Nec potest cauillãdo dici q⁹ forma cogitatiua nõ dat esse simpliciter homini. quia, vt dictum est, ipsa est vere forma substantialis, non intensibilis, nec remissibilis, vt sunt formæ elementorum fm Auerroẽ. neque est forma aliqua generica qualitercũque distincta à specifica, sed est forma specifica completa, ergo dabit esse simpliciter, & anima etiam intellectiua dat esse simpliciter. ergo etiam sequitur non solum ex duobus actu entibus fieri vnum ens simpliciter. immo sequitur, q⁹ vnius rei erunt duo esse simpliciter, quod non capit intellectus. Sed dicebat q⁹ anima intellectiua est forma dans esse, non educta de potentia materiæ: sed anima cogitatiua est forma dans esse, educta de potentia materiæ: quæ quia ordinabilis est ad animam intellectiuam, tanquam ad postremam formam, ideo vtraq; vniri potest materiæ vna immediate, & alia mediante alia, & q⁹ ex eis fiat vnũ simpliciter. sed, si istæ duæ formæ essent eiusdem ordinis, bene hoc inconueniret. Contra ens actu, inquantum actu, non est ordinabile ad aliud ens actu, inquantum ens actu: siue ille actus sit alterius rationis, siue eiusdem, ita q⁹ ex eis fiat per se vnum. quia semper oportet, vt inquit Philosoph⁹, in talibus vnum esse potentiam, aliud vero actum. sed homo constitutus, vt dixi, per animam cogitatiuam habet esse actu simpliciter per animam cogitatiuam: aliter illa non esset forma dans esse simpliciter quod est falsum. nam si aliæ formæ mixtorum inanimatorum, & animatorum dant esse simpliciter, quanto magis cogitatiua hominis, quæ est suprema. ergo anima intellectiua non dat esse simpliciter fm ipsum. aliter. n. sequitur idem habere duo esse. Et confirmatur, quia aut talia esse simpliciter sunt duo, aut vnum. si duo, habeo intentum, q⁹ tunc idem esset bis homo simpliciter: quod est absurdum. si vnum. cõtra. qñ vnum esse simpliciter attribuitur vni supposito ratione duarum formarum, quarum vna est ordinabilis ad aliam, illud esse principaliter attribuitur vltimæ formę, quę est actualissima. si ergo anima cogitatiua ordinatur ad intellectiuam tanquam ad postremam hominis formã, tunc esse simpliciter hominis inquantum homo principaliter esset ab anima intellectiua. & tunc sequeretur q⁹ homo non esset generabilis, & corruptibilis inquantum homo, sed inquantum animal. ita arguit Commen. 3. de anima. cõ. 5. Probatur sequela. quia homo intrinsece, & formaliter est homo per te p animam intellectiuam, sed anima intellectiua non est generabilis, neque corruptibilis: ergo homo non est generabilis inquantum homo, quod est absurdum. Amplius tu esses per esse mei, & ego essem per esse tui. nam si esse simpliciter hominis, & Platonis sit per animam intellectiuam, cũm illa sit vna numero in vtroque: ergo idem esse simpliciter numero erit in vtroq;. aut igitur oportet te concedere animam intellectiuam non dare esse simpliciter, aut oportebit te incurrere in ista inconuenientia. Et cõfirmatur. quia, si anima intellectiua vniretur homini per informationem, sequeret eã esse multiplicatam & diuisam: cuius oppositum tenet Cõmen. Probatur sequela. quia omnis forma dans esse materiæ adueniens materiæ mediantibus quantitatibus interminatis. 1. cap. de substantiis orbis: sed omnis talis extenditur ad extensionem materiæ, ergo anima intellectiua erit extensa. Ita arguit Commen. 1. cap. de substantia orbis. si intelligentia vniretur orbi mediante

chmen-

dimensione interminata, esset diuisa. sed dicebat q; est ratio diuersitatis: quia intelligentia aduenit orbi non præexistente aliqua alia forma substantiali. & ideo, si mediante dimensione vniretur per informationem ipsi materiæ, cùm omne receptum recipiatur per modum recipientis, sequit' intelligentiam esse extensam. sed anima intellectiua vnitur homini mediante alia forma substantiali, quia mediante anima cogitatiua, quæ sufficienter terminat quantitatem interminatarum interminationem, ne progredi possit vsque ad animam intellectiuam. Sed contra. quandocunq; est aliqua per se ratio adæquata alicuius effectus, facta quacunq; variatione in accidentalib⁹ causis respectu illius effectus, ille effectus remanet, remanente sua per se, & adæquata causa. patet ista ex terminis. sicut in exemplo dicimus. si rationalitas in homine est per se & adæquata causa respectu risibilitatis hominis, esto q; rationalitas coniungeretur, vel albedini, vel nigredini, adhuc manente rationalitate maneret risibilitas. sed tunc sic. ratio per se adæquata extensionis formarum in materia inductarum est ipsa quantitas ſm Auerroem primo capitulo de substantia orbis, & non est præexistentia, vel non præexistentia formæ præcedentis in materia. aliter enim formæ mixtorũ, & formæ accidentium aduenientium ipsis mixtis non essent diuisæ, cùm tales adueniant materiæ post aduentum aliarũ formarum. Sed dicebat q; hoc est verũ de formis eductis de potentia materiæ, fallit autẽ de formis dantibus esse materiæ, non eductis tamen de potentia materiæ. Sed cõtra. tu negas ergo Commẽtatorem tuum. quẽ defendis. quia à pari sibi dicam in consequentia, quam facit in primo capituto de substantia orbis de intelligentia, q; esto, q; illa vniretur orbi mediante dimensione, propter hoc non sequitur ipsam extendit. quia dicam sibi, q; non valet hoc in formis non eductis de potentia materiæ sed dicebat q; procedit de intelligentia, & non de anima intellectiua, quia vna aduenit mediante priori forma, alia non. Contra. consimilis responsio exigit consimilem replicam Commen. ratio solum innititur rationi quantitatis præcisæ tanquã medio, quia dicit si vniretur orbi mediante dimensione, nullam faciens mentionem de præexistenti, forma substantiali, vel non præexistenti, quia videbat q; illud non erat nisi accidentale respectu diuisibilitatis. Præterea, si tu dicis ideo animam intellectiuam non extendi, licet ſm esse vniatur materiæ, quia talis aduenit post formam cogitatiuã, quæ sufficienter terminat materiam, & interminationem quantitatum existentium in ea, vt vlterius progredi non possint ad subsequentem formã. Contra, ergo anima intellectiua aduenit materiæ sufficienter terminatæ per priorem formam. ergo, si vnit' materiæ informatæ per cogitatiuam, tunc ipsa erit accidens. Sic arguit Cõmẽ. contra Auic. 1. phy. commen. 63. qui ponebat formam corporeitatis viri materiæ per informationem ante aduentum aliarum formarum. deducit enim eum ad hoc, quòd omnes subsequentes formæ essent accidẽtia: quia aduenirent materiæ existenti in actu simpliciter. Et si ratio ista apud Auerro. concludit de forma corporeitatis, quæ ſm Auic. erat imperfectissima forma, quare igitur argumentum consimile non procedet contra ipsum de anima cogitatiua, quæ est formarum perfectissima. sed dicebat q; in formis dantibus esse materiæ, quæ sunt eductæ de potentia materiæ, inconueniens est duas formas substantiales perfectas non intensibiles, neque remissibiles esse in eodem subiecto. quia sic, vt aiũt, intelligitur dictum Auer. 1. cap. de substantia orbis, dicentis vnum subiectum habere plusquam vnam formam impossibile est. Dicitur, intẽsibilitate carentes, propter formam elementi. dicitur eductis de potentia materiæ, quia in talibus, quæ non sunt eductæ, ibi vnum subiectum habere plures substantiales formas, quarum vna dat esse, & est educta de potentia materiæ, & alia etiam non educta de potentia materiæ dat esse etiam. sicut est de facto in homine, qui habet esse à duabus formis substantialib⁹, scilicet à cogitatiua & ab intellectiua. Sed contra, à pari dicam pro Auic. quòd esto quòd forma corporeitatis substantiæ præexistat in materia, non sequitur alias formas accidentia esse. quia ſm Auicennam aliæ formæ, quæ de nouo inducunt in materia, non sunt eductę de potentia materię, sed sunt ab extrinseco motore, quem dator formarum appellat seu colcodeam, sicut inquit de ipso Commen. septimo metaphysicæ cõm. 31. Et confirmatur. quia, dato q; istæ formæ aduenientes post formã corporeitatis essent eductæ de potentia materiæ, tunc ahuc magis videtur, q; ex forma corporeitatis, quæ materialis est, & alijs formis materialibus, fiat vnum per se, quàm

ex

ex anima cogitatiua, & intellectiua fiat vnum per se. nam illæ sunt eiusdem ordinis, istæ vero diuersorum. Amplius opinio ista incurrit opinionem Platonis, & inconuenientia illius. Nam Aristo. cõ &. tex. 45. septimi metaphysicæ arguit contra Platonem, probando ideam non esse causam formalem indiuiduorum constitutorum sub ipsa, causam inquam formalem, dantem esse non declarantem quiditatem. vt exponit ibi Commenta. Et ratio sua consistit in hoc. Substantia vniuscuiusq; induidui est sibi propria: quodlibet vniuersale est commune pluribus: ergo vniuersale non est substantia propria alicuius. Et inquit ibi Cõm. quòd, cùm omnia indiuidua conueniunt in vna substantia numero, sunt vnum numero, modo à pari, si ſm ipsum omnia indiuidua speciei humanæ conueniunt in vna forma numero, quæ est anima intellectiua, tanquam in forma dante esse simpliciter materiæ, sicut isti imponunt Auer. de monstratiue sequitur omnia indiuidua esse vnum numero. Et ita argumẽtum, quod ipse facit in commento quinto vbi difficultat secundam quæstionem de vnitate intellectus, in quo dicit quòd, si vnus esset omnium intellectus, tunc tu esses per esse mei, & ego essem per esse tui, & quòd homo nõ esset generabilis inquantum homo, sed inquantum animal, euidenter demonstraret, si ipse tenuisset intellectiuam animam esse formam intrinsece constituentem hominem. Et illud maximo argumento est, q; Cõm. in illo commento non soluit ista argumenta. quia iam solutionẽ præmisse supponit ex his, quæ declauerat in illo commento. & est q; anima intellectiua non dat esse formaliter & intrinsece homini, sed assistit solum, sicut motor mobili, vt nos infra declarabimus de intentione eius. aliter enim diminutus fuisset, si ipse tenuisset oppositum. quia argumenta ista sunt in simili casu contra Platonem. & si contra Platonem demonstrant, demonstrabunt, & contra ipsum, confirmatur, quia. 3. cœli. cõ. 61. principia propinqua rerum corruptibiliũ sunt corruptibilia. si igitur anima intellectiua esset forma dãs esse homini formaliter, tunc ergo esset propinquum & immediatũ principium, per quod homo est homo, & ita esset corruptibilis. Et ideo Commentator videns hoc dixit tertio de anima commento trigesimo tertio, q; homo non est generabilis & corruptibilis, nisi per virtutem cogitatiuam: quia ista ſm ipsum est forma, per quam homo intrinsece, & formaliter est homo. Amplius homo esset in duplici specie, si haberes duplicem formam substantialem in esse perfecto. sic arguit Cõm. contra Auic. tertio cœli commento. 67. ponentem formam substantiales elementorũ formaliter in mixto remanere. Nec valet, si dicatur q; homo per animam cogitatiuã non est in specie sed in genere: sed per animam intellectiuam homo est in specie. Cõtra. quia isti, quorum ista est positio, tenent, sicut tenendum est de mente Commenta. esse vnam & eandem formam, per quam aliquid est in genere, & specie: ergo, si per cogitatiuam homo est in genere, erit etiam & in specie. Amplius, si anima intellectiua esset forma dans esse formaliter homini secundum Commenta. sequeretur q; non esset idem agens disponens materiam, & inducens formam, contra ipsum. 7. meta. commen. 31. Probatur autem sequela. nam in instanti generationis, in quo homo habet principium esse hominis, oportet ibi esse animam intellectiuam. aliter enim homo esset homo sine forma sua substantiali, per quam est formaliter homo: quod implicat contradictionem, sicut implicat albũ esse sine albedine. quæro igitur in illo instanti, an virtus informatiua, quæ est in semine, attingat animam intellectiuam, vel non. primum dari non potest: quia anima intellectiua non est in potestate agentis naturalis, quia ab extrinseco aduenit teste Philosopho in. 2. de generatione animalium cap. 3. & 12. metephysi. tex. commen. 17. si enim consequeretur transmutationem, tunc esset generabilis & corruptibilis. sic arguit contra Platonem Philosophus, & Cõmentator septimo metaphysi. 31. omne mixtum cum materia fit à mixto cum materia, q; si dicas aliud esse disponens, & aliud esse inducens formam, tunc consequentia contra Auicennam facta nulla est. Forte dices, q; ratio Commentatoris contra Auicennam procedit de formis eductis de potentia materiæ, qualis non est anima intellectiua. immo in talibus non inconuenit aliud esse disponens, & aliud inducens: sicut colligitur ex intentione eius. 1. phys. cõ. 62. vbi habet, q; non cessant partes spermatis recedere, & fieri partes hominis. & hoc, si forma humana recipit partitionem. si vero non, istud necessario erit in dispositionib⁹ propriorum accidentium formæ generatæ. Sed cõtra, hoc non euadit. quia quantũcunque forma non acquiratur partibiliter, sed

sua

Universidad de Deusto
Biblioteca

stiæ dispositiones partibiliter acquirantur, propter hoc, th̃ nõ sequitur q̃ aliud sit disponens materiam, & aliud sit inducẽs formã. Nec valet cauillatio ista data. quia à pari Auicen. diceret ad argumenta eius, q̃ si formæ, quas ipse ponebat aduenire materiæ ab extrinseco motore, essent eductæ de potentia materiæ, bene inconueniret aliud esse disponens materiam, & aliud inducẽs formam. modo fm Auic. omnes istæ formæ substantiales rerum materialium sunt à datore formarum infundente eas in materia dispositã per agens naturale. Præterea inconuenientia illa, quæ adducit Cõm. ibi, æque procedunt de forma educta, sicut de forma non educta. & econuerso. Amplius, accideret animam intellectiuã moueri localiter saltem per accidens, quod Cõ. habet pro inconuenienti de quolibet abstracto. patet consequentia. nam motis nobis, mouentur omnia, quæ sunt formaliter in nobis. si igit̃ anima intellectiua est forma hominis: igitur mouebitur ad motum formati. quia non potest fieri sine implicatione contradictionis intelligi aliquam esse formam dantem esse, & q̃ formarum moueatur, & q̃ sua forma non moueatur saltem per accidens. Sed dicebat, dando instantiam de polis mundi, qui sunt formaliter & actualiter in orbe, & th̃ orbe moto sunt simpliciter immobiles tam per se, q̃ per accidens. Sed contra, quia quies polorũ est transumptiuã, & non est vera quies. Sed hoc, q̃ dicunt Mathematici polos quiescere est a fantasmatione, sicut sunt propositiones Mathematicorum. sed naturaliter hoc non est verum, sicut expresse dicit Cõm. in. 2. cœli cõ. 16. &. 4. phy. cõ. 118. Quomodo autem implicet cõtradictionẽ, ergo sic deduco. nã sumpto hoc homine, quæro an in illo loco, in quo est ipse, sit sua forma, per quam ipse est homo, vel non: si sic, habeo intentum, q̃ est in loco per accidens, quia locatur ad locationem totius. si non est in illo loco, tunc igitur ibi erit homo sine sua forma substãtiali, per quam homo est homo. Nec potest dici, q̃ anima intellectiua sit in loco p̃ operationem, quia operatio eius non est mouere fm locum, sed intelligere. licet. n. intellectus practicus concurrat, vt dicitur in. 3. de anima ad motum progressiuum, th̃ illud, quod exequitur motum, est à causa cogitatiua, mediante virtute motiua, quæ est in membris. Et ideo posito q̃ Plato quiescat à motu progressiuo, quærendum est vt prius, an in illo loco, in quo est Plato, sit anima intellectiua, aut non. & deducatur, vt prius. Amplius, si anima intellectiua est formaliter vnita corpori. fm esse, sequitur operationem eius, quę est intelligere, esse signatam, & materialem. patet sequela, quia non põt esse operatio propria alicuius formæ magis abstracta, q̃ sit essentia, à qua prouenit operatio. si igitur anima intellectiua est forma in materia fm esse, ergo & intelligere. Confirmatur. quia tertio de anima tex. cõm. 4. demonstratur intellectum possibilem esse abstractum fm esse à materia, & non esse corpus. neque virtutem in corpore. Forte dices q̃ Arist. & Cõm. demonstrant intellectum esse separatum à materia fm esse ad hunc sensum, quia videlicet non sit virtus educta de potentia materiæ, non aũt quin sit forma dans esse materiæ. Sed cõtra, hoc non potest stare fm expositionem. & viam Cõm nam. 3. de anima. cõ. 5. deridet Alex. tenentem actum positum in definitione animæ vniuoce dici. & ideo tenuit animã intellectiuam fm q̃ sibi imponit Cõm. esse formam eductam de potentia materiæ: quia actus & finis & perfectio conuertuntur. si igitur omnis anima est actus corporis: ergo nulla est à corpore separabilis. Cõm. aũt dicit q̃ actus positus in definitione animæ dicitur æquiuoce. oportet autem, si ipse intendit Alex. cõtradicere, vt ipse sumat actũ æquiuoce dictũ modo opposito, quo Alex. sumebat ipsum vniuoce dici. sed Alex. cõm animam appellat actum, pro quanto quælibet anima fm ipsum est perfectio. & finis corporis. hoc aũt non competit animę inquantum est educta de potentia materiæ, quia vt sic consyderata, forma potẽ est eadem sata à materia in genere causæ materialis, q̃ q̃ sit causa eius. si igitur anima est actus, est pro quanto quælibet fm esse vnita est materiæ. ergo fm Auer. si menti Alex. vult obuiare, non omnis anima est actus vniuoce dictus: quia non omnis dat esse: quia anima intellectiua secundum ipsum est actus vtẽs corpore, non perficiens corpus, sicut etiam Simplicius dicit in. 2. de anima in expositione illius definitionis. Et confirmatur authoritate Cõmen. 2. de anima cõ. 22. vbi habet hęc verba. Ex sermonibus prædictis manifestum est ex definitione animæ, q̃ aliæ partes animæ non sunt abstractæ. Et reddens causam huius dicit, declaratum est enim in vnaquaq; istarum, q̃ est perfectio corporis organici perfectio. n. est finis & complemẽtum perfectibilis: finis aũt non separatur à finito: vnde necesse est vt illę sint nõ abstractę.

Ecce manifestum locum, in quo Cõmẽ. declarat qualiter actus positus in definitione animæ sit æquiuoce dictus. Nam vult animam vegetatiuam & sensitiuam esse corporis organici perfectionem, & ideo nõ esse separabilem à corpore, quia finis & complementum non separatur ab eo, cuius est finis. manifestum est aũt fm ipsum Auer. tales formas non habere rationem finis, & cõplementi respectu corporis organici, nisi p̃ quanto dant esse, non quia sunt eductæ de potentia materiæ. quia, vt sic, potius dicunt constituæ in esse per subiectũ apud ipsum fm istam rationẽ. materia. n. est causa formæ. 2. phy. 30. cõ. pro quanto sustentat eã: sed forma appellatur perfectio & finis materiæ, pro quãto ipsa est causa materiæ dãs esse sibi, vt ibi dicitur. ergo, si anima intellectiua est separabilis à corpore, oportet ipsã non esse perfectionem & complementum organici corporis per informationem, & vnionem formalem. sed dicebat q̃ forma quælibet dicitur ab informando. si igitur anima intellectiua apud Auer dicitur forma hominis, igitur dat esse formaliter homini. Et ista ratione innixi dicunt etiam intelligentias dare esse formaliter orbibus. Sed nos contra hos fecimus prolixam quæstionem de triplici causalitate intelligentię in annotationibus nostris contra Iohannẽ de Ianduno, super sua Metaphysica. Sed pro nunc volo de intentione Auer. luce clarius ostendere non omnem formam esse per informationem dictam. Nam Cõm. 12. met. cõ. 37. habet q̃ perfectionum, propter quas mouetur perfectum, quædam sunt qualitates, quibus perficitur illud, quod mouetur, vt illud, quod mouetur propter sanitatem. & quædam sunt substantiæ extrinsecę à re, quæ mouetur ad eas, vt assimiletur eis, vt sunt actiones omnes seruorum, quia sunt erga genera intentionum domini sui. Hæc Cõm. Amplius, si omnis forma esset informans, frustra igitur Philosophus, quæsiuisset in. 2. de anima in tex. cõ. 11. an anima sit actus corporis, sicut nauta nauis. Confirmatur, nam Cõm. 2. de anima super tex. cõ. 22. vbi Philosophus loquens de intellectu dicit q̃ videtur esse alterũ genus animæ, habet, q̃ anima intellectiua non dicitur anima, nisi æquiuoce, & rectius dicitur de ipsa, q̃ sit non anima. Et seipsum declarandum in eodem. 2. de anima cõ. 32. dicebat animam intellectiuã esse de natura superiori natura animę. Pro quo debes scire, q̃ ordo entium est iste, natura, anima, intelligentia, & Deus. Natura est inferior asa, & anima inferior ad intelligentiam intelligẽtia aũt inferior Deo. vnde Cõ. in lib. destructio destructionum disputatione. 12. inquit. Cùm aũt dixit de Philosophis, q̃ ipsi tenent, q̃ id, quod prouenit à Deo. glo. prouenit naturaliter, est sermo corruptus de eis: immo dicunt Peripatetici fm veritatem loquentes q̃ entia procedunt ab eo altiori modo, q̃ sit natura, & q̃ sit humana voluntas. Scias etiam apud Arabes animam ab animando dictã. vnde Auicen. loquens in. 9. suæ meta. ca. 4. de anima imaginatiua orbis, q̃ fm ipsum non erat educta de potentia materię, sed solum creata ab intelligentia, vnita th̃ formaliter fm esse, inquit hæc verba. Nos autem iam ostendimus q̃ anima vnuscuiusq; coeli est eius perfectio, & eius forma, nec est substantia separata: alioquin esset intelligentia. non anima. à pari dico q̃, si anima intellectiua apud Auer. dicitur melius non anima. hoc non est propter aliam causam, nisi quia non est vnita fm esse dans perfectionem corpori formaliter, vt isti sibi imponunt. Amplius, Cõm. vult. 3. de anima cõmen. 5. 19. & 20. animam intellectiuam primo vniri homini fm speciẽ, q̃ homini fm individuum, hoc autem non esset, si anima esset forma dans esse formale hominis: quia actus & generationes omnes sunt singularium ex proœmio Meta. Amplius Cõm. 3. de anima cõ. 5. tenet animam intellectiuã non vniri homini, nisi mediantibus phantasmatibus: homo autem phantasiari incipit quando deuenit ad discretionis annos. hoc autem non esset, si ipse tenuisset animam intellectiuam dare esse formaliter homini: quia tunc à principio vniretur ei: quia nullum formatũ potest esse sine sua forma intrinseca, etiam per diuinam potentiam, vt nostri Theologi dicunt: rũ non possit Deus vicem causæ intrinsecæ supplere. Et confirmatur. nam, si teneamus animam cogitatiuam esse in homine, & teneamus animam intellectiuam esse vnam intelligentiam numero separatam & æternã, omnia saluari possunt, q̃ homo nõ habeat animam istam intellectiuam, nisi post annos discretionis. quia homo omnes operationes vitales, & naturales, & animales habere põt sine anima intellectiua: quia anima cogitatiua fm Auer. omnia ista supplere potest. si igitur anima intellectiua ipsi homini vnitur, nulla alia est necessitas, nisi propter intellectionem: sed intellectio non requirit formalem vnionem cum corpore

fm

Universidad de Deusto
Biblioteca

fm Auer. quia potius ista vnio impedit, vt diximus, intelligere. n. non fit mediante organo corporeo. quare igitur cogunur ponere de intentione eius animam istam corporis organici actum esse intrinsecum nō video. Vide isti sunt medij inter Auerroē, & Christianos. volunt. n. tenere vnitatem intellectus cum Auerroe, & volunt eā defendere cū principijs Christianorū, & ista non possunt stare: quia ex oppositis principijs sequuntur oppositæ conclusiones. Erubescant ergo mendacio velle tueri vnitatē intellectus, imponendo ei illud, quod non dixit, sed potius dicant ipsum mentū fuisse, sicut rei veritas est, q̄ noua figmenta, & monstra parere in via eius. Nā vt luce clarius patet, non minora inconuenientia sequunt contra hoc, quod dicunt, q̄ contra vnitatem intellectus. & illud maximo argumēto est, q̄ omnes Latini nostri, sicut Albertus cognomento Magnus, qui opinionum Arabū & peripat Auer. fuit fidelissimus interpres, & Beatus doctor, insuper subtilissimus Scotus, ac Egidius Romanus, quorum isti non sunt digni soluere corrigiam calciamenti, voluerunt Auer. sententiam fuisse animam intellectiuam non esse formam substantialem hominis Taceo Gregorium Ariminensem, Iohannem de Gandauo, Gaetanum, & Paulum Venetum, & multos præclaros Auerroistas ex viuentibus, qui tenuerunt hanc fuisse Auer. sententiam. Sed, vt dixi, etiam isti bene intrinsecus deueniunt ad hoc. sed volentes euitare inconuenientia contra vnitatem intellectus aduenunt ad hoc, vt dicant animam intellectiuam, & si vnica sit, ipsam tamen dare esse assueuerant. aliter. n. non posset homo intelligere per aliquod principium separatum. Et ideo pro posito nr̄m fuit declarare oppositum de mente eius, vt ab ipsa tandem veritate coacti nullo pacto defendant vnitatem, immo potius fatuitatem intellectus. Ad formā igit contradictionis dicamus, q̄ Cōm. seipsum declarat quo est anima intellectiua forma hominis in isto cō. 38. quia dicit q̄ est forma, inquantū est agens nos quia intelligentiæ abstractæ duobus modis sunt principia eorum, quorū sunt principia, & fm q̄ sunt mouentes, & fm q̄ sunt finis. est igitur forma nō perfiniens intrinsece fm ipsum, sed extrinsece tantum. & ideo appellat Cōmē. etiam formas abstractas postremas perfectiones, & non primas respectu orbium. 2. mera. cō. vltimo. & anima intellectiua rectius apud ipsum dicitur actus secundus, q̄ primus, sicut potest colligi ex commento quinto. secundi de anima, & ex commento quinto. tertij eiusdem.

Solutio ad contra dictionē.

12. met. com. 39.

Decima quinta contradi. est in cō. 39. Habet Commen. q̄ intellectus diuidit materiam à forma. Oppositum patet. 1. physi. 69. & 4. phy. 16. & primo cæ. de substantia orbis, vbi dicitur, q̄ impossibile est intelligere materiam absque forma. Solutio. quicquid intelligitur, intelligitur fm q̄ est in actu, & cum materia non sit in actu, nisi propter formam: ideo materia intelligitur per formam. nam, cum materia sit purum potentiale, caret principio formali, quo aliquid cognosci potest. Et ideo dixit Philosophus in septimo metaphysicę in tex. commen. 35. q̄ materia fm se ignota est. Intellecta autem sic materia, in primo intellectus occursu potest intellectus diuidere materiam à forma: & intelligere materiam non esse formam, nec aliquam habēs formam. & isto modo consyderata materia non habet esse extra animam, quia non potest secundum ipsum. 2. physi. commen. 12. existere sine forma, quia tunc quod non est in actu esset in actu, sed solum vt sic habet esse in anima, & est ens rationis, vt dixit Cōmen. 12. metaphysi. commen. 14. prio quanto vt sic solius rationis potest esse obiectū, non autem naturæ, vel agentis naturalis. quia, si materia extra animam esset sine omni forma, non posset aliquā recipere in actu vt scribit Commen. in. 8. physicorum. commen. 4. sic patet qualiter intellectus materiā à forma diuidere potest, & in quo actu, & qualiter non.

12. met. com. 41.

Decima sexta contradi. est in comm. 41. Habet Cōm. q̄ in cœlo nulla est alia potentia nisi ad quietem. Oppositum patet per ipsum. 6. physi. cō. 15. & 7. physi. cō. 2. & 9. meta. cōm. & tex. 17. vbi dicitur, q̄ nō est timendum q̄ corpora cœlestia stent. Magna fuit, magnifice domine, altercatio iter nos hoc anno in exercitationibus, & disputationibus, quas habuistis vos nobiles inuicem. Et magnificus, ac perfectissimi iudicij dominus Gaspar Contarenus a micissimus tuus, & studiorum meorum collega dubitauit acutissime contra Cōmen. in præsenti passu. Nam dictum eius, q̄ in cœlo non est potētia ad corruptionem, sed solum est in potentia ad quietē, aut hoc intelligitur de cœlo inquantum cœlū, aut hoc intelligitur de cœlo inquantū corpus. Si de cœlo inquantum cœlum, hoc est falsum: quia per ipsum cō. 2. 7. phy. cœlum inquantū cœlum non potest

pōt quiescere. Si vero dicas, q̄ dictū Auer. intelligitur de cœlo inquātum corpus, tūc nulla vt sic est differentia in dicendo cœlū esse in potētia ad quietem & dicere ipsum esse in potentia ad corruptionem. Quōd si forte dicas cœlum inquantum corpus posse corrumpi, cœlum aūt inquantū cœlum posse quiescere, tunc cōparatio erit in æqui uoco. similiter, vt dictum est, tunc Cōmen. cōtradiceret sibi ipsi. quia ipse minime vult cœlum inquantū cœlum, posse quiescere. Argumentum est satis difficile, sicut vides. Sed, vt mihi videtur, dici potest, q̄ cœlum potest sumi tribus modis, vt scribit Cōmen. in. 1. cœli cō. 76. & 96. vno modo pro orbe qui mouetur. alio modo pro toto aggregato ex omnibus orbibus: quod vt sic animal magnum dicitur. & dicitur etiam cœlum aggregatum ex intelligentia & orbe. Tunc dico q̄ cœlū pro orbe tantum, non habet potentiam ad corruptionem, inquantum orbis talis est, quia est corpus simplex carēs materia: licet inquantum corpus absolute, vt ly corpus dicit aliquid indifferēs ad corpus generabile, & ęternum, possit corrumpi potentia logica, quæ nihil aliud est, nisi nō repugnantia quædam, & non implicatio contradictionis, causata ab intellectu ex terminorum rationibus, inquantum non repugnant. Cœlum aūt pro orbe tantum potest quiescere, & inquantum corpus, & inquantum cœlum. quia successio et fieri motus non dependet in esse, nisi ab ipsa intelligentia, tanquam à causa extrinseca totaliter causante entitatem motus, sicut dicit Commen. in præsenti cōmento. Et ideo cœlum pro orbe sumptum, q̄ sit in motu, nō habet a se hoc, sed ab ipso motore. ideo vt sic etiam soliatie consyderatum absque intelligentia non implicat contradictionem ipsum posse esse in quiete. Et isto modo sumpsit cœlum Cōmen hic, dum dixit, cœlum non habere aliam potentiam inquantum cœlum sic sumptum, nisi ad quietem, quia, vt sic, non habet potentiam ad corruptionem, vt dictum est. Sed. 7. physi. cō. 2. & 6. phy. 15. & nono meta. tex. cō. 17. q̄si dicit cœlum non posse quiescere, inquantū cœlum, ibi sumitur cœlū pro aggregato ex intelligentia, & orbe. quia, vt sic, stat sub motore, & vt sic non pōt non moueri: quia ibi non est contingentia: quia esse à posse non differt in talib⁹. tñ inquātū corpus tale cœlū cōsyderatū, non repugnat sibi quies. quia tunc cuilibet corpori repugnaret quies; q̄d est absurdū. Argumentū igitur ex æquiuocatione cœli procedit, quia aliter sumit cœlū ibi, & aliter hic, sicut patet ex declaratis.

REGISTRVM.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ, AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG.

Omnes Quaterniones, præter †, Duernionem.

Venetijs apud hæredes Lucæ Antonij Iuncte.
Anno Dñi. M D LXII.

BIBL. COL. MAX. VALENC. JHS

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arbeitszimmer I
Gestell:
Reihe:

Biblioteca
Universidad de Deusto

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca